13
15 1
8

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26 2 B 32
17-18 a 21

Digitized by Google

D. IOANNIS MATIENCI AC PERALTÆ IVNIORIS I. V. C. MANTVANI

REPETITIONES TREDECIM

IN VARIA IVRISCONSVLTORVM RESPONSA, IMPERATORVM SANCTIONES, ET PONTIFICVM DECRETA.

Quorum ſingula duodecima ab hinc pagina indicabit.

Ad Ex^mum & Ill^mum Principem D. GASPAREM GVZMAN, *Comitem Oliuares, Ducem Sanct Lucar, Philippi IV. Regis noſtri à Conſiliis Status & Belli, Regij corporis curæ, & equitatui Præfectum Supremum, Maiorem Ordinis Alcantaræ Commendatorem, Maximum Indiarum Cancellarium.*

A. Lipsk
Sti. Cocini
BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANTVERPIÆ
Apud MARTINVM NVTIVM,
ANNO M. DC. XXVIIII
Cum Priuilegio Regio.

ILL^mo ET EX^mo PRINCIPI, DOMINO

AC. DOMINO MEO,

D. GASPARI GVSMAN

COMITI OLIVARES,

DVCI SANCT LVCAR,

MAGNO INDIARVM CANCELLARIO, PHILIPPI QVARTI REGIS NOSTRI A CONSILIIS STATVS ET BELLI, REGII CORPORIS CVRÆ AC EQVITATVI PRÆFECTO, ALCANTARÆ ORDINIS PRO TO-COMMENDATORI.

Suus D. Ioannes Matiencus, & Peralta Iunior, I. V. C. Mantuanus P. S. & F.

DIu me (Clariſſime Princeps) primum hunc vigiliarum mearum fœtum omnium oculis conſpiciendum typis tradere dubitantem Tui nominis memoria excitauit, vt hunc ſub Tua protectione timorem excuterem, quæ libri humilitatem extollet, & imperitiam exornabit, ne à liuidis etiam mentibus carpi, vel detractorum morſibus dilacerari valeat: minori enim patrocinio ſerperet, Tuo, quod omnes iure venerantur, nomine, incrementum, facundiam, & authoritatem vindicabit, vt nec inuidiæ locus relinquatur, quam comprimet Tui præſidij gloria nulli ſecunda, nedum à fumoſis tuorum imaginibus, & præclari Herois patris Tui mille glorioſis nominibus honorandi tota in Italia facinoribus orta, ſed proprijs etiam virtutibus, & conſilio in orbis huiuſce moderamine ſupremo parta. In quo de bonis omnibus bene meritus, facilem, continuam, & gratam cunctis audientiam præſtas, præmia ſine acceptatione perſonarum, aut munerum labe, ſola meritorum qualitate inſpecta diſtribuis; malorum audaciam infringens, iniurias ab ipſis factas bello & pace inſignis pro-

pul-

pulſari contendis, vt nemo iure te in re minima ſaltem ex animo deficientem arguere poſſit. Hoc ego duce, hoc tanto mæcenate quid moror? cur mihi non gratulor? meoque labori ſuccenſeo? An dubito nihil hac ope mali relictum, contentaque in eo dulcia & vtilia reddita, nec inuidiæ aut detractioni obnoxia? vt calamus hoc felici auſpicio incipiens vlteriùs feliciſſimè progrediatur. Reſtat, vt à te (Princeps Excellentiſſime) ſupplex efflagitem, ne opus hoc tuo numini dicatum contemni patiaris, illudque benigno intueare vultu, vt, quod mihi omen promiſi, omnes me citra controuerſiam adeptum agnoſcant. Vale. Madriti pridie Nonas Decembris, anno ſalutis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto.

Ill.ᵐᵉ & Ex.ᵐᵉ Princeps

Tuo perpetuo famulatui adſtrictus

D. IOANNES MATIENCVS & Peralta.

D. IOAN-

D. IOANNES
MATIENCVS
ET PERALTA IVNIOR
LECTORI BENEVOLO
S. D.

ANXIA, & inexhauſta de republica bene merendi cupiditas me impulit, chariſſime Lector, vt Magiſtratum, ſine quo ex Ariſtotele alijs prodeſſe, paucis, vel certè nemini conceſſum eſt, precibus, obſequijs, maiorum meorum meritis, ac facinoribus frequẽtibus, & indefeſſis meis vigilijs propoſitis continuò multis abhinc annis opportunè, importunè perpetuo labori in ſolitudine addictus poſtularim. Voti tamẽ huius cõpos adhuc fieri non potui, quamuis, vt iudicum animos faciliùs cõmouerem, iuribus, authoritatibus, & rationibus hiſce conatus mei iuſtitiam comprobauerim. Veritus, ne meritorum & ſcientiæ defectus mihi noceat, cùm à primis litteris accuratiſſimam ſemper eis operam dederim, multiſque annis domino ac parenti meo Bernardo Matienzo hac in Regia curia inſigni aduocato adfuerim, vt praxim edocerer: eo quidem vita functo curiæ chaos in ſolitudinem lubens commutaui, treſque in ea luſtros adhuc conſumpſi, vt praxi ſpeculationem ſine intermiſſione adderem & magiſtratu dignus fierem. Quæ vtique ad Tribunalium exercitationem Iura ciuilia[a], Canonica[b], & regia[c] deſiderant, ac vota noſtra præſeferunt, ſi non certè ob talenti noſtri penuriam, obrenta ſpeculatione ſaltem continua pro viribus quæſita, practicis actibus multis in proprijs cauſis admixtis, quæ ingenium actiùs excitant, & in oratione pro domo ſua Marci Tullij nomen auxerunt. In his feliciter adhuc Deo duce mihi ceſſit, quamquam ſupremi Senatus iudices ſcriptis meis ipſarum victoriam non ſemel adſcripſerunt. In earum proſecutione attentis oculis litium ſumptus, dilationes, Satraparum cautelas, ne corruptelas dicam, litigantium calumnias, aliaque damna innumera proprio in capite experta circumſpexi, cùm pauci adhuc electi iudices rerum huiuſmodi neceſſarium, ni fallor, in ſe ipſis periculum fecerint. Eccleſiaſticus,[d] *Vir*, inquit, *in multis expertus cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum: qui non eſt expertus, pauca recognoſcit.* cùm Iura ipſa[e] experientiam rerum magiſtram doceant, æquumque ex Cicerone[f] ſit, vt, qui parere nouit, aliquando imperet. *Sicut qui imperat*, inquit, *paruerit aliquando neceſſe eſt, ita & qui modeſtè paret, videtur quòd aliquando imperet dignus eſſe.* Actionum modeſtia, domuſque propriæ moderatione indu-

a l. 1. C. de adſeſſorib. l. certi iuris. 17. C. de iudic.

b c. 1 in fine, de conſanguinita. & adfinita. Menoch. poſt alios conſil. 100. nu. 239. cum quatuor ſequentib.

c l. 5. 18 & 22. titul. 9 part. 2. l. 3. titul. 4 part. 3 l. 1 & 2. titul. 9. lib. 3. recopilation.

d Eccleſiaſti 34.

e c. quam ſit. 6. de electio lib. 6 clement. paſtoralis, de iudica.

f lib. 3. de legib.

induſtrium deſiderat Epiſcopum Diuus Paulus: [g] *Qui enim*, ait *domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?* lex quædam regia [h] in iudice generis nobilitatem, vt ab errore arceatur, alia [i] bonum ipſius nomen & opinionem apud omnes peræquè conceptam, Dei, Regis, ac reipublicæ amorem aliæ, [l] rerum denique familiarium ſubſtantiam Cæſareæ leges [m] ijs ornatum præferentes exigunt, ne forſan pauper iudex renunciatus neceſſarijs ſumptibus non ſufficiens aliena concupiſcat, [n] & damna ſequantur, quæ refert Iuſtinianus, [o] & punit lex Iulia repetundarum, ex quibus reipublicæ ſtatus læditur & attenuatur, nec in tranſgreſſores tam ob adfectatum ſecretum, ac defectum probationis, [p] quàm ob authoritatem Tribunalium animaduerti commodè poſſit. Conſtant in Regio Indiarum Senatu eximia merita, & præclara facinora domini & aui mei Ioannis Matienci primi in Regia Argentina Cancellaria Senatoris, & Præſidis. Quorum duo, vt alia omittam, eum heroem inſignem reddiderunt. Alterum expugnati Titi Cuſſi Yupangui Ingæ, quem abſque ſubditorum ſanguine, vel vlla Regij patrimonij erogatione proprijs ſtipendijs coëgit, vt tria captiuorum millia reſtitueret, ſacerdotes ac prætorem Hiſpanum admitteret, Regi ſubderetur noſtro, fidemque Catholicam ipſe ac ſui faterentur. Alterum, quo Regiæ facultates quingentis ferme mille ducatis quotannis auctæ ſunt, nulla ei vnquam, vel liberis ſuis retributione facta. Quos edidit, libri, & dogmata in eis contenta, quæ apud omnia Hiſpaniæ Tribunalia ſumma in veneratione habentur, eum ſummum Iuriſconſultum clamant. Viri huius nondum adhuc ſatis laudati nepos, alterius ſtrenui quidem huius curiæ Aduocati filius natus ſum. Si verſus ille tritus:

Sæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri;

& quæ in eius comprobationem Tiraquellus [q], & Iacobus Septimacenſis [r] adferunt, aliquam certitudinem continent, eorum veſtigia premere cogor, niſi hebes ingenium me degenerem reddat. Vereor, ne inuidia exiguo corpori meo nitatur, quamuis lex nulla ciuilis, aut regia, nec veteres, aut recentiores quos viderim interpretes hanc limitationem edocuerint: nec perſuaderi vllatenus poſſim, apud graues, ſapientes, ac rectos iudices mihi obſtaturam. intellectum ſiquidem, & eruditionem iudiciorum exercitationi neceſſariam ſanæ menti, non corpori eleganti, ciuiles & regiæ leges [ſ] adſcribunt. Quæ duo, ingenium videlicet, iuriſque perfecta notitia per ſe ſumpta, eleganti, vel deformi, ac debili corpori adnexa authoritatem pariter iudici tribuunt, ſiue auferunt, *& ſummatim*, ait Caliſtratus [t], *ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat.* & Vlpianus [u], *Sed eum ingenio, ne contemptibilis videatur.* Exemplo nobis deſeruiat egregium Salomonis [x] inter duas mulieres iudicium. *Audiuit itaque*, ait Scriptura ſacra, *omnis Iſrael iudicium, quod iudicaſſet Rex, & timuerunt Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo, ad faciendum iudicium.* quod ipſius venerationem, ac timorem potiùs, quàm elegans vel defor-

g 1. ad Timoth. 3.

h l. 18 tit. 9 part. 2.

i l. 1. tit. 6. lib 2. recopilation.

l l. 5. & 18. tit. 9. part. 2. l. 3. tit. 4 part. 3. l. 1. tit 9 lib 3 recopilation

m l. reſcript. 7. verſic. cæterum. ff. de muneribus & honor. & l. ad ſubeunda 46. C. de decurion. lib. 10.

n contra l. 3. titul 4. part. 3.

o authen vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. §. 1. collatio. 2.

p l 6 titul. 9 lib. 3. recopilation.

q in l. 6. connubia à num. 1.

r in Catholic Inſtitutionib. c. 49. nu 5.

ſ l. cum furioſus. 39 cum ſimilib. ff. de iudic l 4. tit. 4. part. 3.

t l. obſeruandum 19. ff de offic. præſid.

u l ne quicquam 9. §. aduocatos. ff. de offic proconſul & legati.

x 3. Reg 3 c. adſert c. 2. de præſumptionib.

deformе corpus induxit. Salomon [y] autem ipſe ſapientiæ fortitudinem adſcribit, *Ciuitatem*, ait, *fortium adſcendit ſapiens, & detraxit robur fiducia eius.* & iterum, [z] *Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus & validus, quia cum diſpoſitione initur bellum, & erit ſalus, vbi multa conſilia ſunt.* Exemplis, quæ vidimus, & audiuimus, res clarior fit. Præſentia, vti nota, non enarrantur. Ioannem Andream adeo paruum fuiſſe ferunt, vt ſummus Pontifex, à quo eſt accerſitus, eum flexis genibus loqui exiſtimans adſurgere iuſſerit. Cui Doctor, *Sto Pater ſanctiſsime.* Sanctus Athanaſius ad argumenta hæreticorum diluenda ſub pallio alterius Monachi latuit. Gregorius [a] Turonenſis Gregorij Magni paruum ac deforme illius corpus admirantis cogitationi reſpondit: *Dominus fecit nos, & non ipſi nos, eſtque idem Deus in paruis, qui eſt in magnis.* Beati Antonini tenue ac puſillum corpus eius diminutiuo nomini cauſam dedit. Defectus plane, qui nec eis, neque alijs plurimis ad honores & Epiſcopatus obtinendos vnquam impedimento fuit, quominus reipublicæ prodeſſent quam defenſoribus potiùs, quàm elegantibus hominum formis egere Iulius Paulus [b] ait. Veritatem hanc ſacra pagina commendat. *Ne* [c] *reſpicias*, ait Samueli Dominus, *vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* & iterum clarius: [d] *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Ne laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo. Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius.* Eos audio à Regio Cameræ Senatu ad Magiſtratus non proponi, qui cathedras, collegia, munera, ſiue officia publica conſecuti non ſint; velut hiſce ſolis ad eos obtinendos ſcientia ſit innata, non alijs vtique conceſſa: cùm tamen in domo Dei, qui veræ ſapientiæ totius fons perennis eſt, manſiones multæ ſint, & in ijs adhuc à Modeſtino [e] petita qualitas deſideretur. *Etſi lege*, ait, *municipali caueatur vt præferantur certæ conditionis homines: attamen ſciendum eſt, hoc eſſe obſeruandum, ſi idonei ſint, & ita reſcripto Diui Marci continetur.* Quæ qualitas cùm facti ſit, eget probatione [f], vt alij quicumque ſcientia & meritis potiores eis præferantur. *Honores*, inquit Iulius Paulus [g], *& munera non ordinatis omnibus, ſed potioribus quibuſcumque iniungenda ſunt.* His enim, ſicut illis, reipublicæ adminiſtrationem pollicetur Iuſtinianus. [h] *Summa itaque ope*, inquit, *& alacri ſtudio has leges noſtras accipite, & voſmetipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto poſſe etiam noſtram rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.* Quo præmio ex eodem Iuſtiniano [i] ad laborem omnes excitantur. Has vt ego difficultates tutius euaderem, plus alijs inſudaui Senecæ [l] authoritate propoſita, *Multum adijcit ſibi virtus laceſſita:* nec vigiliæ noſtræ vnquam deficient, præſertim, ſi dubia mihi ob oculos poſita indices electores animum meum ad maiora impellentes propellerent. *Puſilla enim*, ex Diuo Hieronymo [m], *fortitudo clamoribus excitatur, item ducis laudibus: milites*

y Prouerbior, 21.
z Prouerbior 24.
a 1. parte Chroni. Benedict. Ordinis. c. 4. in vita ipſius.
b l nam reipublicæ. 4. ff. de oper. noui nunciatio.
c 1. Regum, 16.
d Eccleſiaſti, 11.
e l. vt gradatim. 11. ff. de munerib. & honorib.
f l. in bello. 12. § facta. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. c. cum Ioannes, 10. de fide inſtrumentor. Maſcard. poſt alios de probationib. l. 1. concluſ. 732. à num. 1.
g l. honores. 7. ff. de decurionib.
h §. vlti. proœm. Inſtitut.
i l. 1. C. de adſeſſorib.
l ad Lucill. epiſtola 13.
m in epiſto. ad Demetri.

* 4 enim

enim laudati animum augent. & Liuius [n]: *Addebantur*, ait, *& laudes, quibus haud minus, quàm præmio gaudent militum animi* ſicut è contra dilatio ac diffidentia, quæ Iuſtiniano teſte, [o] *plerumque animos auertit*, ſtudendi, ac bene merendi ſpem deprimet, vel certè ſuffocabit. Hoc ambiendi Magiſtratus genus, magnanimitatem Ariſtoteles [p] vocat: *Magnanimus*, ait, *eſt is, qui magnis eſt dignus, & dignum ſeſe magnis cenſet.* Diuus Thomas [q], magnanimitatem hanc virtutis nomine donat, nec humilitati contrariam docet, quæ pauca ſibi de ſe humiliter & abiectè ſentiens promittit. [r] Magnanimitas enim ſecundùm eum à talento, & bonis à Deo acceptis prouenit, quæ abſcondere in aliorum detrimentum Euangelium [ſ], culpæ tribuit: quibus in Magiſtratu proficere cupio, ſine quo ex Ariſtotele [t], publicæ vtilitatis vota impleri non valent. *Complures*, ait, *in proprijs vti virtute poſſunt, ſed in ijs quæ ſunt ad alium nequeunt: & propterea Biantis illa ſententia bene ſe habet, Magiſtratus virum oſtendit, ad alium enim eſt.* Votorum huiuſmodi ſpontaneæ propoſitioni videtur legitimo iure præmium deberi. *Et ideo*, ait Pomponius [u], *optimus princeps Hadrianus, cùm ab eo viri prætorij peterent, vt ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis, hoc non peti, ſed præſtari ſolere; & ideo ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe præpararet*: maximè, ſi de meritis, virtute, ac labore petentis conſtet, Iuſtiniano [x] dicente, *honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemque conuenit deuenire.* Diuus Auguſtinus [y] apud Romanos nulli ad templum Deæ honoris, niſi per templum Deæ virtutis adſcenſum quondam patuiſſe teſtatur. Ius autem ipſum iudices electores cogit, vt mores, vitam, ſcientiam petentis norint, vel aliorum ſaltem irrequiſito eo teſtimonia quærant, vt Iuſtiniano [z] ſatisfaciant, & Accurſio [a], *eligendos eos, qui bona famæ ac teſtimonij ſint*, admonenti, regiæque Partitarum legi [b], *acucioſamente, e con grand femencia debe ſer catado, que aquellos, que fueren eſcogidos para ſer jueces, ò adelantados, que ſean quales diximos en la partida ſegunda deſte libro.* Quorum iurium generalia verba, aliarumque omnium Canonicarum, ciuilium, & Regiarum deciſionum, cùm formas hominum Magiſtratibus præficiendorum non diſtinguant, nec nobis diſtinguere licet. [c] *Non enim*, Papinianus [d] ait, *impedienda eſt dignitas eius qui nihil admiſit.* Auus meus Ioannes Matienens, [e] cui *Dialogi relatoris, & aduocati* liber Magiſtrarum peperit, in iudicibus electoribus linceos oculos deſiderat, vt eos Magiſtratibus præponant, qui laborant, & in receſſu latent, ne deſtituti præmio in detrimentum reipublicæ moriantur: *nam ciues*, inquit Vlpianus [f], *patriæ vtilitatibus quatenus poteſt auſert.* Cùm ergo ad Magiſtratus frequentes vigiliæ, apertum ingenium, experientia practica requirantur: Ariſtoteles, [g] *Natura*, inquit, *potentem, ars facilem, vſus promptum reddit artificem*; vt hæc tria in me nota fiant, noſtrum hunc libellum in teſtimonium tibi exhibeo. *Doctrina* ſiquidem *ſua*, ex Salomone [h], *vir agnoſcitur.* Quibus viua & perennia vota Deo, Regi noſtro, ac reipublicæ ſeruiendi, propriæ domus

regi-

n 2. ab vrbe condita.
o § his igitur, in fine Inſtitut. de iuſtitia & iure.
p Ethicor. 4. c. 3.
q 2. 2. quæſt. 129. articul. 3.
r l. 2. § ſed quia diuina C de vete. iure enucleam.
ſ Matthæ. 25.
t Ethicor. 5 ad Nicomachum.
u l. 2 ff de orig. iur.
x in l. quoniam contra publicam. 14 C. de re milit. lib 12.
y lib. 4 de ciuit Dei.
z authent. vt indic. ſine quoq. ſuffrag §. 1 collatio. 6.
a in dicto §. 1.
b l. 3. tit. 4. part. 3.
c l. de pretio. 10 ff de publicia. in rē actio. l. 1. § & generaliter, cum complicib ff de legat præſtand.
d l ſpurij 6. ff de decurionib.
e in dialo relator. & aduoca, 3 part. c 8 à num 10.
f l. & qui originem 6 § quod pater, ff. de muneri. & honorib.
g 2. Phyſicor. c. 3.
h Prouerbior. 12.

regimen, ſufficiens ad Magiſtratus dignitatem ſubſtinendam patrimonium, in proprijs actionibus modeſtiam, genus, ac nomen bonum adnecte, vt querelæ noſtræ iuſtitia pateſiat. Quam cùm nunquam adhuc hac in parte conſequi potuerim, primæuos ingenij noſtri fœtus repetitionibus biſce contentos, vt reipublicæ, quatenus poſſim, proficiam, Senecæ[1] conſilio adhæ- *1 lib. de tranquillita. vita.*
rens edere in animum induxi, in quibus ſcholaſticum Diui Thomæ morem ac methodum ſecutus ſpeculationi praxim admiſcui, quò Iuris difficultates faciliùs explicentur, & ad forenſem vſum deducantur. Quòd ſi forſan in eis, benigne lector, elocutionis, eruditionis, aut vtilitatis defectus adnotes, illos clementia & humanitas tua ſuppleat, nec quicquam, antequam perfectè inſpexeris, damnes,[l] vt hac ſpe ac præmio excitatus animus *l l incivile, 24. ff. de legib.*
noſter in dies ad maiora, & reipublicæ vtiliora edenda, quæ ſub incude manent, inuitetur. Vale.

CEN-

Digitized by Google

CENSVRA DEL VICARIO.

POr commiſſion del Señor Don Diego Vela Vicario general deſta villa de Madrid, he viſto vn libro de Don Iuan Matienzo de Peralta intitulado *Repetitiones Tredecim in varia IurisConſultorum reſponſa, Imperatorum ſanctiones, & Pontificum decreta.* En el qual no hallo coſa contra nueſtra Sancta fee Catholica, ni contra las buenas coſtumbres, antes juzgo es muy practico, y prouechoſo para juycios y eſcuelas, digno de ſu author, y que conuiene mucho ſalga à luz. En Madrid, 12. de Iunio de 1622. años.

El licen.do Andres del Mamol.

AViendo hecho veer eſte libro de Don Iuan Matienzo de Peralta, intitulado Repetitiones Tredecim in varia IurisConſultorum reſponſa, Imperatorum ſanctiones, & Pontificum decreta, *y viſtole, yo declaro, ſer de buena y ſana doctrina, y prouechoſo para todos los deſta profeſſion, que por tal debe imprimirſe. En Madrid,* 20. *de Iunio* 1622. *años.*

El Doctor Diego Vela.

Ante mi

Simon Ximenez notario.

CENSVRA DEL CONSEJO.

POr mandado de los Señores del Conſejo real de Caſtilla he viſto vn libro, que compuſo Don Iuan Matienzo de Peralta, que contiene trece repeticiones à diuerſas leyes y canones, en que mueſtra bien ſu author ſu mucha erudicion, y auentajado juycio, anſi en la theorica y eſtilo, como en la practica: tengola por obra muy prouechoſa, neceſſaria, y digna de imprimirſe, porque todos gozen della. En Madrid, 15. de Henero, de 1623. años.

Doctor Don Iuan de Hozes.

EL REY.

POr quanto porparte de vos Don Iuan Matienço de Peralta, Nos a ſido fecha relaçion; que aviades compueſto vn libro intitulado *Repetitiones tredecim in aliquã Iuris-Conſultorum reſponſa, Imperatorum ſanctiones, ac Pontificum decreta* En el qual auiades pueſto mucho trabajo y eſtudio, y Nos ſuplicaſtes, os mandaſſemos dar licençia y privilegio por diez años, ò como la nueſtra merced fueſſe. Lo qualviſto por los del nueſtro Conſejo por quanto en el dicho libro ſe hizieron las diligencias que la Premarica por Nos vltimamente fecha ſobre la impreſſion de los libros diſpone, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carra y çedula para vos en la dicha razon, y Nos tuuimoslo por bien. Por laqual por os hazer bien y merced, os damos licençia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes que corran, y ſe cuenten deſde el dia de la data deſta nueſtra çedula en adelante, vos o là perſona que vueſtro poder huviere, y no otra alguna, podais imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mençion, por el original que va rubricado y firmado al fin del de Iu. de Xerez nueſtro Eſcriu. de Camara, de los que en el nueſtro Conſejo reſiden en eſtos Reynos de Caſtilla. Con que, antes que ſe venda, lo traygais ante ellos, juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta conforme à el: o traygais fee en publica forma, de como por corretor por Nos nombrado ſe vio y corregio la dicha impreſſion por el original. Y mandamos al impreſſor, que anſi imprimiere el prinçipio y primer pliego, no entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor, o perſona à cuya coſta lo imprimiere, y no otro alguno, para efetto de la dicha correction y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo: y eſtando anſi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho libro y primer pliego, y en el ſeguidamente ponga eſta nueſtra çedula y licençia, y la aprobaçion, taſſa y correction, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la Prematica y leyes de nueſtros Reynos, que cerca dello diſponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo, perſona alguna ſin vueſtra licençia no pueda imprimir, ni vender el dicho libro, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y perda todos los libros, moldes, y aparejos, que del tuuiere: y mas incurra en pena de cinquenta mill marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. la qual dicha pena ſea la terçia parte para la nueſtra camara, y la otra terçia parte para el que lo denunciare, y la otra para el Iuez que lo ſententiare. Y mandamos à los del nueſtro Conſejo, Preſidentes, y Oydores de las nueſtras audiençias, alcaldes, alguaçiles de la nueſtra caſa y corte, y Chançillerias, y à todos los corregidores, aſiſtente, governadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros Iuezes, y juſtiçias qualeſquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nueſtros Reynos y Señorios: anſi à los que aora ſon, como à los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra çedula y merced, que anſi os hazemos, y contra ella no vayan ny paſſen en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mill marauedis para la nueſtra camara. Dada en el Pardo, à treinta dias del mes de Henero de mill y ſeisçientos y veinte y tres años.

YO EL REY.

Por Mandado de Su Mageſtad.

Pedro de Contreras.

Index harum Repetitionum.

l. 1. ff. de minorib. fol. 1.

l. Papinianus. 8. §. ſed nec impuberis. ff. de inofficioſ. teſtamen. 35.

l. die ſponſaliorum. 25. §. qui pecuniam. ff. depoſiti. 55.

l. quidam decedens. 6. ff. de adminiſtration. tutor. 68.

l. filius à patre. 28. ff. de liber. & poſthum. 82.

l. ſi quiſquam. 7. ff. de diuerſ. & temporalibus præſcriptionibus. fol. 106.

l. Titia. 134. ff. de verbor. obligationib. 114.

l. contractus. 24. ff. de regul. iur. 130.

l. filium quem. 24. C. famil. herciſcund. 188.

§. incertis. 2. Inſtitut. de legat. 206.

c. adferte. 2. de præſumptionib. 216.

c. quoniam omne, vltim. de præſcriptionib. 239.

c. magna pietas. 5. de pœnitent. diſtinct. 1. 267.

Digitized by Google

Ex l. 1. ff. de minorib. viginti quinque annis.

S V M M A R I A.

1 *Diuiſio littera.*

2 *Deciſionis noſtræ finis.*

3 *In Codice Iuſtiniani diuerſi reſtitutionum minoribus conceſſarum inueniuntur tituli.*

4 *Sub titulo. ff. de minorib. vniuerſi Codicis tituli comprehenduntur.*

5 *Ad alienationem rerum minoris immobilium iudicis decreto alijſq; ſolennibus opus eſt, & num. 27.*

6 *In alienatione mobilium, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, maximæ pecuniæ quãtitatis, vel rerũ pretioſarum eadem ſolennia deſiderantur.*

7 *In alienatione rerum minoris immobilium neceſſaria ſolennibus hiſce opus non eſt.*

8 *Quæ requirantur in alienatione aduentitiorum minoris à patre facta?*

9 *Adminiſtratio rerum minoris viginti quinque annis curatori committitur.*

10 *Minor decipi potius, quàm decipere præſumitur.*

11 *Minori etiam uratorem habenti competit in integrum veſlitutio.*

12 *Quæ præceſſiſſe oporteat, vt minori veſlitutio concedatur?*

13 *Reſlituitur minor, ſi vtilitatem ex contractu non percipiat, vel lucrum amittat.*

14 *Locupletior ex contractu minor factus non reſtituitur.*

15 *In fauorem minoris inducta non debent in eius odium retorqueri.*

16 *Ad contractum, vel venditionem minori vtilem decreto, alijſque ſolennibus opus non eſt.*

17 *Intelligitur l. magis puto. 5. §. ſi æs alienum. ff. de reb. eorum. & num. ſequenti.*

18 *Alienatio rerum minoris an, & quando permittatur?*

19 *A quo probari oporteat minorem locupletiorem effectum?*

20 *Minoribus læſis in integrum reſtitutio conceditur, & curatores ipſis vſque ad viceſimum quintum annum dantur.*

21 *Minor rite paciſci poteſt, & ex conuentione naturaliter obligari.*

22 *Naturalis nexus iure ciuili dirimi non poteſt.*

23 *Pacta, & conuentiones naturaliter obligant, & num. 244.*

24 *Obligationi naturali adiecta ſolutio indebiti conditionem impedit.*

25 *Aduerſus naturam contractus æquitas induci non debet, quæ vinculum ipſius irritum reddat.*

26 *Ex reſciſſione contractus locupletior cum alterius detrimento, cui iam obligatus erat, contra naturalem æquitatem minor reddi videtur.*

27 *Inuito minori curator non datur, & ad ipſius res alienandas iudicis eſt opus decreto.*

28 *Lex nihil fruſtra operatur.*

29 *Iudicis officium omnes alios defectus ſupplet, quo intercedente fraus in minorem ceſſat, quæ damni curatoris cauſa fuit.*

30 *Extraordinario remedio minori non ſuccurritur, qui iure communi vſus eſt.*

31 *Interpretes textus noſtri materiam pertractantes conuocantur.*

32 *Verba edicti repetuntur.*

33 *Quæ autem in hoc edicto deſiderentur? exponitur.*

34 *Quæſtiones in hac diſputatione tractandæ proferuntur.*

35 *Minor dicitur, qui viceſimum quintum annum non compleuit.*

36 *Qui negotium minor incepit, perfecit maior, prætoris auxilio non iuuatur.*

37 *Minori, ſiue actori ſiue reo in iudicio læſo reſtitutio competit. & num. 69.*

38 *Non reſtituitur quis in ijs, quæ vir perfecta ætatis geſſit, vel poſt eam rata habuit, aut poſt elapſum terminum reſtitutioni conceſſum.*

39 *An, & quando quadriennium? quando item quinquennium poſt perfectam ætatem ad ratihabitionem tacitam à lege præſumptam requiratur?*

40 *Quadriennium hoc an continuum, an verò vtile ſit? & quare?*

41 *Quadriennio poſt contractum elapſo Eccleſia, &*

Digitized by Google

poſt minoris mortem hæredi competens reſtitutio ceſſat, remiſſiuè.

42 *Minor viginti quinque annis, donec vltimus totius eius ætatis dies effluxerit, prætoris auxilio reſtituitur: & numero 43. 61. & 94.*

43 *Captum diem pro completo habendum exempla docent.*

44 *A tutelis, & muneribus publicis non excuſantur ſeptuaginta annis nati vltimo eorum die nondum lapſo, idemq; ius in temporalium actionum præſcriptione verſatur.*

45 *Minor anno non eſt, qui vltimum eius diem vidit.*

46 *Annus ciuiliter ad dies, non ad temporum minutias & momenta, prout philoſophi computant, numeratur.*

47 *Ciuilis computatio, vt annus ad dies numeretur, in omnibus legibus, conſtitutionibus, edictis adhibenda eſt, niſi nominatim aliud caueatur, & num. 67.*

48 *Pubes eſt, qui vltimum pubertatis diem attigit.*

49 *Legum quarundam antynomia proponitur.*

50 *In præſcriptionibus triginta annorum vltima dies lapſus deſideratur, ſecùs in ordinarijs ex Accurſio.*

51 *L. in omnibus, 5. ff. de obligationib. & actionib. de actionum perſonalium præſcriptione agit ex veriori ſententia.*

52 *In vſucapionibus vltimus dies vſucapionis cœptus pro completo habetur, & quare?*

53 *Cur in temporalium actionum præſcriptione totus dies vltimus tranſire debeat?*

54 *Facti ſui conſcius quiſquam eſſe præſumitur.*

55 *Diſcrimen inter actionum perſonalium, & temporalium præſcriptionem à* Conano *reijcitur.*

56 *In vſucapionibus, & præſcriptionibus ordinarijs dies vltimus pro completa habetur, ſecùs in his, quibus lex terminum ſtatuit, ante cuius lapſum actio non ceſſat.*

57 *Minoris beneficium durat, donec ætas viginti quinque annorum tota perficiatur.*

58 *In manumiſſionis permiſſione viceſimo anno minor non dicitur, qui diem agit ſupremam.*

59 *Maior ſeptuaginta annorum dici non poteſt, qui vltimum ipſorum diem integrum non ſit prætergreſſus, vt à tributis, & muneribus publicis excuſetur.*

60 *Intelligitur l. ad rempublicam, 8. ff. de muneribus & honorib.*

61 *Beneficium reſtitutionis minori conceſſum non ceſſat, donec ætas viginti quinque annorum tota tranſierit.*

62 *Biſſextili anno natus, ſiue priore, ſiue poſteriore die viceſima quarta Februarij, maior dicitur priore tranſacta.*

63 *Annus trecentis ſexaginta quinque diebus, & ſex horis conſtat, vt curſui ſolis congruat, quare quarto cuique anno dies ſuperadditur.*

64 *In anno biſſextili dies viceſimus quintus Februarij intercalatur.*

65 *Dies hic, qui intercalatur, varijs ab interpretibus ſignis & nominibus exponitur.*

66 *Biſſextili anno natus viceſimum quintum annum in anno biſſextili complere nequit, cum quarto quoq; anno cedat.*

67 *Si virilis ætas biſſextili anno compleatur, donec vltima intercalaris dies tranſeat, beneficio prætoris vtitur.*

68 *Natiuitatis dies ad ætatis computationem ſpectatur.*

69 *Minor curatorem habens, vel non habens, reſtitutionis beneficio vtitur.*

70 *Pater, vel filiuſfamilias minor eodem beneficio gaudet.*

71 *Minori iuris perito reſtitutio competit.*

72 *Seruo minori quare reſtitutio nõ concedatur.*

73 *Ex contractu ſerui peculium etiam habentis dominus læditur.*

74 *Conſtituenti procuratorem minorem non ſuccurritur prætoris auxilio, minor verò reſtituitur, quatenus ſua interſit.*

75 *Seruo minori quando competat edicti remedium?*

76 *Conceſſum minori à prætore auxilium, nemini alij competit.*

77 *Pro mediocri læſione, non pro minima reſtitutio minori conceditur, & num. 165.*

78 *Si quid cum minore geſtum ſit, quod maiori acquiratur, ceſſat reſtitutio.*

79 *Reſtituto minore fideiuſſor non liberatur.*

80 *Fideiuſſor minoris hoc reſtituto, quando reſtituendus ſit?*

81 *Accurſij ſententia communiter ad probata præponitur.*

82 *Contractu cum minore celebrato, in quo dolus adfuit, nedum minor, ſed & eius fideiuſſores reſtituuntur.*

83 *Doli exceptio minori, & maiori communis eſt, prætoris auxilium ſoli minori competit.*

84 *Ceſſante principali obligatione, fideiuſſoria etiam extincta videbatur.*

85 *Reſtitutione minoris non tollitur ipſo iure, ſed exceptionis ope illius obligatio.*

86 *Ex minoris conſenſu contractus celebrationi adhibito naturalis orta obligatio, eo etiam reſtituto durat, nec reſoluitur ipſo iure, ſed ex prætoris beneficio.*

87 *Naturali minoris obligationi fideiuſſor, expromiſſorue maior accedere poteſt.*

88 *l. minor. 51. ff. de procuratorib. explicatur.*

89 *Legum de abſtentione minoris ab hæreditate loquentium ratio deſcribitur, ob quam reſtituto minore fideiuſſores liberantur.*

Obli-

90 *Obligationi principali, quæ nulla eſt, fideiuſſor accedere non poteſt.*

91 *Quod ad fideiuſſores attinet, arbitrio iudicis ex cauſa cognitione relinquitur.*

92 *Quomodo ſuccurratur maiori læſo, cuius negocijs pertractandis minor ſe obtulerit?*

93 *Succurritur patri pro filio minore conuento etiam inuito, idemq; aut in litis conſorte, tutore, & alijs patrimonij minoris adminiſtratoribus obtineat? remiſsiuè, & n. 173.*

94 *Expenditur ratio qua prætor motus vſque ad viceſimum quintum annum completum minoribus hoc auxilium conceſsit.*

95 *Lex Lætoria deceptis dumtaxat minoribus ſuccurrebat, prætor lapſis etiam ob infirmum ipſorum conſilium.*

96 *Antè lapſum viceſimum quintum annum ex continua corporis perturbatione ætas perfecta non dicitur.*

97 *Maior viginti quinque annorum factus à cura liberatur, ac rerum ſuarum adminiſtrationem recipit, daturq; ipſi quadriennium, vt aduerſus ea, quæ minor geſsit, reſtituatur.*

98 *In Francia vſque ad triceſimum quintum annum reſtitutio peti poteſt aduerſus ea, quæ in minori ætate geſta ſunt.*

99 *Examinatur differentiæ ratio inter maſculi & fœminæ pubertatem & virilem ætatem.*

100 *Ætas viginti quinque annorum quibus epithetis à Iureconſultis, & interpretibus exprimatur?*

101 *Ætas triginta annorum in Iure Pontificio perfecta dicitur, eſtque ad epiſcopatum neceſſaria.*

102 *Quot ſint hominum ætates? & à quo tempore incipiant? remiſsiuè.*

103 *Ex aliquarum nationum ſtatutis maior quis poſt viceſimum annum habetur.*

104 *Horum ſtatutorum iuſtitia, ætaſq; ad veniam impetrandam, aliaq; facienda neceſſaria proponitur.*

105 *Maior ex ſtatutis, vel veniam adeptus immobilia ſine decreto iudicis alienare non permittitur, nec ipſi ante viceſimum quintum annum libera rerum ſuarum adminiſtratio conceditur.*

106 *Læſus in iudicio minor, qui veniam impetrauit, vel maior ex ſtatuto habetur, an & quando reſtituatur?*

107 *Fiſcus iure minoris ex plurimorum ſententia non vtitur.*

108 *Quamuis ex totius orbis ſtylo fiſcus minoris iure vtatur, priuato tamen iure cenſetur, & in generali diſpoſitione includitur.*

109 *L. non puto. 10. ff. de iure fiſci, qualiter accipienda ſit?*

110 *Iure noſtro fiſcus iure minoris vtitur.*

111 *Eccleſia, & reſpublica eodem iure potiuntur.*

112 *Contra quæ minorum negocia reſtitutio concedatur? & num. 73. & 78.*

113 *Quomodo accipiantur ea edicti verba:* Quòd cum minore geſtum eſt?

114 *Factum vnius includentia hoc edicto an contineantur?*

115 *Quid ſignificent hæc prætoris verba rectè intellecta?*

116 *Vis, ac poteſtas legum magis, quàm verba ſpectanda ſunt.*

117 *Ius eſt non ſolùm quod lex ſcripſit, ſed quod voluit.*

118 *Vbi eſt eadem ratio, ius quoque idem eſſe debet.*

119 *Verbi*, geſtum, *edicto contenti ſignificatio ſtricta eſt ex Labeonis ſententia.*

120 *In prætoris edicto ex communibus omnium placitis verbi*, geſtum, *ſignificatio generalis & latiſsima eſt.*

121 *Negotia, in quibus minor reſtituitur, in tria genera conſulti diſtribuunt.*

122 *Quibus modis res ſuas minor amittat?*

123 *Vel omittat, quòd acquirere potuit?*

124 *Oneri non neceſſario quando ſe obligat minor?*

125 *Diffuſè interpretes agunt de negotijs, in quibus minor reſtituitur.*

126 *Ex Fachinei ſententia minor rem cum pacto reuendendi emens ſine decreto iudicis, alijſque ſolennibus non obligatur.*

127 *Reſtituto minore ad priſtinum ſtatum omnia reducuntur.*

128 *Minoris contractus claudicat, vt ſecum contrahens obligetur, non ipſe.*

129 *L. Iulianus, 14. § ſi quis à pupillo. ff. de action. empti, quo in ſenſu accipiatur?*

130 *Minor curatorem habens, vel non habens, an, & quando ex venditione cum pacto reuendendi obligetur?*

131 *Authoris ſententia proponitur.*

132 *Minorem vltra dimidiam in venditione læſum reſtituendum cenſet Fachineus.*

133 *Electio minori reſtituto datur, vt vel ad reſciſſionem contractus, vel pretij ſupplementum agat.*

134 *Minor à contractu recedens omne illud ſoluere tenetur, quòd illius ratione percepit, & num. 131. 165.*

135 *Aduerſus ſpretam noui operis nunciationem minor reſtituitur, vt præſtita cautione audiatur.*

136 *Minor teſtamentum accuſans, aut teſtatoris voluntati non obtemperans reſtitui non poteſt, vt ex eo hæreditatem adeat.*

137 *Reſtituitur minor aduerſus temporis lapſum non confecti inuentarij, etiamſi curatorem habeat.*

138 *Minori ex clauſula,* ſi qua mihi, *reſtitutionem poſtulanti aduerſus temporis non confecti inuentarij lapſum datur in curatorem actio, vel ſi is ſoluendo non ſit, reſtitutio in integrum.*

139 *Ex Iuſtiniani conſtitutione datur minori electio, vt vel in curatorem agat, vel aduerſus inuentarij omiſſionem reſtituatur.*

140 *Proponitur quæſtio, num minor mulier aduerſus dotem, quam marito tradidit, reſtituenda ſit?*

141 *Bona in dotem data ex æſtimatione propria mariti fiunt, & ad pretium ſolum tenetur.*

142 *Bona in dotem ſine decreto iudicis, & tutoris authoritate mulier minor viro tradere non poteſt.*

143 *Qui alienare nequit, nec actum facere permittitur, ex quo alienatio ſequatur.*

144 *Si dos in magna pecuniæ quantitate, vel in rebus pretioſis conſtituatur, decreto iudicis, aliiſq; ſolennibus eſt opus.*

145 *Dos pro qualitate coniugum, & quantitate bonorum inofficioſa, vel legitima habetur.*

146 *L. lex quæ tutores. 22. C. de administratio. tutor. ſenſus.*

147 *In controuerſis articulis à communi, cui lex aliqua fauet, recedere nefas eſt.*

148 *Ad alienationem rerum pretioſarum decretum iudicis ex veriore ſententia deſideratur.*

149 *Idemq; iuris obtinet in alienatione magnæ pecuniæ quantitatis, eiuſq; ratio.*

150 *Quam dotem minor mulier curatore authore dare poteſt, eamdem, ſi non habeat, dare poterit.*

151 *Vt mulier dotem in immobilibus etiam inæſtimatam marito tradat, iudicis decreto, aliiſq; ſolennibus opus habet.*

152 *Lege non diſtinguente diſtinguere non licet.*

153 *Poſſeſsionem vel fructus rei immobilis minoris transferre ſine iudicis decreto curator nequit.*

154 *Quomodocumque læſa inueniatur mulier minor in dotis præſtatione, prætoris beneficio adiuuatur.*

155 *Minimus formæ defectus actum vitiat, nec reſciſsione minor eget.*

156 *An, & quando minor aduerſus præſcriptionem, vel vſucapionem reſtituatur? remiſsiuè.*

157 *Minor ad retrahendam rem patrimonij, vel auitam, nouem poſt addictionem diebus elapſis non reſtituitur. & nu. 159.*

158 *Diſtinctio l. ſi in emptionem. 36. infrà hoc titulo, à l. 8. tit. 11. lib. 5. recopilation. ex mente Ioan. Guter.*

159 *Æquitas, & peccati vitandi ratio ad retractum, qui odioſus eſt poſt nouem dies elapſos, minoris reſtitutionem non patitur.*

160 *Reſpondetur diſtinctioni Ioan. Guter.*

161 *Reſtituitur minor aduerſus inſtrumentum paratam executionem habens, & reſtitutionis articulo pendente, executionis curſus retardatur.*

162 *Quomodo fiat aduerſus minorem executio? remiſsiuè.*

163 *Reſtituitur minor aduerſus dilatione decem dierum in executione probationi præfixam, vt terminus hic ſibi prorogetur.*

164 *Reſtitutio minori competit, quoties non inuenitur à iure ſublata.*

165 *Reſtituuntur minor, Eccleſia, fiſcus, & reſpublica aduerſus bonorum addictionem, ſi læſio maxima ſit, vel etiam mediocris.*

166 *Reſtituitur minor contumax, qui poſt nouem dies conteſtari deſiit, niſi dolus ipſius probetur.*

167 *Poſitionibus aduerſi legitimè non reſpondens pro confeſſo habetur.*

168 *Pœna ficta ob contumaciam confeſsionis apud ſuprema tribunalia non eſt in vſu.*

169 *Reſtituitur minor aduerſus contumaciam expenſas aduerſæ parti erogat.*

170 *An, & quando aduerſus confeſsionem, vel negationem in iudicio factam minor reſtituatur? remiſsiuè.*

171 *Minor, Eccleſia, & alij, qui minoris iure vtuntur, exceptionem dilatoriam, vel fori declinatoriam ante litis conteſtationem allegare omittentes, reſtituuntur ad allegandum, ſi magnum inde damnum ſibi obueniat.*

172 *Minor, & Eccleſia, quamuis principales non ſint, ſed tertij oppoſitores poſt publicationem in cauſa intra quindecim dies ad omiſſam probationem reſtituuntur.*

173 *Minori reſtitutio conceſſa in indiuiduis conſorti litis prodeſt, qui eam ſine minoris mandato petere poterit.*

174 *Reſtituitur minor ad omiſſam probationem intra terminum, in quo de liquidatione agitur, etiam vltramarinum.*

175 *Non reſtituitur minor aduerſus probationem omiſſam poſt terminum quinquaginta dierum in iudicio maioratus poſſeſſorio, vulgò* tenuta.

176 *Poſt ſex dies ad obijcienda teſtibus crimina, vt ea obijciat, minor non reſtituitur.*

177 *Reſtituitur minor contra ſententiam in interdicto retinendæ latam.*

178 *Reſtituitur minor aduerſus appellationem omiſſam, ſi actor ſit, læſione probata; ſin verò reus quamuis eam non probet.*

179 *An ſit reſtituendus minor in ſpiritualibus, maximè contra renunciationem beneficij?*

180 *Minor pubes regulariter non reſtituitur aduerſus delictum, minus tamen punitur, ac diuerſi caſus diuerſa iura exigunt.*

181 *An contra confeſsionem delicti minor reſtituatur?*

182 *Diſtinctio tripartita Fachinei circa minorem delictum confitentem proponitur.*

183 *Falſa confeſsio in iudicio criminali facta minori non nocet, vel ſaltem reſtitutio conceditur, quamuis læſionem non probet.*

184 *Quando non conſtat, verúmne, an falſum minor dixerit, læſione probata contra confeſsionem reſtituitur.*

Con-

185 *Confeſſio minoris ſine curatore non valet, quamuis minor illum non habeat, ſed Romæ, ac multarum gentium conſuetudine adulto ad confitendum curator non datur.*
186 *Minor aduerſus confeſſionem, vel negationem etiam ratificatam, vel iuratam, quamuis curator adfuerit, læſione probata reſtituitur.*
187 *In atrocioribus delictis aduerſus confeſſionem, maximè geminatam, minor non reſtituitur.*
188 *Minor ſtatuto comprehenditur, vt contumax damnetur, ſed faciliùs, quàm alij reſtituitur.*
189 *Minor cum authoritate tutoris poteſt ſine iudicis decreto pacem facere, eaq; rupta ad pœnam promiſſam tenetur.*
190 *Pax ab adulto iurata curatoris authoritate non eget, nec item ſi iurata non ſit, decreto iudicis intercedente.*
191 *Communis diſtinctio eſt, vt minor de damno vitando certans reſtituatur contra minorem, ſecùs ſi de lucro captando agatur.*
192 *Minori qualitercumque læſo, non detecta eius calumnia, etiam contra minorem reſtitutio conceditur.*
193 *Exceptio regulam contrariam firmat.*
194 *Minor ſe maiorem iurans, vel contractui iuramentum adijciens regulariter non reſtituitur.*
195 *Auth Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. venditionem in Francia non ſeruatur.*
196 *Iuramenti poteſtas, & effectus remiſſiuè.*
197 *Impubes etiam doli capax cum iuramento contrahens reſtituitur.*
198 *Cauſæ reſtitutionis in integrum remiſſiuè.*
199 *Minor ætas probanda eſt, vt edicti auxilium locum habeat.*
200 *Minor ætas à quo probanda ſit? & an in alio iudicio probata proſit, vel noceat? modiq; omnes eius probandæ, remiſſiuè.*
201 *Læſio minoris adeſſe debet, vt reſtitutio concedatur.*
202 *Læſionis probatio ad reſtitutionem impetrandam neceſſaria eſt.*
203 *Quæ ſit læſione opus ad reſtitutionem minoris? remiſſiuè.*
204 *Minor, qui læſus non eſt, non reſtituitur.*
205 *Dolo aduerſarij reſtituitur minor, & n. 85.*
206 *Facilitas minoris, vel ætatis lubricum reſtitutionem operatur, & num. 86.*
207 *Lubricum ætatis quid ſignificet?*
208 *Maioribus etiam alieno dolo deceptis reſtitutio conceditur.*
209 *Minori qualitercumque læſo prætor auxilium pollicetur.*
210 *Mens, & cauſa huius edicti.*
211 *Quomodo probetur minor ætas?*
212 *Quomodo ſe læſum probet minor?*
213 *Minor ætas ex adſpectu probatur.*
214 *Minore probata ætate, minoris læſio, & ignorantia præſumitur.*
215 *Fragile eſt, & infirmum minoris conſilium.*
216 *Vbi læſio, ac minor ætas non deteguntur, probanda ſunt.*
217 *Quæ continere debeat ad petendam reſtitutionem libellus?*
218 *Minor reſtituitur ex clauſula,* Si qua mihi, *probata tamen iuſta cauſa.*
219 *Quæ cum minoribus geſta ſunt, non debent ſemper omnino reſcindi.*
220 *Dolo minoris intercedente ipſius reſtitutio ceſſat.*
221 *Minor an aduerſus dolum in omittendo reſtituatur? remiſſiuè.*
222 *Minoris conſulto prudentis patrisfamilias more rem gerentis reſtitutio ceſſat, quamuis inopinatus geſtæ rei euentus vtilitatem auferat.*
223 *Res à minore conſultè agitur, ſi quid neceſſariò, vtiliter, aut honeſtè, ſeu ad honorem vitæ tranſigendæ geſſerit.*
224 *Neceſſariò rem agit minor, ſi quid iure communi coactus fecit, quod alter quicumque facere debuiſſet.*
225 *Minor, qui multos ſibi fideiuſſores obligauit, non reſtituitur contra alios, ſi qui poſtea deſinant eſſe ſoluendo.*
226 *Minor læſus non dicitur, qui iure communi vſus eſt.*
227 *Species, in quibus minorum reſtitutio ceſſat, remiſſiuè.*
228 *Prætor ſibi poteſtatem, ac tempus reſtitutionis concedendæ reſeruat.*
229 *Prætor extra ordinem iudicabat, ac dabat iudices.*
230 *Ex hoc prætoris edicto actio non datur, ſed exceptio.*
231 *Prætor ad quid edicta proponebat?*
232 *Aeguinarius Baro alia verba edicti verbis addens improbatur.*
233 *Edicti, & prætoris mens explicatur.*
234 *Prætoris ad reſtitutionem concedendam iuriſdictio an alij demandari poſſit? remiſſiuè.*
235 *Diſcrimen inter remedium reſcindens, & reſciſſorium, remiſſiuè.*
236 *Cognitio illa prætoris hodie ad cauſæ iudicem ſpectat.*
237 *In Francia regijs litteris ad eam eſt opus.*
238 *Apud nos inſtãtiæ iudex de reſtitutione cognoſcit.*
239 *Ad executionem contra minorem faciendam datur ipſi etiam inuito curator.*
240 *Contra minorem pupillum non priùs executio inſtitui poteſt, quàm à iudice tutor ei adſignetur.*
241 *Quomodo, & qualiter minor ad iudicium vocetur? remiſſiuè.*
242 *Quando minor legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeat? vel ab accuſando repellatur? remiſſiuè.*

243 *Pro ære alieno minor non capitur.*
244 *Vis prima argumentationis proponitur.*
245 *Pactum quid ſit? ac proſit? ex Cicerone.*
246 *Aequitas eſt etiam ciuilis.*
247 *Prætor ex Accurſio in hoc edicto naturali ingenio, contra naturalem æquitatem ductus eſt.*
248 *Naturale ingenium non dictat, quæ iuri naturali repugnant.*
249 *Aequitas naturalis, vt pacta ſeruentur, generalis, vt minor aduerſus ea prætoris beneficio adiuuetur, ſpecialis eſt, quæ generi derogat, & num 257. in fine.*
250 *Naturalis æquitas ex cuiuſque negotij circumſtantijs æſtimanda eſt, quamuis in boni & æqui diſputatione ſub authoritate iuris perperam errari ſoleat.*
251 *Quæ ſit naturalis æquitas, dicta epicheia?*
252 *Benigna interpretatio ſit, vt legum voluntas conſervetur.*
253 *Leges non in verbis, ſed in mente, ac radice rationis poſita ſunt.*
254 *Ius ars boni & æqui dicitur.*
255 *Naturalis rationis expoſitio ad legum latores attinet, æquitatiſq; natura eſt, vt legem interpretetur, & ſuppleat.*
256 *Aequum eſt pacta ſeruari, æquius cum minori geſta ſi lædatur, non ſeruari.*
257 *Ciuili lege inſpecta ratum eſt, quod cum minore geritur, ſed ex naturali æquitate, ob fragile ipſius conſilium, irritum redditur.*
258 *Cum tertij iniuria minori non ſuccurritur, ſecùs vbi nulla ſit, vel minoris læſio detegitur.*
259 *Lege Lætoria curatores ex cauſis minoribus dari ſolebant, quibus deficientibus non dabantur.*
260 *Poſt diui Marci conſtitutionem curatores minoribus rem ſuam etiam bene gerentibus decernebantur.*
261 *Inuito minori curator non datur, præterquam in litem.*
262 *Ex Accurſio rata non ſunt, quæ ante perfectam ætatem à minore geruntur, quamuis res ſuas adminiſtret, neque curatorem habeat.*
263 *Minori, ſiue curatorem habeat, ſiue non, interdicta eſt ante virilem ætatem perfectam libera bonorum ſuorum adminiſtratio.*
264 *Contractus à minore curatorem habente factus inutilis eſt, nec eget reſtitutione.*
265 *Si minori curatorem non habenti rerum ſuarum adminiſtratio committeretur, auxilium prætoris in minoris damnum redundaret.*
266 *Ratio minori curatoris dandi, & adminiſtrationis ipſi prohibendæ.*
267 *Budæi dubia circa curatores dandos proponuntur.*
268 *Inuiti adoleſcentes curatores non accipiunt.*
269 *Vlpiani verba explicantur.*
270 *Minor curatorem habens abſque illius authoritate contrahens nihil agit; quòd ſi non habeat curatorem, reſtituitur.*
271 *Antinomia, l. ſi curatorem habens, 3. C. de in integr. reſtitutio. cum l. puberes, 101. ff. de verbor. obligationib.*
272 *Triplex Accurſij ſolutio proponitur.*
273 *In dicta l. puberes, curatores habebant.*
274 *Minor ſine curatoris authoritate contrahens nihil agit, & num. 270.*
275 *Cum obligatio naturalis actionem non producat, nulla contra eam eſt opus reſtitutione.*
276 *Puberes abſque curatoris authoritate obligari poſſunt etiam ciuiliter, ſecùs in pupillis.*
277 *Alienatio bonorum prohibita eſt puberi curatorem habenti, ideò alienans nihil agit.*
278 *Pubes eſt ſuæ tutelæ, vt perſona ſua factum inſcio etiam curatore promittere, & ex ſtipulatu obligari poſſit.*
279 *Minor ſine tutoris authoritate matrimonium contrahere poteſt, & alia eiuſmodi gerere, remiſsiuè.*
280 *Ex ſtipulatu alienatio bonorum ſequi ſolet, quam prohibent Imperatores, & conſultus non excludit.*
281 *In l. ſi curatorem habens. 3. C. de integ. reſtitut. nouum ius ſtatutum eſſe demonſtratur.*
282 *Curatoris auctoritate opuſne ſit, quoties decretum interponitur?*
283 *Ad alienationem bonorum minoris immobilium ſpontaneam decreto iudicis, & curatoris auctoritate opus eſt.*
284 *Ad neceſſariam immobilium, vel mobilium ſpontaneam non deſideratur curatoris auctoritas decreto iudicis intercedente.*

VLPIA-

VLPIANVS LIBRO XI.
AD EDICTVM.

HOC edictum prætor naturalem æquitatem ſequutus propoſuit, quo tutelam minorum ſuſcepit. Nam, cùm inter omnes conſtet fragile eſſe, & infirmum huiuſmodi ætatium conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum, auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus eſt, & aduerſus captiones opitulationem. Prætor edicit: QVOD CVM MINORE, QVAM VIGINTI QVINQVE ANNIS NEGOTIVM GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVÆQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. Apparet minoribus annis viginti quinque eum opem polliceri, nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtat. Et ideò hodie in hanc vſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur, nec antè rei ſuæ adminiſtratio eis committi debet, quamuis bene rem ſuam gerentibus.

(l. 1. ff. de minoribus viginti quinque annis.)

1 DIuiditur hæc littera in quatuor partes. In prima conſultus edicti rationes profert. In ſecunda edicti verba narrat. In tertia illud generaliter interpretatur. In quarta, & vltima curatoris opẽ minoribus, quaſi neceſſariam applicat. Prima eſt *in principio.* Secunda *in verſ. Quod cum minore.* Tertia *in verſicu. apparet.* Quinta *ex ijs verbis,*
2 *& ideo apparet.*

Vlpiani deciſio generalis eſt ad id tantùm edita, vt prætoris verba breuiter interpretetur, qui minoribus ex facilitate ſua circumſcriptis opem ſuam pollicetur, vt beneficio reſtitutionis in integrum, quæcumque ex prædictis cauſis in eorum damnum ac detrimentum ceſſerint, ſiue contractus fuerint, ſiue ſententiæ aduerſus eos latæ, ſiue propriæ confeſſiones, quodpiamúe aliud huiuſmodi negotium, quod modo quolibet minores geſſerint, *vt in l. ait prætor. 7 infrà hoc titu.* reſcindan-
3 tur, ac ſi ea nuſquam facta fuiſſent.

Quæ omnia ſingulariter, & apertè nimis Iuſtinianus probat in diuiſione *titulorum. C. de*
4 *in integr. reſtitutionib.* in quorum ſingulis ſpeciatim de prædictis agit. Secùs *in noſtro Digeſtorum titulo,* in quo prætoris formulam commentantur veteres, pluraq́; in illis diſperſa remedia continentur, quibus minorũ bona augmentũ potiùs, quàm diminutionem recipiant.

Quocirca ad immobilium alienationem
5 iudicis decreto, curatoris auctoritate, alijſque ſolennibus opus eſt. *l. magis puto. 5. §. non paſſim. ff. de reb. cor. l. 2. 3. 4. & toto fermè titu. C. de præd. minor. l. 60. titu. 18. partit. 3. l. 18. titu. 16. partit. 6.* quæ vltra alios amplè commemorant Fabian. de Monte *de emptio. & venditio. 5. quæſtio. principal. à num. 95.* Fachin. *lib. controuerſ. iur. 2. c. 3. lib. 3. c. 1. 2. & 3.* Petr. Surd. *deciſ. 86. num. 9. part. 1.* Iacob. Menoch. *lib. 2. de arbitrar. centur. 2. caſ. 171. num. 28. & 72.* idem *de recuperan. poſſeſſio. remed. 15. num. 146. & 147.* atque iterum *conſil. 29. & 58. lib. 1. conſil. 242. lib. 3.* Zephal. *conſil. 115. num. 1. lib. 1.* Roland. *conſil. 54. lib. 2. conſil. 60. lib. 4.* Riminal. Iun. *conſil. 5.* Dionyſ. Gotofred. *in l. ob æs. 12. ſchol. 2. C. de præd. minor.* Anton. Sola *in commentar. ad noua Sabaud. decreta titu. de forma, atque ord. obſeruan. in pignoration. & ſubhaſtationib. ſchol. 3. à numer. 17. ad 25.* Idem *ad nouas deciſ. Ducal. titu. de alienationib. minor. mulier. & contractib. iuratis ipſor. ſchol. 1. num. 13. & ſchol. 3.* Ioan. Petr. Ancharran. Regienſis *quæſtion. familiar. lib. 2. quæſt. 6. & lib. 3. quæſt. 9.*

Eadem quoque ſolennia in alienatione 5
bonorum minoris mobilium quæ ſeruando ſeruari poſſunt, maximæ pecuniæ quantitatis, vel rerum pretioſarum, deſiderantur. *l. lex quæ tutores. 22. C. de adminiſtratio. tutor.* de cuius intellectu latiùs agemus *infrà num. 146. cum decem ſequentib.*

Ad alienationem verò rerũ minoris etiam 6
immobilium neceſſariã decreto iudicis, alijſq; ſolennibus opus nõ eſt. *l. 3. §. item quær. ff. de reb. cor. l. 1. & 2. c. de præd minor.* poſt alios Menoch. *de arbitr. l. 2. cent. 2. caſ. 171. n. 72.* Surd. *dicta deciſ. 86. n. 9.* nos ex alijs *inferiùs num. 184.*

8 Quid autem iuris obtineat in alienatione aduentitiorum filij à patre facta? rectè diſputant Ancharan. Regienſ. *lib. 3. familiar. quæſtion. quæſt. 17. à num. 10.* Menoch. *conſil. 179. num. 29. lib. 2.*

9 Quapropter adminiſtratio rerum minoris viginti quinque annis curatori committitur, cuius auctoritate & conſilio intercedente tot inſidijs atque captionibus expoſitus non ſit; quod *ex textu noſtro, & ſimilibus* interpretes omnes de hac agentes materia expendunt.

10 Præſumitur enim decipi potius, minor quàm decipere. *l. regula. eſt. 9. ff. de iur. & facti ignoran. l. 2. ff. de iure fiſci, lege noſtra, & ſimilib.* poſt alios à ſe relatos Aymon Cravetta *conſil. 192. numer. 5.* Cephal. *conſil. 109. numer. 14. lib. 1.* Petr. Surd. *deciſion. 222. num. 11. & 12.* Farinac. *in praxi criminal. 3. parte titu. 10. de pœn. temperand. quæſt. 89. inſpectio 3. numer. 49. quæſt. 42. à numer. 91.* niſi probetur in eo malitia ex Menoch. *conſil. 471. à num. 1. lib. 3.* Farinac. *dicta q. 92. num. 154. 157. & 172.*

11 Tantus verò eſt minorum fauor, vt etiam curatore exiſtente, reſque ipſorum prouidè ac iuridicè adminiſtrante, in integrum reſtitutionis remedium ipſis à prætore conceſſum nuſquam ceſſet, dummodo, quæ ad illud obtinendum deſiderantur, interueniant.

12 Oportet enim læſum eſſe minorem, & læſionem huiuſmodi dolo aduerſarij, ſiue ſua etiam propria, vel ætatis illius facilitate accidiſſe. *l. verum. 12. §. ſciendum, infra hoc titu. l. nam poſtea quam. 9. § ſi minor. ff. de iureiuran. l. minoribus 5. & 8 C. de integrum reſtitut minor. l. 5. titu. 14. l. vlti. titu. 25. part. 3. l. 2. & 6. in fi. titu. 19. part. 6.* ex multis alijs à ſe relatis Ioan. Gutier. *conſil. 32. numer. 3.* Ancharan. Regienſ. *lib. familiar. quæſt. 2. quæſt. 38. & 39.* Menoch. *conſil. 100. num. 289. lib. 1.*

Quæ duo in littera Vlpiani deprehenduntur, & circa hæc verſari præſens prætoris auxilium defendit Bald. *in præſenti*, atque alij *inferius* adducendi, maximè Iacob. Philip. Porti *conſil. 139. teſtatrix certam pecuniam, numer. 5.* Iacob. Menoch. alios memorans *de recuperan. poſſeſſion. remed. 15. numer. 136.* Quintilian. Mandoſ *de ætate minor. quæſt. 1. & 4 maximè n. 3.*

13 Sed his duabus, & aliam ſpeciem libenter addiderim, quando videlicet ex contractu minor vtilitatem non percepit, vel lucrum amiſit. *l. minoribus. 6. l. ait prætor. 7. §. vlti. l. etſi ſine dolo. 8. l. patri. 28. §. item ex diuerſo, infra hoc titu. l. 5. titu. 19. part. 6.* poſt alios Tiraquell. *lib. 1. de retractu lignag. §. 35. ſchol. 2. numer. 9.* quem cum pluribus alijs refert ſequutus noſter Couarr. *lib. variar. reſolution. 1. cap. 5. à numer. 2.* Dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in lib. 1. ſchol. 5. numer. 11. titu. 11. lib. 5. recopilation.* Andr. Fachin. *lib. 3. controuerſ. iur. cap. 4. ex verſicul. de mediocri læſione.* Quod tamen temperandum videtur, dummodo lucri amiſſi reſtitutio in alterius damnum & iniuriam non cedat. *l. ſciendum. 18. ff. ex quib. cauſ. maior.* Bartol. Bald. Ioan. Andr. Sfort. Odd. & alij, quos adfert Surd. *deciſ. 99 numer 20.* Fachine. *lib. controuerſ. iur. 2. cap. 3. verſicul Octauo non debet.*

Quòd ſi minor ex contractu locupletior 14
fiat, læſio, aliaque omnia impedimenta non conſiderantur. *l. eatenus. 10. ff. de inſtitor. actio.* cum pluribus eiuſmodi, quæ in diuerſis ſpeciebus meminit in ea Gotofred. *ſchol. 1. l. ſi pupilli. 6 ff. de negot. geſt. l. cui bonis. 3. ff. de nouationib. l. pupillus. 5. § pupillus. ff. de auctoritat. tutor. l. 1. § ſi cum impubere. ff. de pecul. l. 1. §. aut in pupillum. ff. depoſ. §. ſin autem aliter Inſtitut. quib. alienar. licet, vel non?* Andr. Fachin. alios adducens *lib. controuerſ. iur 3. c. 3. maximè in verſicul. quartum eſt illud.* Ne in fauorem mino- 15
ris inducta in eius odium retorqueantur contra *l. quod fauore. 6. C. de legib. l. nulla. 25. ff. eod. titu. c. quod ob gratiam. 61. cum vulgar. & ſimplicibus, de regul. iur. lib 6. l. 1. titu. 18. part. 2. l. 7. titu. 20. part. 3. l. vlti.* vbi latè poſt alios Azebed. *titu. 1. lib. 2. recopilat.*

Quinimo in ſpecie contractûs minori vti- 16
lis decreto iudicis, alijſque ſolennibus opus non eſſe ex *l. non ideo minus. 14. C. de procuratorib. & alijs innumeris interpretibus à ſe relatis* verius probat Ancharan. Regienſ. *quæſtion. familiar lib. 2. quæſtion. 6. num. 22. cum duob. ſequentib.* & ex multis alijs Farinac. *in praxi crimin. 1. tom. 1. partis: titu. 2. de accuſatio. quæſt 15. numer. 9. verſic. ideo non obſtant, & numer. 24.* Quintilian. Mandoſ. *de ætate minori, quæſt. 21 & 29.* Latiùs Petr. Surd. *dec. 278 n 8.* quamuis *nu. 19. & 20.* multos pro contraria parte adducat, ſed *n. 21. 22. & 23.* duas haſce ſententias contrarias conciliat, pro certo adſciens alienationem minori euidenter vtilem, quia plus videlicet ſit in cenſu, quam in prædij reddittu, decreto iudicis, alijſque ſolennibus deſtitutam valituram.

Quam ſententiam cùm iuribus, & inter- 17
pretibus confirmaſſet Fachin. *lib. controuerſ. iur. cap. 3.* demum in contrariam inclinat ex interpretibus, quos Simoncell. *in loco ab eo relato* adfert, expendens pro ea verba *l. magis puto. 5. § ſi æs alienum. ff de reb. eor. Si æs alienum non interueniat,* (Vlpianus ait) *tutores tamen allegent, expedire hæc prædia vendi, & alia comparari, vel certe iſtis carere. Videndum eſt an prætor eis debeat permittere? & magis eſt, ne poſſit. Prætori enim non liberum arbitrium datum eſt diſtrahendi res pupillares, ſed ita demum, ſi æs alienum immineat.* Hæc Vlpianus.

Cuius tamen ſpecialis deciſio me à ſupe- 18
riori ſententia non diuertit, cùm de hac ſola ſpecie Vlpianus conſultus negatiuè reſpondeat,

deat,

deat, ius in alijs nullum conſtituens. præſer-
tim cũ in ea propoſitionis à tutoribus factæ
inſtitia ex cauſæ cognitione prætori non con-
ſtiterit, cui non licet ex abrupto ad res mi-
noris diſtrahendis decretum ſuum interpo-
nere. *l. minorum. 6. l. ob æs. 12. C. de præd. minor.*
rectè in hunc ſenſum ab Alciato accepta,
lib. 4. diſpunction. c. 5. alias item cauſas in iure
adferri ſolitas probante, ob quas bona mino-
ris immobilia decreto iudicis cauſa cognita
intercedente, quamuis æs alienum non vr-
geat, vendi poſſunt.

Quod prior ſenſit Accurſ. *verb. æs alienum,
in d. §. ſi æs alienum.* & conſtat ni fallor ex *l. lex
quæ tutores. 32. §. præcipimus. in fine.* ibi, *ſcilicet per
inquiſitionem iudicis, & probationem cauſæ interpo-
ſitionemq; decreti, vt fraudi locus non ſit.* & iuri-
bus ab Alciato recitatis, ac ſimilibus: quic-
quid fruſtra iudicio meo nulla vera contra-
ria ratione perpenſa contra eum adſtruat Fa-
chin. *d. c. 3.* Alciati autem ſententiam eo non
relato expreſſim probat Dionyſ. Gotofred.
in d. l. in minorum. 6 ſchol. a. C. *de præd. minor.* ita
intelligens dictum §. *ſi æs alienum*, in hæc verba:
*non ſufficit cauſas alienationis proponi coram iudice,
eſt præterea neceſſe, vt apud acta probentur. l. 5. §.
14. ff. eod.*

Nec Fachineo fauet *l. ſi fundus ſit ſterilis.
14. ff. de reb. eorum*, in qua pro modo fructuum
fundus, cuius alienatio petebatur, non pluris
vendi poterat. Quod ſecus eſt, vbi fundi fru-
ctus tenues, ex pretio vberiores minori emi
poſſent, vel plus eſſet in cenſu, quàm in
reddítu, prout conſiderauit Surd. *dicta de-
ciſion. 278. nu. 23.* vel alia quæuis legitima cau-
ſa adeſſet, quæ plenè in actis probata iudici
ad interponendum decretum ex ipſorum me-
ritis plene inſtructo iuſta videretur.

19 Sed à quo? qua ratione, & effectu pro-
bandum ſit, minorem locupletiorem effe-
ctum, ne contractus reſcindatur? rectè diſſe-
rit Ioann. Petr. Ancharan. Regienſ. *fami-
liar. quæſtion. lib. 1. quæſtion. 15.* diſtinguens, *num.
4.* à minore probandum, ſe non fuiſſe factum
locupletiorem, nec pretium ſibi ſolutum cùm
ad contractus reſciſſionem agit, ab aduerſo,
cùm contendit minorem locupletiorem fa-
ctum, ex pretio, quod ad eius manus peruenit.
Quod iterum readſumit idem Ancharan. *lib.
2. quæſtion 38. num. 10.*

His ad clariorem noſtri textus explicatio-
nem præhabitis, ſequens ex ea concluſio diſ-
putanda colligitur.

20 *Minoribus ex ſua facilitate dece-
ptis reſtitutionis in integrum remedio
ſubuenitur, & quò magis res eorum
in tuto ſint, vſque ad viceſimum
quintum annum completum ad res eo-
rum adminiſtrandas curatores decer-
nuntur.*

Concluſio hæc, licet veriſſima ſit, diffici- 21
lis redditur ex conſideratione illa, quam
communiter interpretes aduerſus hanc Vl-
piani deciſionem adſciunt. Inquiunt enim
minorem rite paciſci poſſe, & ex pacto natu-
raliter obligari. *l. 1. in fine. ff. de nouationib. l. ſi
pupillus. 21. cum alijs ibi* ab Accurſio *adductis,
verb. repetere poßit, ff. ad leg. Falcid.* Nihil autem
tam naturale eſſe, quam pacta & conuen-
tiones ſeruari. *l. 1. ff. de pact. c. 1. c. qualiter in Sar-
dinia. 3. eod. titu.* Igitur naturalis hic nexus nul- 22
lo ciuili iure dirimi ſeu reſcindi poteſt. §. *Sed
naturalia. Inſtitut. de iure natura. gent. & ciuili.* &
ſanè in eo magis Vlpiani lapſus deprehendi
videtur, quod in huius beneficij erogatione
prætorem naturalem æquitatem ſecurum ad-
ſeuerauit: cùm imo ius ipſum, quo & natura-
lis æquitas continetur, dictet, *vt prædixi*, pacta 23
& conuentiones ſeruãdas fore, ex quibus na-
turalis obligatio inducitur. Cui ſi ſemel ſolu- 24
tionem addideris, naturalis obligatio extin-
guitur, ſed nulla prorſus inde indebiti con-
dictio ſoluenti relinquitur. *l. frater à fratre,
38. l. Iulianus verum debitorem. 59. cum ſimilib. ff. de
condictio. indebit.* Hoc idem igitur in quocum-
que minoris contractu fortius videbatur di-
cendum, ſi ſolutio ſubſecuta fuiſſet: natura-
lis enim obligatio, ac ſi ciuilis eſſet, ſolutione
indebiti condictione non obſtante perire vi-
debatur.

Quòd ſi nec ſolutio facta fuiſſet, obligatio 25
ſaltim naturalis in ſuo robore permanſiſſet,
nec aduerſus naturam ipſam æquitas haben-
da eſſet, quæ vinculum ipſius irritum redde-
ret: iniquitatis enim potius labem contraxiſ-
ſet, cùm ex reſciſſione contractus locupletior 26
efficiatur minor cum alterius iniuria & detri-
mento, cui iam obligatus erat contra deciſio-
nem *l. nam hoc natura. 14. ff. de condictio. indebit.
c. ſuam. 9. extrau. de pœn. c. locupletari. 48. de regul.
iur. lib. 6.* Cicer. *lib. officior. 3.* Quam merito Ac-
curſius potiorem æquitatis regulam prædicat
in dicta l. nam hoc natura, quem alij omnes ſe-
quuntur, & iure regio comprobat *l. reg. 17. titu.
34. part. 7.* Andr. Fachin. *lib. controuerſ. iur. 2. c. 3.
verſicul. octauo non debet minor.* motus deciſio-
ne *1. ex tenore. 11. verſicul. nos igitur, de foro
competen.* quod vtique iuribus, & interpre-
tibus confirmat Petr. Surd. *deciſ. 99. num.
20. lib. 1.*

Secunda difficultas aduerſus eamdem 27
concluſionem ex eo ſumitur, non enim om-
nino curatore opus eſt ad res minoris geren-
das, cùm inuito dari non poſſit. §. *1. verſic. item
inuiti adoleſcentes curatorem non accipiunt. Inſtitu.
de*

Digitized by Google

de curatorib. l. regia. 13. titu. 16. part. 3. atque ita notant omnes, maximè Accurſ. *in d. verſu. item inuiti, verb. non accipiunt.* Gregor. *in dicta l. 13. partita, verb. apremiados.* Igitur & in ſpecie noſtra videbatur dicendum, non ſemper minoribus curatores eſſe debere, donec viceſimum quintum annum compleuerint, maximè cùm ad alienationem rerum minoris quamuis curatorem habeat, decretum iudicis deſideretur *l. magis puto. 5. ff. de reb. cor.* Fachin. lauſſimè diſputans *lib. 3. controuerſ. iur. cap. 1. 2. & 3.* & alij plures *numer. 5 ſuperius* adducti.

28 Quare ſuperfluum videtur curatoris auxilium, cùm tamen lex nihil fruſtra operetur. *l. hæc ſtipulatio. 14. §. diuus. ff. vt legator. ſeu fideicommiſſor. nomin. caueatur.* interceſſio ſiquidem curatoris fruſtra deſideratur, cùm decretum ſit actus iudicis legitimus, cui auctoritas curatoris nihil addit; iudicis quippe officium
29 omnes alios defectus ſupplet. *l. 2 ff. de offic. ciuil. iudic.* Alciat. *in tractat. præſumption. reg. 3. præſumptio. 9.* Ancharan. Regienſ. alijs pluribus adductis *familiar. quæſtion. lib. 3. qu 9. n. 13. cum duob. ſequentib.* Præſertim nam fraudis in minoris detrimentum vergentis timor, quæ dandi curatoris cauſa fuit. *l. clarum. 4. cum ſimilib. C. de auctorita. præſtan.* in hac effigie ceſſat ex præactis, ac per conſequens edicti reme-
30 dium, argumento *l. vlti. C. de in integ. reſtitutio.* Qua deciditur, extraordinario remedio minori non ſuccurri, qui iure ſit vſus communi. *l. in cauſa. 16. infra hoc titu.* late poſt alios Ancharan. Regienſ. *familiar. quæſtion. lib. 2. quæſt. 39.* Ioan. Guterr. *conſil. 31. numer. 1. & in authentic. ſacramenta puberum, ex numer. 79. C ſi aduerſ. venditon.* & paſſim omnes. Non itaque aduerſus Vlpianum curatoris officium omnino requiritur, donec ætas legitima compleatur.

31 Sed his, & alijs nequaquam obſtantibus veriſſima eſt ſuperiùs elicita concluſio, quam probat Vlpian. *in præſenti. l. 3 §. 1. § ſcio. §. minorem. l. ait prætor. 7. l. verum. 11. §. ſciendum, cum alijs legibus infra hoc titu. & in Codice tum in noſtro de minorib. tum etiam in diuerſis de in integrum reſtitutione minorum titulis, & in genere, & in ſpecie, regia l. 1. & 2 titu. 19 part. 6.* & primum legis noſtræ reſponſum apertius explicat Iul. Paul. *in l. quod ſi minor. 24. §. non ſemper, infra hoc titu.* Agunt de materia huius textus præter ordinarios *in eo, & præadductis iuribus* ex recentioribus alios plures adferentes Petr. Rebuſ. *2. tomo commentar. ad conſtitution. Franc. integro de reſtitutionibus tractat* Fabian. de Monte *in tract. de emption. & vendit. quæſt. 5. principa. maximè à numer 95.* Andreæ. Alciat. *in tractat. præſumption. reg. 1. præſumpt 42.* Sfortia Odd. *integro de in integ. reſtitutione tractatu, in his maximè, quæ ad minores ſpectant.* Franciſc. Duaren. *in commentar. ad lib. 4. digeſtorum titu. 4. de minorib. 25. ann.* Cuiac. *in expoſitione huius legis.* Hugo Donel. *de iure ciui. lib. 21. ex cap. 6. per plura ſequentia.* Petr. Paul. Pariſ. *toto ferme conſil. 98. lib. 1.* Tiber. Dacian. *conſil. 16. numer 7. 8 & 9. conſil 18. num. 237. & 138. cum multis ex antecedentibus & ſequentib. lib. 1.* Iacob. Philipp Port. *conſil. 113. numer. vlt. & conſil 169. teſtatrix certam pecuniam,* Iacob. Menoch. *conſil. 29. 58. & 100. à numer. 119. & conſil. 179. lib. 1. conſil. 242. lib. 3.* idem *de recuperan. poſſeſſio. remed. 15. à numer. 106. & libr. 2. de arbitrar. caſu 171. ex numer. 28.* Cephal. *conſil 7. ex numer. 3. conſil. 115. numer. 1. conſil. 116. numer. 5. lib. 1. conſil. 304. à numer. 37. conſil. 356. conſil. 376. conſil. 437. lib. 3.* Surd. *conſil. 287. numer. 4 & 5. lib.* idem *deciſio. 75. numer. 17. deciſio. 86. num 9. deciſio. 99. numer. 19. deciſio. 221. numer 12* Roland. *conſil. 54. lib. 2. conſil. 60 lib. 4.* Ioan Petr. Ancharran. Regienſ. *familiar. quæſtion. lib. 1. quæſtion. 15. 16. & 41 num. 8. lib 2. quæſtion. 6 14. & 39 lib 3. quæſtion. 9. 69. & 74.* Anton. Sola *in commentar. ad noua Sabaudiæ decreta in omnibus ferme titulis.* idem latius *ad nouas conſtitution Ducal. titu. de alienation. minor. mulier. & de contractib. iurat ipſor.* Couarr. *lib. var. 1. cap. 2. numer. 2.* Ioan. Guterr. *conſil. 32. & in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendition.* idem *lib. quæſtion. practicar. 1. quæſtion. 38. 52. 65. 66. 69. 70. lib. 2. quæſtion. 88. 115. 159.* Ioan. Parlador. *lib. rerum quotidianar. 1 cap 12. & lib. 2. c. vlti. 4 part. §. 4 5. part. §. 6 §. 10, numer. 2. §. 16. numer. 9.* Azebed. *in l. 2. à numer. 18. titu. 1 lib. 2. recopilation.* Amaior Roderic. *in tractat. de executio. ſentent. cap 5. numer. 53. cap. 6. numer. 7.* Andreæ Fachin. *lib. controuerſ. iur. 1. cap. 72. lib. 2. cap. 3 cap 79. lib 3 cap. 1. 2. 3 4. 5. 9. 10. lib. 8. cap. 94. lib 9. cap. 41. 43 44. 80. 81. lib. 10. cap. 1. & 2.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib. lib. 2. concluſio. 666. 669. melius concluſio. 1058 & 1059.* Quintilian. Mandoſ. *de ætate minoris.* Proſper Farinac. *in praxi criminal tom. 1. 1. part. titu. 1. de inquiſition. quæſtion. 11 à numer. 26. ad 34. titu. 2. de accuſatio. quæſtion. 12. numer. 15.* Idem *3. part. titu. 9. de reo confe. & conuic. quæſtion. 81. cap. 10. à numer. 352. titu. 10. de pœn temperand. quæſtion. 92. conſil. 10. numer. 15. & in addition. litter. D. conſil. 30. numer. 15. & 64. cum duob. ſequentib. & in additio. litte. G. H. X. conſil. 66. à numer. 7.* Idem Farinac. *deciſion. 807.* atque innumeri alij, quos in diſcurſu meminiſſe opus erit, nec præ manibus habiti ſunt.

Vt autem Vlpiani deciſio ad amuſſim, ac perfectè explicetur, totaque illius materia comprehendatur, verba edicti iterum atque iterum proferre non erubeſcam. QVOD CVM MINORE, QVAM VIGINTI QVINQVE ANNIS NATV NEGOTIVM GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVÆQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. 32

Quibus verbis conſultus minoribus operæ ſuam pollicitum eſſe adſerit, vſque dum virilis vigoris

vigoris tempus impletum fuerit. Et quidem Vlpianus ab inducendi edicti rationibus exorditur, nosque hunc ordinem ſequemur, vt ab his ad cognitionem, & effectus edicti pedetentim deſcendamus, Iacobum Cuiacium *in præſenti* ſecuti, & alios, qui huius legis explicationi ſtudent. Ex quibus edicti, ni fallor, ſententia, id eſt, quid prædictis verbis contineatur, examinabitur. In quo cum multa inſint, variaque in veterum libris, & Imperatorum ſanctionibus ſcripta ſint, vt res tota hæc rectè oſtendatur, atque exactius, quam fieri ſolet, explicetur, edicti membra ſigillatim diſpiciemus, donec, quod de ſingulis quæritur, notum ac perſpicuum fiat, partibus enim ſic expoſitis facilius promiſſis fiet ſatis.

33 Sed priùs aduertere operæ pretium duxi, duo potiſſimum in hoc edicto conſiderari: rem, quæ promittitur, & promittendi cauſam. Res promiſſa eſt beneficium reſtitutionis in integrum, quod minoribus viginti quinque annis prætor pollicetur. Cauſa promittendi ſunt ea omnia, quæ Vlpianus *in præſentiarum* tangit, ipſeque, ac cæteri conſulti *paſſim* recenſent, quibus motus prætor hoc beneficium indulſit. In cauſa ſpectatur, quænam eæ res ſint, quas prætor ad illud conferendum exigat; læſio ſcilicet ex minoris facilitate, ſeu aduerſarij fraus. In beneficio ipſo, quale illud ſit? & quid tribuat?

34 Quare ſequentes quæſtiones breni examine diſcutientur. Cui competat prætoris edictum? aduerſus quem? de qua re? cuius reſtitutionis obtinendæ cauſa? quibus caſibus? & quo effectu? Quæ omnia ſi diligenter explicentur, & in ſingulis quid ſit verum appareat, huius edicti ſententiam, & reſtitutionem in ea contentam expoſita eſſe contendit Hugo Donel. *dicto libro de iure ciuil.* 21. *cap.* 6. *in fine.* Edicti autem verbis explicitis quæſtionum harum omnium facilis ac breuis habebitur reſolutio. Prima igitur edicti verba ſunt:

QVOD CVM MINORE, QVAM VIGINTI QVINQVE ANNIS.

35 Hinc deducitur, minorem eum dici, qui viceſimum quintum annum non compleuit. Quæ meta Lætoria lege ſtatura fuit ſtrictè adeo, vt dies de momento ad momentum numerandi ſint, nec antea minoribus ſaltem curatorem habentibus libera rerum ſuarum adminiſtratio committatur. quod vt examinet Duaren. *in commentar. ad noſtrum titul. in explicatione horum verborum edicti*, tres quæſtiones proponit, vt huius loci potiſſima inueniatur.

36 Prima eſt in ſpecie, *l.* 3. § *ſi quis cum minore, infrà hoc titu.* in qua negotium cum minore geſtum eſt, deinde cum maiore conſummatum, an ſcilicet maior hic pro minore ſit habendus, vt in integrum reſtituatur? Quæ dubitatio plane ad edictum ſpectat, ſed ait Vlpianus, in hac ſpecie beneficio locum non fieri.

Secunda. Actio inſtituta eſt contra minorem, cùm forſan viceſimum quartum annum ageret, lata eſt ſententia poſt viceſimum ſextum, an reſcindatur, quod geſtum eſt? an potius reſtitutio denegetur? Hæc etiam quæſtio ad edicti verba pertinet, nec dubium eſt minori, dum minor eſt, ſiue actor ſit in iudicio, ſiue reus, ac deceptus inueniatur, prætoris auxilio ſubueniri, prout ex Accurſ. *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iudica.* probat Duaren. *vbi ſupra*, Ioan. Cephal. alios adſerens *conſil.* 3. *nu.* 155. *lib.* 1 *conſil.* 314. *à num.* 10. *conſil.* 348. *num.* 18. 19 *&* 20. *lib.* 3. Ioan. Guterr. *conſil* 32. *num.* 3. Anchartan. Regienſ. *quæſt familiar. lib.* 2. *quæſt.* 38. 37

Quod ſecus iudicarem in ijs omnibus, quæ poſt virilem ætatem perfectam geſta ſunt, imo & in alijs quæ ante hoc tempus interceſſerint, vel ex ratihabitione ſubſecuta, *l.* 1. *&* 2. C. *ſi maior factus ratum habuer. l.* 1. *&* 2. *C. ſi maior factus alienationem ratam habuerit.* quod alijs relatis latè probat Surd. *tota deciſion.* 70. & alij om- 38
nes *inferius* adducendi: vel poſt legitimum 39
tranſactum tempus, quo reſtitutio ceſſat, quadriennium ſcilicet poſt ætatem perfectam, *l. vlt. C. de temporib. in integ. reſtitution.* vbi Accurſ. & interpretes *l.* 4. *titu.* 5. *part.* 5. *l.* 5. *&* 8. *titu.* 19. *part.* 6. Nicolaus Bellon. poſt alios *conſil.* 18. *à numer.* 12. Cephal. *conſil.* 3. *numer.* 130. *cum ſequentib. conſil.* 51. *numer.* 16. 35. *& ſequentib. lib.* 1. *conſil.* 314. *numer.* 11. *& à num.* 33. *ad* 41. *conſil.* 315. *à numer.* 21. *& conſil.* 316. *à numer.* 78. *lib.* 3. probans, validum contractum quadriennio, inualidum quinquennio tacitè confirmari. Quam tacitam ratihabitionem legitimam dicit *dicto conſil.* 316. *num.* 85.

Sed hoc diſcrimen latè & eleganter impugnat, quadriennium dumtaxat ſpectandum adſerens Menoch. *de recuperan. poſſeſſion. remed.* 15. *ex numer.* 114. diſtinguens titulum C. *ſi maior factus alienationem ſine decreto iudicis factam ratam habuerit*, à titulo *eiuſdem codicis. ſi maior factus ratum habuerit, ex numer.* 106. Idem *conſil.* 100. *numer.* 291. *lib.* 1. Surd. *deciſion.* 70. *à num.* 21. *deciſ.* 136. *à numer.* 2. Roland. *conſil* 72. *numer.* 11. 16. *&* 17. *lib.* 4. Maſcard. *de probationib. lib.* 2. *concluſion.* 1058. *à numer.* 32. Anton. Sola *ad nouas conſtitution. Ducal. titu.* 6. *de alienatione bonor. minor. ſchol.* 1. *à num.* 46.

Quod quadriennium an vtile ſit, vel continuum? interpretes controuertunt. In qua quæſtione Rebuf. 2. *tom. conſtitution. Franc. tractat. de reſtitutionib. articul.* 2. *ſchol.* 1. continuum adſerit praxi receptum, cuius effectum dicit, 40
vt

vt poſt viceſimum nonum ætatis annum re-
ſtitutio non admittatur, cui ſuccenſet ex alijs
à ſe relatis Menoch. *dicto conſil.* 100 *numer.* 291.
lib. 1. eorumque ſententiam confirmat regia
l. 8. *in fine titu.* 19 *part.* 6.

Quòd ſi decretum in alienatione rerum
minoris immobilium interpoſitum non eſ-
ſet, quinquennij lapſum deſiderant interpre-
tes teſte Menochio alios adducente *dicto re-
med.* 15. *ex num* 140. qui ea omnia, quæ ad omiſ-
ſionem decreti referuntur, adnotat *numer.*
143. Roland. *vbi proxime à num.* 17. Anton. So-
la *à num.* 47.

41 Quod in Eccleſia iure minoris vtenti
qualiter obtineat? explicat *ex cap.* 1 *&* 2. *de in
integ. reſtitution. lib.* 6. Andr. æ. Fachin. *lib.* 10. *con-
trouerſ. iur. c.* 1. & in hærede minoris Cephal. *di-
cto conſil.* 3. *num.* 133. *& ſequenti lib.* 1.

42 Vltima quæſtio deſumitur ex dicta *l.* 3. §.
minorem. infrà hoc titu. Minor viginti quinque
annis contraxit, deceptus eſt, vult in integrum
reſtitui: Objicitur ei poſtremum anni viceſi-
mi quinti diem cœptum eſſe, & hac de cauſa
pro completo habendum. Quæritur an poſſit
reſtitui?

Hæc quæſtio proprijſſima eſt verborum
edicti, MINORE, QVAM VIGINTI
QVINQVE ANNIS. Annus tercentum,
ſexaginta quinque diebus conſtat, vult autem
Vlpianus, tempus hoc de momento ad mo-
mentum ſpectari, quod in dubio faciendum
ex iuribus & interpretibus docet Surd. *deciſ.*
189. *num.* 1. nec reſtitutionem minori dene-
gandam, donec nouiſſimum vltimæ diei mo-
mentum præterierit.

43 Sed hac in re varietas iuris difficultatem
parit, alibi enim ſæpe ſæpius dicitur, cœptum
diem pro completo habendum. Quod primò
confirmatur ex deciſione *l. anniculus.* 132. *&*
134. *ff de verbor. ſignificatio.* *vbi* anniculus habe-
tur, qui vltimum primi anni diem attigit.

Deinde ex deciſione *l. qua ætate.* 5. *ff. de teſta-
ment. in qua* Vlpianus Martiani auctoritate de-
cimum quartum annum completum eſſe vo-
luit, ſi vltimus ipſius anni eſſet inceptus
dies.

Idemque ius in vſucapionibus obtinet, vt
ſupremum vſucapionis diem tetigiſſe ſuffi-
ciat. *l. in vſucapionib.* 6. *l. ideoque.* 7. *ff. de vſucapio-
nib. l. vlti. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcriptionib.*

Huc pertinet, quod de minore viginti an-
nis circa legem Æliam Sentiam reſpondit
conſultus, *in l.* 1. *ff. de manumiſſion. placuiſſe, eum,
qui viceſimi anni diem vltimum ingreſſus ſit, manu-
mittere poſſe*, licet ea lege vetitum extaret mi-
noribus viginti annis manumittere, niſi vindi-
cta, §. *eadem, Inſtitut. quibus ex cauſ. manumitte.
non licet.*

Idemque longè ſtrictiùs procedit in viro
viginti quinque annorum ad honores obti-
nendos, ſufficit enim primùm vltimi anni
diem illuxiſſe, vt ijs præficiatur, ex Vlpia. *in l. ad
rempublicam*, 8 *ff. de minorib. & honorib.*

In noſtro verò textu contrarium apparet, 44
quo de momento ad momentum tempus
computatur, ita vt minor viginti quinque an-
norum habeatur, qui nouiſſimum viceſimi
quinti anni diem attigit, donec totus ſit elap-
ſus, vt reſtitutionis in integrum beneficio frui
deſinat, teſte ex alijs Petro Surdo *deciſio* 178.
num. 9. 1. *parte.*

Idque ipſum obtinet in maioribus ſeptua-
ginta annorum, qui à tutelis, & muneribus
publicis iuſta ætatis excuſatione vacant. Nec
enim prodeſt, quamuis ſpecialis fauor adſit
annum ſeptuageſimum cœptum eſſe, niſi to-
tus dies vltimus excurrerit, *l.* 3. *ff. de iure immu-
nitat.*

Quibus accedit Pauli reſponſum *in l. in o-
mnibus*, 5. *ff de obligat. & actionib. in omnibus* (in-
quit) *temporalibus actionibus, niſi nouiſſimus totus
dies compleatur, non finit obligationem.*

Quæ tamen ita conſtituta non ſecum inui-
cem pugnant, etenim vnaquæque res potiſſi- 45
mam rationem habet. Et imprimis computa-
tio illa ciuilis, de qua *in d. l. anniculus.* 134. *ff. de
verb. ſignific.* vera eſt, quoniam infans, qui vlti-
mum ter centum ſexaginta quinque diem at-
tigit, minor anno non eſt. Quod vnum in
illa ſpecie deſideratur, atque ita iure optimo
incœptus dies pro completo habetur: ſecùs
vbi maior anno eſſe deberet, de momento
enim ad momentum tempus ſpectandum eſ-
ſet, prout in contrarijs ſpeciebus *inferiùs* ani-
maduertam.

Rationem huius computationis poſt Ac- 46
curſ. & alios *in dicta l. anniculus*, ex ea lege præ-
cipuam adfert Connan. *lib. Commentar. Iur. Ci-
uil.* 3. *circa fin.* nam ciuiliter, id eſt ciuitatis mo-
re, & vſitata loquendi conſuetudine, inter ci-
ues, quibus ciuile ius conſcriptum eſt, annus
ad dies numeratur non ad temporum minu-
tias & momenta, vt philoſophi ſolent, qui ve-
ras rerum cauſas inueſtigantes certis præce-
ptis naturæ vim cupiunt concludere.

Dicitur ergo anniculus, cui vltimus anni 47
dies illuxit, quo tranſacto proprius maior
anno habebitur ex Connano *proxime adducto
numer.* 4. inferente, hanc ciuilem interpreta-
tionem, ſiue mauis computationem, adhiben-
dam in omnibus legibus, conſtitutionibus, &
edictis, niſi nominatim aliud caueatur. Quod
vtique prior animaduertit Accurſ. *in d. l. an-
niculus.* 134. *verb. incipiente*, quem commu-
niter alij omnes *ibi*, *& alibi paſſim*, ſe-
quuntur.

Hinc fit, vt pubes dicatur, qui decimi 48
quarti anni diem vltimum ſit ingreſſus, licet
non

non explenerit. *d. l. qua ætate. 5. ff. de teſtament.*
l. 13. titu. 1. partit. 6. & fœmina pubes cenſen-
da ſit, quæ duodecimi anni diem vltimum
adtigerit, vt ab eo tempore teſtari, & alia om-
nia huic ætati conceſſa peragere valeat,
quia cum lex decimo quarto anno in ma-
ſculis, duodecimo in fœminis pubertatem
conſtituerit, is idem tempus peregiſſe vi-
detur, qui ſupremæ diei initium vidit ex ci-
uili computatione, quam *ſuperius* adduxi-
mus.

49 Nunc ingredimur difficillimam antino-
miam de *l. in vſucapionibus. 6. ff. de vſucapionib.*
l. in vſucapione. 15. ff. de diuerſ. & temporalib. præ-
ſcriptionib. contra *l. in omnibus. 5. ff. de obligatio-*
nib. & actionib. In dicta *l. in vſucapionibus.* & *l. in*
vſucapione. ad vſucapionem implendam ſuffi-
cit diem vſucapionis vltimum cœptum eſſe.
in dicta vero *l. in omnibus* tempus de mo-
mento ad momentum ſpectandum in cun-
ctis temporalibus actionibus Iulius Paulus
decreuit.

50 In qua difficultate componenda ſcriben-
tes, nimis profecto, nec ſatis fœliciter labo-
rant. Accurſius multipliciter *vtrobique* reſpõ-
det, cuius conciliationes non referam, vltra
eam, quam ipſe magis probat, vt ius diuer-
ſum in vſucapionibus, & præſcriptionibus
decem, vel viginti annorum conſtitutum ſit,
quam in præſcriptione longiſſima triginta,
vel quadraginta, quæ cum mala etiam fide
ciuili iure inducta eſt. *l. ſicut in rem 3. l. ſi quis*
emptionis. 8. § quòd ſi quis. C. de præſcription. tri-
gint. vel quadragin. annorum. l. 1. § ad hæc, cum ſi-
milib. C. de anna. exception. l. 21. & 22. titu. 21 par-
tit. 3. ad quam totum diem vltimum Accur-
ſius effluxiſſe opus ait, ſecus iudicans ex ra-
tione contraria in vſucapionibus, & præ-
ſcriptionibus ordinariis bona fide proceden-
tibus.

51 Sed conciliatio hæc prædictis iuribus non
conuenit, maximè *d. l. in omnibus*, quæ deper-
ſonalium actionum præſcriptione loquitur,
quæ vltra triceſimum annum, qualiſcumque
ſit, nunquam protrahitur. Et ſane cùm in ea
perſonalium actionum dumtaxat mentio fa-
cta ſit, computationis ciuilis limitatio ad
alias extendi non debuit.

Quare communiter hæc ſententia reijci-
52 tur, & alia eiuſdem Accurſij adprobatur, in
vſucapionibus videlicet fauore publico, ne
rerum dominia in incerto ſint, diem ince-
ptum vltimum pro completo habendum.
Qui fauor cùm in temporalium actionum
præſcriptione non verſetur, deficiente ratio-
ne proxime conſiderata totus ideo dies vlti-
mus computandus eſt.

53 Quam ſententiam vltra alios ſequitur
Franciſc. Duaren. *in commentar. ad lib. 44. Dige-*
ſtor. tit. 3. de diuerſ. & temporalib. præſcription. tum
maxime, cùm in actionis præſcriptione bona
fides plerumque à præſcribente abeſſe videa- 54
tur, qui debitum ex quacumque cauſa con-
traxit, cum facti ſui conſcius quiſquam præ-
ſumatur. *c. ab excommunicato. 41. quia de facto*
(inquit) *ſuo certus eſſe debet. de reſcript. l. vlt. ff. pro*
ſuo. diximus in c. vlti. n. 6. extra. de præſcriptionib.

Sed aduerſus hanc communem ſententiam 55
conſiderat Franciſc. Conan. *dicto lib. commen-*
tar. iur. ciuil. 3 c. 12. fauorem prædictum inuti-
liter conſiderari. Cur enim (inquit) tanto fa-
uore non eſt proſequendus is, qui ſuum in iu-
dicio, quam qui ſibi debitam actionẽ perſe-
quitur? vt benignius in obligationum, quàm
in rerum noſtrarum præſcriptione agatur.
Res enim vſucapiuntur momento diei vlti-
mæ tranſacto, actiones vero non antè quam
integer dies vltimus ſit elapſus. Quam ratio-
nem pluribus alijs confirmat Conanus,
quibus motus à communi diſcedit.

Equidem, cum ratio hæc differentiæ tota 56
in diſputatione conſiſtat, & hac, vel illa ad-
miſſa, conſultorum deciſiones circa vſuca-
piones, & temporalium actionum præſcri-
ptiones ſint obſeruandæ, Conani potiùs
conciliationem admittendam cenſeo, quæ
tot ambagibus caret, & rem congruentius
explicat.

In vſucapionibus, inquit, præſcriptioni-
bus ordinarijs, & illis, quæ triginta, ſeu qua-
draginta annorum ſpatio clauduntur, vlti-
mus dies inceptus ſecundum ciuilem com-
putationem, de qua *ſuperius*, pro complete
habetur. Quod ſecus iure optimo Conanus
iudicat in præſcriptionibus actionum, quia
cum lex actionibus ipſis tempus circumſcri-
bat, vltra quod inutiles prorſus redduntur,
cuius rei exemplum in redhibitoria actione,
quanto minoris, & ſimilibus ſatis liquet, do-
nec illud omne tranſierit, præſcriptio eſt inu-
tilis, cùm toto adhuc vltimo die ex iuris per-
miſſione agere liceat. Quam conciliationem
alijs multis relatis probat Petr. Vellous. *lib.*
varior. iur. 4. c. 1. aliam huic rationem addens,
quæ rem iudicio meo non amplius explicat,
nec noui quicquam inducit.

Ex quibus in ſpecie noſtra, quamuis fauo- 57
rem minorum, ſicut in alijs rebus ſcribentes
conſiderent, non tamen hac ipſis de cauſa
prætoris beneficio ſuccurritur, donec viceſi-
mum quintum annum perfecerint, ſed ex ea
potius, nam cùm eò vſque beneficium duret,
dum omne tempus integrum viginti quin-
que annorum excurrerit, maior quis ante il-
lud tranſactum non habetur, nec reſtitutio
in integrum antea ceſſat.

In permiſſione verò, manumiſſionis, quæ 58
lege Ælia Sentia continetur, contrarium

decidit Iulius Paulus *lib. 3. ad leg. AEliam Sentiam in l. ſi minor. 66. ff. de verbor. obligationib. Si minor, ait, viginti annis à debitore ſuo ſtipuletur, ſeruum manumiſſum iri, non eſt executio ſtipulationis danda, ſed ſi ipſorum viginti annorum erit, non impedietur manumiſſio, quia de minore lex loquitur.* cuius prohibitio ex Vlpiano *in l. 2. ff. de manumiſſ. oиib.* ad eum qui ſupremum ætatis huiuſce diem vidit, referri non debet.

59 Hac nimirum de cauſa, qui annorũ ſeptuaginta diem vltimum eſt ingreſſus, à muneribus publicis ac tutelis excuſari nõ valet, cùm ad hanc excuſationem maiores dumtaxat ſeptuaginta annorum admittantur, *l. 1. ff. de iure immunitat.* non enim dici poteſt maior, qui diem vltimum non perfecerit, & ætatem hanc ſit prætergreſſus.

60 A ſuperiore diſtinctione diſſimilis videtur Vlpiani deciſio *in l. ad rempubl. 8. ff. de munerib. & honorib.* vbi ad munera capeſſenda, quę minoribus viginti quinq; annis vetãtur, ſufficit, primum vltimi anni diem cœptum eſſe.

In qua difficultate omiſſis alijs interpretationibus Connani *in dicto lib. comment. iur. ciuil. 3. c. 12.* ſequar, volentem, in prædicta effigie duplicem deciſionis illius rationẽ conſiderari: illam primo loco, quam Vlpianus adfert; *hoc enim, inquit, in honoribus fauoris cauſa conſtitutum eſt.* aliam: nam illius verba ita concepta ſunt, vt eã interpretationem facilè, nõ coactè recipiant. Quod ſecus eſſet, ſi diceret, *maioribus vigintiquinque annis republica adminiſtrationẽ permittendam eſſe*, totum enim atque integrum viceſimum quintũ annum impleri oporteret. Vel ſi ſic loqueretur, *minores viginti quinque annorum ne admittantur:* nam minor eorũ eſt, qui vltimi ſupremum diẽ non perfecit. At cũ ante viceſimum quintũ dumtaxat annum publicorum munerũ ſuſceptio prohibeatur, qui vltimum ingreſſus ſit, ab eis non arcetur. idq́; ex eadem ratione in eleganti alia huic ſimili effigie reſpondit Iul. Paul. *in l. qui filium. 74 §. 5. ff. ad ſenat. conſult.* Trebellian. vt Connanus recte probat *dicto c. 12. n. 7.*

61 Ex quibus omnibus plane colligitur, in ſpecie noſtra beneficium reſtitutionis in integrum minori conceſſum non ceſſare, donec ætas vigintiquinque annorum tota tranſierit, quæ de momento ad momentum eſt *ex prædictis* ſpectanda.

62 At ſi quis biſſextili anno die Februarij viceſima quarta, quæ in eo duplicatur, priore, vel poſteriore natus ſit, eadem viceſima quarta vltimi ex vigintiquinque annis tranſacta indiſtinctè maior habetur, vt prætoris beneficio non iuuetur.

63 Quod vt rectius percipiatur, ſciendum eſt ex Accurſ. *in dicta l. 3. § minorem, verb. biſſexto infrà hoc tit.* Duaren. *in partit. methodi iur. ciuil. lib. 4. tit. 4. de minorib. vigin. quinq. ann. in explicatione verb. proinde, & ſi biſſexto*, annum ter centum ſexaginta quinq; diebus conſtare. *l. cum hæres. 4. § Stichus ff. de ſtatu liber. l. ita vulneratus. 51. §. æſtimatio. ff. ad leg. Aquil.* Præter hos dies tamen ſex horas annus habet, nõ enim potuit annus æquè ita conſtitui, vt ſolis curſui omnino cõgrueret, quin aliquot horæ ſupereſſent. Qua de cauſa vnicuiq; quarto anno dies ſuperadditur: ſex enim horæ, quæ ad complendum annum deficiunt, quatuor annis additæ naturalem viginti quatuor horarum diem perficiunt: Hic verò quartus quiſque annus biſſextus dicitur, quia bis ſexto Kalendas numeratur.

In ſpecie igitur noſtra ſupponendum eſt, 64
minorem in anno biſſextili, poſteriore, quæ intercalatur, die. *d. l. 3. §. minorem, infrà hoc titu.* natum eſſe. Quæritur vtrum poſt diem Februarij viceſimam quartam diuo Matthiæ ſacram ſit expectanda viceſima quinta, poſt cuius tranſitum minor maior fiat? vt inde colligatur an eouſque reſtitui debeat.

Cui difficultati reſpondet Vlpianus *in d. §. minorem.* poſt diem viceſimam quartam non eſſe reſtituendum, quia vterque dies ex Baldo *in d. §. minorem.* quadraginta & octo horarum vnus eſſe fingitur. Nec refert viceſima quarta hora, vel quacumque alia ex præcedentibus, vel ſequentibus vſque ad quadrageſimam octauam natum eſſe: dies enim prior attendenda eſt, quoniam poſterior intercalatur, id eſt, vt Accurſius inquit, de medio tollitur, vt pro die non computetur.

In cuius tamen ſignificatione Accurſius 65
fallitur ex Budæo *in dicto §. minorem*, nam *intercalare*, prout ex Macrob. idem Budæus obſeruat, *interſerere* eſt: atque adeo dies intercalaris, inſititius, ſeu interſertus dies nuncupatur, quem *exhæreſimum* etiam diem alij appellarunt, ex Budæo teſtimonio Ciceronis vtenti, quaſi ſe ab alijs eximentem; non ex eo, quòd de medio tollatur, vt Accurſius voluit, ſed, quòd vtrinſque diei ex Baldo ſimplex computatio fiat, & alter cum altero confundatur.

Nec refert, priore, an poſteriore die natus 66
ſit? non enim citius viceſimum quintum annum perficit. Præſertim cùm complendæ ætatis annus in minore hoc biſſextus eſſe nequeat, qui vnoquoque anno quarto cedit. *l. cum biſſextus. 98. ff. de verbor. ſignificatio.* ad quam ſe *in d. l. 3. § ſi minorem, infrà hoc tit.* Vlpianus refert: atque de illius intellectu late *vtrobique* Accurſ. & interpretes, maxime Alciat. & Rebuf. omnino videndus, *ex verſic. vtilitates huius legis ſunt ſequentes, in d. l. cum biſſextus.* Cuiac. *in l. ideoque. 7. ff. de vſucapion.*

Quòd

67 Quòd ſi virilis ætas biſſextili anno compleatur, donec vltima intercalaris dies tota præterierit, beneficio prætoris minor indiſtinctè gaudebit, cùm vtraque dies ex præactis vna & ſimplex habeatur.

68 Sequitur expoſitio verbi, NATV, in edicto contenti. Quo apertè ſignificatur, natiuitatis diem inſpiciendũ eſſe, vti Accurſius, & cæteri docent *in præſenti* cõmuniter, & paſſim *alibi*, maxime Bald. *in 2 huius legis lectura*, & Conan. *lib. commentar. iur ciuil. 3. c. 12. n. 5. in fine*; imò & natiuitatis momentũ ſpectandum contendit Hugo Donel. *de iure ciuil lib. 21. c. 6.* quod tamẽ rigorem magis quam veritatem præſefert, ob difficilẽ ipſius probationẽ ex Farinacio alios adferente *l. parte fragmentor crimin. litte. A. verb. ætas. n. 59 ac ſequentib.* maxime cum *ſuperius nu. 46.* ex Conano conſtiterit, ciues, quibus ciuile ius conſcriptũ eſt, annum ad dies, non ad temporũ minutias & momenta computare ſolitos. Quare cauendum eſt ab ijs, qui conceptionis tempus inſpiciendum putant, quibus prætoris verba aduerſa ſunt ex Baldo *in præſenti*, vt alios omittam. Qua in re, veluti nota amplius immorari non licebit.

69 Hoc autẽ prætoris auxilium adeo vniuerſale eſt, vt nedũ minori curatorẽ non habẽti, ſed & habenti competat, dũmodo damnum ſentiat: ſemper enim læſo illi reſtitutionis beneficiũ prætor impartitur. Quod tũ generalis verborum edicti cõceptio probat, tu etiam, nam læſio hæc ſiue facilitas in detrimentum minoris vertitur; quod ſufficit ex Vlpiano, *in præſent.* vt edicti beneficio gaudeat. *l. 1. 2. & ſequent. C. ſi tutor, vel curat. interuenerit*, vbi rectè Duaren. & præter multos alios Donel. *dicto lib. 21. c. 7. verſ. huic ergo minori.* Petr. Paul. Pariſ. *conſil. 98. incip. circa præſentem conſultationem, maxime à num. 27. lib. 1.*

70 Prætoris itẽ beneficium minori cõpetit, ſiue paterfamilias ſit. *l. 1. C. qui, & aduerſus quos in integ. reſtitui non poſſ* poſt alios Fachin. *ex deciſione noſtra, lib. controuerſiar. iur. 2. c. 5. verſ probatur hæc ſententia*; ſiue filius, dum tamen minoris ipſius interſit, quod geſtũ eſt, idq́ue vltimum, quaſi ambiguũ ſpeciali examine dignũ cenſuit Vlpian. *in d. l. 3. §. ſed vtrum, ac deinceps infrà hoc tit.* extatq́; titulus integer *C. de filiofamil. minor. vbi propria materia*, quã elegãter diſputat Duaren. *in comment. ad eũ codicis titul. ſub lib. 4. partitionu digeſt. Methodic.* Donel. *de iure ciuili dicto lib. 21. c. 7. incip. quid ſi minor liber ſit, filius autem familias?*

71 Huic ſuccedit alia quæſtio, quã rectè diſcutit Fach. interpretes hinc inde adferẽs *controuerſ. iur. lib. 3. c. 5.* nûm minoris iuriſperito prætoris edicto ſubueniatur? In qua partẽ adfirmatiuam contra Sforttiã Odd. aliosq́, à ſe relatos ex Franciſci Sarmienti, quẽ refert, doctrina veriorẽ iudicat, cui & ipſe ſuccẽſeo ex legibus & rationibus, quas ipſe ponderat, & Mãdoſ. rectè diſputãs *in tract. de ætat. min. q. 6.*

72 Quid autem iuris in ſeruo minore ſit, ſatis liquet ex d. l. 3. § *ſeruũ. l. 4. infrà hoc tit.* cui nulla ex his nullibus cõceditur reſtitutio, nõ quia ſeruus minor edicti verbis nõ cõtineatur, ſed quia ipſe ad ſe obligandũ perſonam non habeat, cũ ex domini perſona obligetur, nec in ea cauſa ſit, quãdiu in ſeruitute mãſerit, vt ex eo, quod cũ eo geſtum erit, poſſit quicquam amittere, quia ſeruus nihil habere poteſt. § *itẽ vobis. Inſtit. per quas perſon. nobis acquiri.* nec ciuiliter obligatur. *l. ſeruus. 14. ff. de obligat. & actionib.* adeo, vt nec manumiſſus de eo, quod in ſeruitute geſſit, teneatur. Quæ poſt alios erudite diſputat Petr. Ricard. *in princip. Inſtitut. de bonor. poſſeſſionib. ex n. 29 maxime num 39.*

73 Quare cum ſeruus minor nihil amittat, ſed dominus, qui ex contractu ſerui ſciens obligatur in ſerui etiam peculio. § *actiones autem. Inſtit. de actionib.* huius edicti remedio nemo adiuuatur, ſi dominus maior ſit: ſibi namque imputare tenebitur ſi ſeruo peculiũ cõceſſerit cuius cauſa ex contractu ſerui inſcius etiã conueniri poſſit, cũ regulariter non teneatur, niſi ex eo, quem ſciens paſſus eſt à ſeruo celebrari. *dicta l. 3. §. ſi ſeruum, infrà hoc titu.* vel ſi minorem libertum, aut ſeruum inſtitorem præpoſuit, vel aliquod illi negotium commiſit. *l. etenim. 4. infrà hoc titu.*

74 Eadem cauſa eſt eius, qui minorẽ procuratorem fecit, domini enim, non procuratoris, perſona attenditur. *d. l. 3 § ſi ſeruum. l. cum mandatu. 23. infrà hoc titu.* niſi minoris ipſius interſit, (quia videlicet principalis debitor ſoluendo non eſt) vt irrita conſtituantur, quæ procuratorio nomine geſſit, prout rectè Cuiac. *in d. §. ſi ſeruum* adnotauit.

75 Seruo tamẽ minori huius edicti auxilio ſuccurritur in ſpecie *l. ſi tamen. 5. infrà hoc tit. ſi tamẽ is ſeruus fuit*, Vlpianus ait, *cui fideicommiſſaria libertas debebatur, præſens, & ſuæ capius, cum in rem eius mora ſit, poterit dici prætorem ei ſuccurrere oportere.* Ex qua deciſione colligitur, mora etiã facta prætoris auxilio libertatẽ fideicommiſſariam concedendam eſſe, imo, & bona omnia, quæ à tempore, quo liber eſſe potuit, acquiſiuit, ſi captio ab eo probata ſit, ſeu quouis alio modo interceſſiſſe deprehendatur ex Accurſ. *ibi*, quem reliqui ſequuntur. Donel. *dicto lib. 21. de iure ciuil. c. 7. verſic. huic ergo minori.*

76 Ex quibus planè conſtat, adeo proprium minorum hoc auxilium eſſe, vt nemini alij competat, & tunc demum concedendũ eſſe, cùm damnum ſiue læſio minoris detegitur. *l. verum. 15. §. ſciendum. l. quòd ſi minor. 25. §. non ſemper, cum ſimilib. infrà hoc titu. l. 5. titu. 14. l. vlt. titu. 26. part. 3. l. 2. & 6. titu. 19. part. 6.* diximus ex alijs *infrà n. 201.*

77 Qua ſit autem ad reſtitutionem minoris
læſione opus, magna, mediocri, vel minima?
erudirè poſt alios ediſſerit Audr. Facbin. *con-
trouerſiar. iur. lib. 3. c. 4.*

78 Vnde, ſi cum minore aliquid ge[illegible] ſit, quod
maiori quæratur, ſiue maior ſciens obligetur,
in integrum reſtitutio ceſſat. Id enim nequa-
quam teſte Vlpiano *in dicta l. 3. §. ſed vtrũ, infrà
hoc titu.* fuit prætori propoſitum, qui minori-
bus nominatim hoc auxilium pollicetur.

79 Quare ſi minoris obligationi principali fi-
deiuſſor acceſſerit, licet ſit reſtituẽdus minor,
fideiuſſoris tamen obligatio nõ extinguitur,
*l. 1. & 2. C. de fideiuſſorib. minor. l. in cauſa cognition.
13. infrà hoc titu. l. ſi pupillus. 35. ff. de arbitr. l. 4. titu.
12. part. 5.* Ioan. Cephal. *conſil. 308. num. 15. & 53.
cum quatuor ſequentib. conſil. 437. num. 6.* iura
enarrans ſimilia *l. 3.* Menoch. *conſil. 58. à n. 69.
lib. 1. conſil. 179. n. 1 ad 11. lib. 2.*

80 Sed hunc fideiuſſorum locum valde diffi-
cilem, & obſcurũ cenſuit Duarenus *in comment.
ad tit. C. de fideiuſſorib. minor. ſub lib. 4. partit. dige-
ſtor. methodi.* Nam imo plures ex eo repeniũtur
Iuriſconſultorum deciſiones, quibus auxilio
huius edicti nedum minoribus, ſed & fide-
iuſſoribus eorum ſubuenitur. Quod ipſe pro-
bari ait in *l. minor. 51. in princip. ff. de procuratorib.
l. exceptiones. 7. ff. de exceptionib. l. ſi pupillus. 89. ff. de
acquir. hered. l. 2. §. amplius. ff. de adminiſtrat. tutor.*

81 Cui difficultati ſatis inuolutæ variè reſpõ-
dent interpretes, imò, & Accurſ. ipſe *in dicta l.
minor. 51. verb. ſuccurritur* aliquas cõciliationes
adfert, ex quibus vna dũtaxar, quam ad finem
ſuam ipſe prædicat, ſibi placet, cui adhærent
cõmuniter interpretes teſte Baldo *in d. l. mi-
nor*, licet ipſe Petri cuiuſdã, quem refert, au-
ctoritate motus ab illa diſſideat. Mihi tamen
veriſſima eſt, & quoniam breuitati ſtudeo, &
maiora me atque apriora ad noſtrũ inſtitu-
tum expectant, breuiſſimè quid ſentiam ex
Accurſio, & Duareno *dicto tit. C. de fideiuſſ. mi-
nor.* clarius, ni fallor, quàm ipſi, proferam.

82 Imprimis noto, contractu cum minore do-
lo aduerſarij celebrato, cui fideiuſſor maior
acceſſerit, minorem, & fideiuſſorẽ aduerſus
illum reſtituẽdos eſſe, *d. l. exceptiones. 7. ff. de ex-
ceptionib. l. 2. C. de fideiuſſorib. minor. l. 4. tit. 12. part.
5.* quæ hanc diſtinctionem habent. *l. 1. ff. de doli
except.* ex plurimis alijs late probat Cephal. *di-
cto conſil. 308. lib. 3.*

83 Quod ſi in alijs iuribus dolum interueniſſe
conſtaret, fruſtra laborarem, cũ exceptio hæc
perſonæ nõ cohæreat, ſed ad omnes deceptos
extendenda ſit. Caſus tamẽ noſter eſt quãdo
lubrico ætatis, & fragilitate conſilij captus
fuit. Fideiuſſoribus etenim hoc edicto non
ſubuenitur, quo ſolis minoribus prætor opẽ
pollicetur. *d. l. in cauſæ. 13. infrà hoc titu. cum ſimi-
libus ſparſim ſuperius enumeratis.*

Quod ſane difficile videbatur, nam ceſ- 84
ſante priore obligatione, videbatur etiam fi-
deiuſſoria extinguenda, quæ ſine principali
non conſiſtit, *l. nihil. 139. §. cum principalis. l. cum
principalis. 178. ff. de regul. iur. cum ſimil.* quas *vtro-
bique* Accurſ. Gotofred. & interpretes conge-
runt, & ijs quæ communiter adnotari ſolent
in *c. acceſſorium. 42. de regul. iur. lib. 6.* rectè poſt
alios Cephal. *conſil. 437. à n. 22. ad 34. l. 1.* Quin-
tilian. Mandoſ. *de ætat. minor. q. 33. n. 1. 2. & 3.*

Sed hęc difficultas facillimo negotio eua- 85
neſcit, ſi conſideretur, vti verũ eſt, ex reſtitu-
tione minoris non tolli obligationẽ ipſo iu-
re, nullo enim prætoris auxilio tollitur obli-
gatio ciuilis, ſicut in pacto conuento accidit,
ex quo ciuilis obligatio nõ tollitur ipſo iure,
ſed ope exceptionis. *§. præter. ea Inſtit. de except.
idque* ſenſit Accurſ. *in dicta l. minor. 51. verb. ſuc-
curritur. ff. de procuratorib.* quẽ cæteri ſequuntur.

In ſpecie autem conſidero, ex minoris con- 86
ſenſu contractus celebrationi adhibito na-
turalem ipſius obligationem oriri *l. Stichum.
95. §. natural. ff. de ſolutionib. l. cum amplius. 85. §. in
natura debet, cum ſimilib. ff. de regul. iur. & alijs* ab
Accurſio *enarratis in l. ſi pupillus. 58. ff. de oblig.
& actionib. l. 5. tit. 12. l. 1. 2. & 9. tit. 14. part. 5.* Quæ
cum reſtituto minore firma maneat, licet re-
ſtitutio in vim exceptionis, non ipſo iure ex
beneficio prætoris aduerſus actionem ipſi
concedatur, non tamen eius fideiuſſoribus
ſubuenitur, ex Accurſ. & alijs, quos, vt id pro-
baret, congeſſit Cephal. *dicto conſil. 437. nu. 10.
cum tribus ſequentib. l. 3.* quibus *ex prædictis* præ-
tor hoc edicto conſultum eſſe noluit.

Huic autem naturali minoris obligationi 87
fideiuſſor, vel expromiſſor accedere poteſt. *l.
l. 1. fideiuſſ. obligari. 17. §. fideiuſſor. l. Marcellus. 26.
ff. de fideiuſſ. §. 1. cũ ſimilib. Inſtit. eod. tit. l. 4. & 5. tit.
12. part. 5.* poſt alios Cephal. *conſ. 308. n. 55. & 56.
cõſ. 437. n. 5. & 6. lib. 3.* Menoc. *conſ. 179. n. 1. lib. 2.*

Quæratio in aduerſarũ legum ſpeciebus cõ-
ſiderari nequaquam poteſt, quibus nedũ mi-
nori principali, ſed & fideiuſſoribus reſtitutio
conceſſa eſt. Quod vt clarius pateat, ſpecia-
tim prædictas leges proponã; & imprimis di-
ctam *l. minor. 51. ff. de procurat.* qua cauetur, re-
ſtituto minore, qui defenſor idoneus non eſt,
illius fideiuſſores reſtituẽdos. Cuius legis vis
in eo potiſſimũ conſiſtit, quòd in veterẽ de-
bitorẽ conſtituta manebat actio, vt minore
reſtituto ad priſtinũ ſtatum omnia reducãtur.
*l. vni. C. de reputat. l. quod ſi minor. 25. §. reſtit. infrà
hoc tit. l. 2. tit. 25. part. 3. l. 1. tit. 19. part. 6.* poſt alios
Couarr. *lib. variar. reſolut. 1. c. 3.* Pinel. *in repet. l. 2.
2. part. c. 4. n. 45. & 46.* Fideiuſſio namque nul-
li quidem hac in ſpecie minoris obligationi
acceſſit teſte Menoch. *conſil. 179. n. 6. lib. 2.*

Quod idem in ſpecie *l. ſi pupillus. 88. ff. de ac- 88
quirend. hæredit.* ac ſimilium de hæreditatis ab-
ſtentione

ſtentione loquentium, diceodum, videtur, tum, quia iu illis cauſa fideiubeodi, quæ aditio hæreditatis fuit, ex abſtentione redditur non cauſa, vt in ea idem ius, quod ante aditionem fuerat, conſideretur. Tum etiã, quia cùm creditores hæreditarij, alterum, qui ex teſtamento, vel ab inteſtato ſucceſſurus eſſet, vel iaceotem ipſam defuncti hæreditatẽ ſibi obligatam haberent, in debitorem hunc, vel datum bonis defenſorem actiones eorum dirigantur.

90 Nec æquũ eſt, vt obligationi minoris principali, quæ hiſce de cauſis nulla extitit, fideiuſſor accedat, vti poſt alios adnotant Cuiac. *d. l. in cauſa.* 14. *infrà hoc tit.* Gotofred. *in d. l. ſi pupillus*, Menoch. optime *conſil* 58. *à n.* 69. *lib.* 1. *conſil.* 176. *à n.* 4. *l.* 2. Sed præ alijs, ni fallor, clarius ac diſtinctius hãc materiam examinauit Rebuſ. 2. *tom. in commentar. ad conſtitut. Franciæ titu. de reſtitutionib. artic.* 2. *ſchol.* 3. *à n.* 4.

91 Totum autem ius, quod ad fideiuſſores minorum attinet, ad prætorem ſeu iudicẽ, apud quem in integrum reſtitutio petenda ſit, ex *l. in cauſa.* 14. *infrà hoc tit.* cauſæ cognitione præuia pertinere, ſcribentes communi ſuffragio conſentiunt.

92 Eodem quoq; modo ſuccurretur domino, cuius negotijs pertractandis abſq; illius notitia, ſcieotia, vel patientia minor ſe obtulerit, qui aduerſus ſpõtaneam hanc negotij alieni ſuſceptionem ex hoc prætoris edicto reſtituitur, ne domino damnũ accidat. Quod ſi hoc petere recuſauerit, aduerſus negotiorum geſtorũ actionem contra dominum nõ reſtituitur, ſed eidem cogitur auxiliũ ſibi competens cedere, eũque in rem ſuam procuratorẽ conſtituere, vt damnũ ſibi cauſa minoris obueniẽs hoc modo poſſit reſarcire, *l. quod ſi minor.* 25 *infrà hoc titu.* poſt alius Rebuſ. 2. *tom. ad conſtit. reg. art.* 1. *ſchol.* 2. *n.* 18. nõ quod ipſi maiori hæc reſtitutio cõueniat, ſed quia iniquũ eſſet, vt ex fragili minoris cõſilio inſcius lęderetur.

93 Succurritur etiã patri pro filio minore etiã inuito, *l. patri pro filio* 28. *infrà hoc tit. l. ſed & hæ.* 37. *ff. de procuratorib l.* 10. *tit.* 5. *partit.* 3. poſt alios Rebuſ. 2. *tom. ad conſtit. regias in præfatione tit. de reſtitutionib. n.* 22. Didac. Couarr. *lib. variar. reſolution.* 1. *c.* 6. ius hoc in cõſanguineis latè diſputans, *n.* 5. & in huis conſorte, tutore, vel alio patrimonij minoris adminiſtratore. *n.* 6.

Huc pertinent omnia, quæ ad minoris fauorẽ ſpectantia ſparſim ac diffuſe interpretes memorarũt, maxime Rebuſ. 2. *tom. commentar. ad conſtit. Franc. tit. de reſtit. art.* 2. *ſchol.* 4. quæ ad relata edicti verba interpretanda neceſſaria non fore iudicaui.

94 Sed quæ ſit cauſa potiſſima, quare minoribus læſis vſque ad viceſimum quintum annum completũ ab ortu numerãdum, edicto ſuo prętor ſuccurrat? Satis Vlpianus ipſe *in legis noſtræ initio* demonſtrat, naturali æquitate ob fragile minorum conſilium motum prætorem, vt captionibus aduerſus eos, ſua etiam facilitate commiſſis mederetur: quod in primi argumenti ſolutione latiùs diſcutiemus.

95 Circa quam rationẽ animaduertendũ eſt, lege Lætoria ætatẽ hanc ſtatutam fuiſſe, intra quam ex Cuiac. *in præſenti* circũſcriptis minoribus ſuccurrebatur, lapſis non item: edictum tamen prætoris lapſis etiã auxiliũ pollicetur, ea nimirum de cauſa, quoniam ad illã vſque ætatem infirmum eſt in adoleſcente conſilium multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidijs expoſitum, *ex lege noſtra.*

96 Hinc ætas huiuſmodi imperfecta & illegitima cẽſetur, quòd rebus peragẽdis ſufficientem induſtriam adhibere nequeat: humorum enim & corporis perpetua agitatione ac perturbatione adoleſcentiũ animus perturbatur. prout ex Hippocrate Galenus probat *lib. aphoriſmor.* 9. quem refert *in præſenti* Cuiac. Dionyſ. Gotofred. *in l. cum pater.* 77. §. *curatoris*, *verbo ad ſtatum. ff. de legat.* 2. ex alijs Farinac. *in praxi crimin.* 3. *part. tit.* 10. *de pœn. temperand. q.* 92. *n.* 21.

97 At cùm ex eis corporis hæc continua perturbatio conquieſcat, cũ adoleſcens ad ſtatus ætatem peruenerit, ideo poſt eam cõpletam rerum ſuarum adminiſtrationem recipit, atq; à cura liberatur, ipſique iam maiori facto annus integer conceditur, vt aduerſus ea, quæ minor geſſit, põſſit reſtitui, qui hodie vſque ad quadriẽnium productus eſt. *l. vlt. C. de temporib. in integr. reſtitution.* Zephal. Menoc. Surd. & alij *ſuperius n* 39. adducti.

98 In Francia quadriennium hoc ad decennium extenditur teſte Rebuffo *in* 2. *tom. commentar. ad conſtit. Franciæ titu. de reſtitut. in præfat. num.* 25. *& in art.* 2. *ſchol.* 2. *&* 5. in quo latè agit, à quo tempore incipiat? & in quo ceſſet? aliuſque ipſius effectus profert, qui ad quadriennium noſtrum applicari poſſunt.

99 Sed mouet diſputationẽ Cuiacius in præſenti, quare inter marẽ & fœminam æqua ſit perfectæ huius ætatis computatio? vt ætas in vtroque ante viceſimum quintum annum impletum legitima, vel perfecta non dicatur, cum duobus citius annis fœmina pubeſcat *l. qua ætate.* 5. *cum ſimilib. ff. de teſtam. l.* 13. *verſic. otroſi decimos. tit.* 1. *part.* 6. Farinac. ex alijs *in praxi crim.* 3. *parte titu.* 10. *de pœn. temperand. q.* 92. *n.* 6. 8. *&* 18. ae decimo octauo anno veniã ætatis impetret, vir autẽ viceſimo, *l.* 2. *in princip. &* §. *fœmin. C. de his qui ven. ætat. impetrau.* cuius diſparitatis rationes adnotant poſt alios Quintilian. Mandoſ. *in tract. de ætate minor. c.* 5. *n.* 1. pubertatis effectus *toto eo capite* latè deſcribens, Iuan. Guter. *in authen. Sacramenta puberum, n.* 1. 2. *&* 3. *C ſi aduerſ. vendition.*

Quam difficultatem abſoluit Cuiaci. tempus viginti annorum pariter in viro & fœminæ curationibus, & reſtitutionibus præſtitutum eſſe. Cuius rationi videtur aduerſus Vlpianus noſter *in præſenti*, qui ætatem hanc ad virilem dumtaxat vigorem refert, quaſi aliud in fœmina futurum velit. Sed Cuiacij doctrina vera eſt, nullum ſiquidem in hac ſpecie diſcrimen inter maſculum, & fœminam ius conſtituit, in quo ætas hæc viginti quinque annorum ſtatus dicitur. *l. cum pater. 77. §. curatore. ff. de legat. lib. 2. l. cum de ætatis. 13. ff. de probationib.* cùm ſit creſcendi finis.

100 Vnde perfecta, plena, integra, legitima, virilis indiſtinctè à iureconſultis dicitur, robuſta *in l. ſi maritus. 15. §. lex Iolia. ff ad leg. Iul. de adulter.* atque alijs multis eiuſmodi epithetis exprimitur, de quibus late ac erudite poſt alios Quintilian. Mandoſ. *in tractat. de ætate minor. cap. 5. à num.* 104. Ioſeph. Maſcard. *de probationib. lib. 2. concluſ. 665. numer. 8. & 11.* Ioan. Guter. in auctenti. *Sacramenta puberum. n. 3. C. ſi aduerſ. vend.* Anton. Sola in *comment. ad noua Sabaud. decreta tit. de legitimat. perſonar. ſchol. 5. n. 6.*

101 In iure verò Pontificio ætas perfecta triginta annorum habetur. *c. Epiſcopus. 6. diſtinction. 77. cap. 1. & tota ferme diſtinction. 78.* Maſcard. *dicta concluſ. 665. numer. 10.* eſtque ad Epiſcopatum hodie neceſſaria, *c. cum in cunctis. 7. de electio n. dicto c. Epiſcopus*, poſt alios Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 5. caſu 427. numer. 24.* Duaren. *de Sacr. Eccleſ. miniſter. lib. 4. cap. 9.* Vterque autem, & Mandoſ. *de minor. ætat. cap. 5. à num. r. 51. per plures numeros*, ætates deſcribunt ad religionis ingreſſum, profeſſiones, ordines, beneficia, & vocem in capitulo neceſſarias.

102 Quot autem ſint hominum ætates? à quo tempore incipiant? quoſque producant effectus? lata & erudita diſputatione poſt multos alios à ſe relatos tractant Quintilian. Mandoſ. *de minor. ætat. primis quinque capitibus*, Farinac. *in praxi crimin. 3. part. titu. 10. de pœn. temperand. quæſt. 92. à num. 2.*

103 Quamuis autem plena viginti quinque annorum ætas *ex prædictis* in iure deſideretur, vt libera rerum ſuarum adminiſtratio cuiquam concedatur: conſuetudine tamen, & ſtatutis aliquarum ciuitatum & nationum maior quis ante illam habetur, prout in Sicilia, Mediolano, Neapoli, & vbicumq; Longobardum ius obſeruatur, *ex iuribus à ſe relatis* ſtatutum probat in viro, & fœmina decem & octo annorum Quintilian. Mandoſ. *in tractat. de ætat. minor. c. 5. n. 71. 72. & 80.*

Quod ſtatutum ipſe Mandoſ. *in dicto tract. quæſt. 18. cum quatuor ſequentibus* in Florentia vigere adſerit, Romæ verò virum viginti annorum maiorem haberi probat *in d. c. 5. numer. 82. & in quæſt. 21.* atque idem ius in Ducatu Sabaudiæ obſeruari teſtis eſt Anton. Sola *in commentar. ad noua Sabaud. decret. titu. de legitimat. perſonar. ſchol. 5. incipient. anni 20. nu. 3.*

Quorum ſtatutorum iuſtitiam confirmat idem Sola *nu. 5.* cùm enim poſitiuo iure viginti quinque annorum ætas legitima reputetur, ciuili conſtitutione poterit ſaltim ad viceſimum limitari, ex multis alijs, quos adducit, quibus ſuccenſet alios referens aliaſque rationes addens Quintilian. Mandoſ. *vbi proxime dicto c. 5. num. 82. & 83. melius in quæſt. 18. à num. 2. maxime num. 5.* 104

Ætas autem perfecta viginti annorum in viro, & in fœmina decem & octo ad veniam ætatis impetrandam deſideratur, *l. 2. vbi* Accurſ. & interpretes, *C. de his qui ven. ætat. impetrau.* alios adfert Quintilian. Mandoſ. *de ætate mino. c. 5. n. 86.* idem Mandoſius *quæſt. 18. nu. 2.* quæ probari oporteat ad eam impetrandam? & ipſius effectus recenſens, Ioan. Guter. *in authent. Sacramenta puber. n. 2. C. ſi aduerſ. vendit.*

Maior autem ex ſtatuto, vel venia ætatis quoad contractus iudicia, & bonorum adminiſtrationem, regulariter maior habetur, vendere tamen immobilia ſine iudicis decreto nequit. *l. omnes. 2. l. eos. 3. C. de his qui veniã ætat. impetrauer. vbi* Azo, Bernard. *in cap. 1. ſchol. vlt. in fi. de ætat. & qualitat.* poſt alios Anton. Sola *in commentar. ad noua Sabaud. decret. dicto titu. de legitimation perſonar. ſchol. 5. num. 10.* Mandoſ. *de ætate minor. dicto cap. 5. num. 86. & in quæſt. 20. numer. 2.* diſtinguens maiorem ex ſtatuto, à maiore ex venia ætatis, vt ille difficilius mobilia ſine decreto alienare prohibeatur: quam diſputationem ex profeſſo inſtituit *quæſt. 12.* in qua cùm multa pro hac parte fundamenta iecisſet, contrariæ tandem ſe ſubſcribit, ex *d. l. 2. & 3. C. de his qui ven. ætat. impetrau.* 105

Læſum autem in iudicio maiorem ex ſtatuto, vel venia ex veriori ſecundùm eum ſententia ab Accurſ. Bartol. Sfort. Oddo, alijſque à ſe relatis, reſtituendum probat Anton. Sola *in d. ſchol. 5. numer. 11. & in commentar. ad decreta lib. 4. titu. ſchol. 52. in fine.* Quæ tamen doctrina in his etiam, qui veniam ætatis impetrarunt, ſuſpecta mihi viſa eſt ex *l. 1. C. illo titu.* quæ indiſtinctè reſtitutionem huic maiori denegat in rerum mobilium alienatione, ad quam decreto iudicis opus non habet ſecundùm Gregor. *in l. 9 ſchol. 1. in fine* hac diſtinctione vtentem *titu. 19. part. 6.* Imò, & in immobilibus tentari poſſet læſo maiori huic beneficio prætoris ſubueniendum non eſſe, cum iudicis cognitio decreti vicem ſortiatur, ſed ne forſan ob fragilitatem conſilij in iuſtitiæ ſuæ propoſitione lędatur, in his ſuperior Accurſij & aliorum ſententia præualebit. 106

His

107 Hiſſuccedit quæſtio nûm fiſcus minoris
iure vtatur? In qua pro vtraque parte mul-
tos referunt, Surd. *deciſio.13.primis numeris.* Fa-
chineus *lib.controuerſ. iur.9.c.*80. *&* 81. qui ne-
gatiuam amplectitur ſententiam multis eam
fundamentis defendens. Quam ego in pun-
108 cto iuris veriorem iudico, quamuis totius
orbis ſtylus ex multis ab his relatis contra-
riam admiſerit, & reſtituatur in ſpecie *l. vni.
C.de ſentent. contra fiſc. latis lib.* 10 fiſcus enim
regulariter iure vtitur priuati, & in generali
diſpoſitione includitur, quando ſpeciale pri-
uilegium non eſt ei à iure adſcriptum, *l.quod
placuit.* 37. *in fin.ff.de iure fiſci. l.cum vitioſe,* 25. *ff.
de pignorib. l.idem.*12. *ff.de compenſationib. l.*1. *C.de
petitio. hæred. l.de contractu.*3. *C.de reſcin.venditio. l.
iuſtas,* 6. *C. de iure fiſci lib.*10. Surd. *proximè* ad-
ductus, *& in deciſio.*18. *nu.*1. latè Farinac. 1. *parte
fragmentor.criminal.litter. F.verb. fiſcus, à numero*
149. *ad* 157.
109 Quo in ſenſu ex Conattu & aliis à ſe rela-
tis accipiendam dicit ipſe Surd *in dicta deciſ.*
13. *num.*2. *&* 3. *l.non puto.*10. *ff.de iure fiſci,* vt lo-
cum habeat, quoties quæſtio eſt an fiſcus
minoris iure vtatur? in qua in dubio contra
illum reſpondere licet, quod vtique multis
fundamentis ad neceſſitatem refert Fachin.
*dicto lib.*9. *c.*80. *ex verſic. & ſanè.*
110 Hodie tamen in Hiſpania fiſcus minoris
iure vtitur. *regia l.*10. *titu.*19. *part.*6. quæ omnẽ
dubitationem tollit, & omnino ſeruanda eſt.
*l. preſpexit.*12. *cum ſimilib. ff.qui, & à quib.* cum
maximè cùm hanc ſententiam multi à Fa-
chineo & Surdo congeſti defenderint, vt a-
lios referre opus non ſit, & ex Platea probet
Gregor. *in l.2 ſchol.2.in fine, dicto titu.*19. *part.*6.
Fiſci autem priuilegia rectè proſequitur Co-
uarru. *lib.variar.reſolution.*1. *c.*16.
111 Eccleſia, & reſpublica indubitanter ius
minorum adeptæ ſunt, *c.* 1. *de reſtitut. in integ.
l. reſpublica.*4. *C.quibus ex cauſ maior. l.*10 *tit.*19.
part 6. quæ fiſcum, rempublicam, Eccleſiam,
& vniuerſitatem complectitur, vt nulla iam
apud nos in his quatuor dubitatio relicta ſit.
Sequuntur in edicto prætoris verba:

NEGOTIVM GESTVM ESSE DICETVR.

112 Iam *ex prædictis* conſtitit, prætoris auxilium
minoribus viginti quinque annis dolo ad-
uerſarij, ſeu propria facilitate læſis conce-
dendum. Nunc quæ iſthæc negotia ſint de
quibus edicit prætor? examinare oportet.
De quâ re Vlpianus agit *in l. ait prætor.* 7. *infrà
hoc titul.* vbi propria ſedet examinis huiuſce
materia, quam ſummatim attingemus.
His verbis, ait Vlpianus, comprehendi o-
mnem contractum, omne geſtum, aut fa-
ctum, ſiue dictum, qualitercumque illud
fuerit conſtitutum, ſiue quicquam aliud ob-
tigerit, ex quo minor damnum ſentiat. Hæc
enim omnia, & ſimilia breui compendio
Vlpiani verba continent. *Geſtum ſic accipi-
mus, qualiter, qualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid
aliud contingat.* Non tamen omnia hæc edi-
cto comprehendi, plurima videntur argu-
mento eſſe, quorum breuem admodum
ſummam faciam.
Imprimis obeſt hic ordo litteræ. QVOD 113
CVM MINORE GESTVM EST. Quo ſigni-
ficari videtur, inter duos geſtum, vt gerat
quid alius cum minore, vel minor cum alio,
nec enim minor duorum perſonas ſuſti-
net, vt idem ſecum quicquam gerere dicatur.
argumento. *l.ille.*13. *ff ad Trebellian. l.quod autem,*
7 *§. vxori, ff.de donationib.inter vir. & vxor.* Vn-
de, ſi horum verborum interpretationem
ſtrictam ſequeremur, non ea vtique hoc edi-
cto comprehenderentur, quæ ſolius mino-
ris factum, vel aduerſi tantùm continerent;
veluti, ſi minor hæreditatem adierit, ſi dela-
tam repudiauerit, ſi abſentis negotia geſſerit,
ſi delictum commiſerit, & his ſimilia Si ad-
verſus minorem quicquam vſucaptum ſit,
vel eo ignorante & irrequiſito commiſſum,
ex quo ipſe damnum ſentiat; cùm tamen &
hæc omnia comprehendi Vlpianus doceat
in dicta l. ait prætor. 7. *infrà hoc titu.* & Imperato-
res *in diuerſis legibus Iuſtinianæi Codicis varijs de
in integ.reſtitution. minorum titulis contentis.*
Quare idem largo modo ſignificat, *quod* 114
cum minore geſtum eſt, quàm, ſi edixiſſet præ-
tor: *Quod à minore, vel in ipſius damnum geſtum
eſt* teſte Donel. *in dicto libro de Iure ciuil.* 21. *c.* 8.
qui hanc dubitandi rationem aduerſus edicti
verba notat, ex eo hanc interpretationem
probans. Quòd licet ea verba id propriè 115
non ſignificent, eorum tamen hæc eſt vis &
poteſtas, quæ omnino ſpectanda, & præfe-
renda eſt *l. Scire leges,* 17. *ff.de legib l.non figura.*
38 *ff. de obligation. & actionib. l.*2. *in fine, C. com-
mun.de legat. c.intelligentia.*6. *de verb.ſignificatio.
l.*13. *titu.*13. *part.*2. vbi Gregor. *ſchol.*1. cum mul-
tis alijs iuribus, & interpretibus à Petro Sur-
do, vt id probet, congeſtis *deciſ.*19. *num.*1 *&* 4.
part. 1. *num.*3. contendente ex ijs quæ gratia
frequentioris vſus dici ſolent, legis diſpoſi-
tionem non reſtringi. Ius enim non tam
eſt, quod lex ſcripſit, quàm quod voluit, *l.* 116
non dubium, 5. *cum compluribus, C. de legibus,* præ-
ſertim cùm eadem ſit ratio in rebus cum mi-
nore peractis, quæ in alijs ab ipſo ſolo, vel 117
contra ipſum ignorantem, vel irrequiſitum
ab alio geſtis, dummodo in earum qualibet
læſio conſideretur, quæ ius idem futurum
eſſe demonſtrat. *l. illud* 32. *cum vulgat. ff ad leg.* 118
Aquil. latè poſt alios Donel. *dicto c.* 8. *in fine,*

Surd. *dicta deciſio.* 19. *num.* 1. latiſſimè, & vtiliſſimè omnium ni fallor Farinac. 1. *parte fragmentor. criminal. litte. E. verb. extenſio, à numero* 51. *maximè ex num.* 180. *ad* 188. de extenſione agens in qua vnica tantùm ratio reddi poteſt, prout in ſpecie noſtra detegitur, ne minor vllatenus lædatur.

119 Altera difficultas proponitur ab Accurſ. *in d. l. ait prætor.* 7. *verbo geſtum*, Bartol. & alijs, *quo* etiam *loci* Cuiac. notat *infrà hoc titul.* Franciſc. Duaren. *in commentar. ad eum in explicatione horum verborum edicti.* Qui volunt, verbi huius, *geſtum*, ſignificationem ſtrictam eſſe ex Labeonis ſententia, quam Vlpianus refert *in l. Labeo* 19. *ff. de verbor. ſignificatio. geſtum*, inquit, *rem ſignificare ſine verbis factam.*

120 Sed huic difficultati antiqui interpretes reſpondent, verbum, *geſtum*, in prætoris edicto generaliter & latiſſimè accipi. Cui interpretationi ſubtiliores etiam, ac recentiones conſentiunt, volunt tamen hi dictam *l. Labeo.* 19. præponendam, *l. ait prætor.* 7. *infrà hoc titu.* cum vtraque ex Vlpiano *libro ad edictum* 11. deſumpta ſit, in prima adſeuerantes ſignatam à Labeone ſtrictam verbi illius, *geſtum*, ſignificationem ab Vlpiano referri, deinde ipſum *in d. l. ait prætor.* 7. voluiſſe verba edicti generaliter concepta eſſe, non attenta ſubtili Labeonis differentia inter actum, contractum, & geſtum teſte Duareno *proximè* relato. Sed, & Cuiacius, qui Iacobi cuiuſdam Labitti authoritate ductus hanc vtriuſque legis continuationem probat, Labeonis ſententiam veriſſimam fatetur, edicto tamen noſtro ita ſtrictè ſumptam ſignificationem applicari non poſſe contendit, cùm illud generale ſit, *l. neceſſarijs.* 57. §. 1. *ff. de acquiren. hæreditate, ex generali edicto*, Caius ait, *quod eſt de minoribus viginti quinque annis*, &c. Quod ex Accurſ. Iaſone, & alijs probat Surd. *dicta deciſio.* 19. *num.* 3 *part.* 1.

121 Hinc patet, omnibus negotijs, cauſis, actis, delictis, alijſque rebus omnibus in vniuerſum huius edicti verba applicanda eſſe. Quæ omnia in tria genera Vlpianus diuidit *in l. non omnia.* 44. *infrà hoc titu. Aut quod habuerunt*, inquit, *amiſerunt, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiſerunt, aut oneri, quod non ſuſcipere licuit, ſe obligauerunt.* Quæ deciſio confirmatur *ex l. minoribus,* 6. *cum duab. ſequentibus, & multis alijs huius titu. ac ſimilibus vtriuſque iuris deciſionibus,* l. 3. 4. 5. 7. & 8. *tit.* 19 *part.* 6. poſt alios Tiraquell. *lib.* 1. *de retractu,* §. 35. *ſchol.* 2. *num.* 9. Couarru. *lib. variar.* 1. *c.* 5. *nu.* 2. Donel. *lib.* 21. *de iure ciui. c.* 8. *verſic. ſic ergo definiemus.* Maſcard. *concluſio.* 1058. *numero* 35. Surd. *deciſio* 100. *numero* 4. & 5.

122 Amittit minor, quod priùs habuit, quocumque modo, titulo, aut cauſa res ſuas alienans. Amittit actiones ſuas cedens, vel debitores liberans, debito renuncians, ſuper eo tranſigens, alióue quouis huiuſmodi amiſſionis genere. *l. minor.* 40. *infrà hoc tit.* Amittit, cum res ſuas vſucapi ſinit. In quibus omnibus ſpeciebus reſtituitur ex legibus huius tituli, & ſpecialibus Iuſtinianæi Codicis Rubricis.

Omittit minor, quod acquirere poterat, 123 delatam repudians hæreditatem, bonorum poſſeſſionem, legatum, ſiue quid aliud. Quò pertinet titulus ille C. *vt omiſſam hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem, vel quid aliud, acquirant. l.* 18. *tit.* 6. *parti.* 6. & quod de lucro Vlpianus ſcripſit *in l. ait prætor.* 7. §. *hodie, infrà hoc titu.* atque ad idem ex Gotofredo *ibidem*, titulus, C. *ſi minor ab hæredita. ſe abſtineat*, editus eſt. Quam omiſſionem exemplis proſequitur, *vbi ſuprà* Donellus.

Oneri non neceſſario ſe minor obligat ea 124 faciens, ex quibus ciuilis vel naturalis obligatio naſci ſolet, contrahens, quaſi contrahens, vel delinquens, ad quam ſpeciem pertinent tituli. C. *ſi aduerſus rem iudicat, ſi aduerſus venditon. ſi aduerſus tranſaction.* & ſimiles, de quibus, & exemplis huius rei Donel. *vbi ſuprà*, qui ſic negotia diſtribuit, aduerſus quæ ipſi reſtitutio competit.

De ijs autem omnibus, in quibus prætoris 125 auxilio minori ſuccurritur, diffuſe agunt ſcribentes, quorum placita perſtringere, ac veras reſolutiones adnotare labore plenum eſſet, verendumque, ne breuis hæc repetitio in volumen creſceret. Varias in hac parte quæſtiones, & interpretes de ijs agentes tetigiſſe ſufficiat.

Andreas Fachin. *lib. Controuerſiar. Iur.* 2. *c.* 3. 126 diſſerit, vtrum minor viginti quinque annis rem cum pacto reuendendi emens abſque decreto iudicis, alijſque ſolennibus obligetur? non obligari contendens ex pluribus aliis, quos adfert.

Cuius mihi ſententia ſuſpecta redditur, 127 quamuis enim circa hoc verſari non videatur prætoris edictum, quod aduerſus primum contractum dirigitur, vt reſtituto minore ad priſtinum ſtatum omnia reducantur. *l. quòd ſi minor.* 25. §. *reſtitutio, infrà hoc titu. l. vni. cum ſimilib.* C. *de reputationib. l.* 2. *titu.* 25. *parti.* 3. *l.* 1. *titu.* 19 *part.* 6. cum idem ius ex reuenditione adipiſci valeat: lædi tamen poſſet ea non vtens, vt in vtrumque caſum prætoris beneficio adiuuetur, & contraria ſententia locum habeat.

Nemo enim contractum hunc eſſe nega- 128 bit, quamuis qualitas eum diſſoluens adiecta ſit, quemlibet autem cum minore celebratum claudicare *ex l. Iulianus.* 14. §. *ſi quis colludente, &* §. *ſi quis à pupillo, ff. de action. empti.* §. *ex*

con-

contrario Iuſtin. quibus alienare licet, vel non, princip. Inſtit. de authorita. tutor. tenent ibi Accurſ. & ſcribentes, cum multis alijs, quos ad id probandum refert Petr. Surd. *conſil. 9. num.* 10. *& ſequent.* idem *deciſio* 179. *num.* 18. *deciſio.* 264. *num.* 30. quamuis ex adnotatis ab eo *num.* 29. contractus regulariter ab vnius voluntate pendere, vel claudicare non debeat. *l. in vendentis.* 13. *C. de contrahen. emptione. d. l. Iulianus.* 14. *§ ſi quis colludente, ff. de action. empti:* quod prius ex alijs probauerat idem Surd. *deciſio.* 52. *nu.* 9. *ac* 10. *deciſ.* 187. *num.* 2. hoc ex Accurſ. & alijs fallere adſerens, *num.* 11. quando in contrahentibus diſcriminis ratio adeſt, *d. §. ſi quis colludente, & § ſi quis à pupillo.* quæ propriè ſpecies noſtra eſt.

129 Propterea, quoties hoc modo contractus claudicat, poteſt obligatus agere, vt priuilegium habens emptioni ſtet, vel ab ea diſcedat. *d. §. ſi quis colludente*, poſt alios multos à ſe relatos Pinel. 3. *parte. l. 1. C. de bon. matern. num* 34. Surd. *deciſio.* 179. *num* 19. Quæ tamen deliberatio modo à Pinel. vbi *proxime nu.* 36. *verſic. videtur tamen*, deſcripto, vt proſit, facienda, ex veriori ſententia, quam ipſe defendit, *d. num.* 36. *verſic. ſed nec mihi*, ius reſtitutionis minori non auſert; contra pupillum tamen actionem hanc ex *dicto §. ſi quis à pupillo, num.* 35. denegari probat, qui cùm obligationis expers ſit, mirum non eſt, vt deliberare non cogatur. Quam tamen actionem in tutorem dirigi, vt ipſe deliberet decreto iudicis interueniente, ſi res ſit immobilis ex adnotatis à Pinel. *vbi ſupra, dicto num.* 36. *verſi. videtur tamen.* forſan tentari poſſet, ne res hæc diu cum tertij obligari iniuria pendeat. *c. ex tenore.* 11. *verſic. nos igitur, de foro competen.* Fachin. *dicto lib. controuerſ. iur.* 2. *c.* 3. *verſic. quod autem non debet minor.*

130 Tertiam proponit opinionem Fachin. *in d. c.* 3. *verſic. alij verò dixerunt*, minorem reuendendi pacto non obligari, ſi abſque tutore, vel curatore contrahat, ſecùs ſi ex his cuiuſlibet authoritas intercedat. Quæ mihi ſententia ſecundo loco relatæ, quæ obligationem minoris hac in ſpecie fatetur, adhærere viſa eſt, cum eadem pupilli hodie & puberis curatorem habentis quoad bonorum alienationem cauſa ſit; cùm tamen hic, ſi curatorem non habeat, obligetur, quamuis læſus ſemper ſit reſtituendus, *l. ſi curatorem habens.* 3. *C. de in integ. reſtitutio. minor.* poſt alios Surd. *deciſio.* 287. *num.* 10. *part.* 2.

131 Ambigua quidem, ni fallor, hæc ex *prædictis* contentio redditur. In qua vnicuique ex his tribus opinionibus locū fieri poſſe reor. Primæ in pupillo ſeu minore curatorem habente, qui abſque illius authoritate contraxit; tertiæ in tutore, vel curatore contrahente; ſecundæ in pubere, qui curatorem non habet, maximè, ſi ab initio contractus pactum reuendendi expreſſum eſt, ex his quæ poſt alios adnotat Cagnol. *in l.* 2. *num.* 148. *& ſequent. C. de pact. inter emptor. & venditor.*

At vbicumque, & quomodolibet tam circa primum contractum, quàm circa pactum ei adiectum in toto, vel in parte minor lædatur, etiamſi tutore authore contrahat, reſtituitur. Ex ijs quæ doctè adnotat ex alijs Petr. Surd. *deciſio.* 287. *num.* 10 *part.* 2. diſtinguentem ſententiam ex alijs præferendam tatus *deciſio.* 58. *num.* 5.

Idem Fachine. *dicto lib.* 2. *controuerſ. iur.* 2. *c.* 132
89. in quæſtione an minor læſus in pretio rei venditæ aduerſus venditionem ſit in integrum reſtituendus? an verò eam poſſit retinere venditor, ſi pretium offerre malit? veriorem ſententiam putat, vt minor reſtituatur, iura multa pro hac parte inducens, & contrarijs ſatisfaciens. Pinel. *in l.* 2. *C. de re-* 133
ſcinden. vendit. 3. *parte. c.* 19. Surd. *conſil.* 9. *num.* 10. ex alijs electionem minori adſcribunt, vt reſtituatur, vel pretij ſupplementum exigat, quibus ob maiorem minoris fauorem adſentior. Quamuis ex aduerſo Sfort. Odd. à Fachineo relatus Bartoli, & aliorum authoritate propoſita, contrarium ſentiat.

Minor autem à contractu recedens tene- 134
tur illud ſoluere, quod eius ratione percepit, *l. quod ſi minor.* 25. *§. reſtitutio, infrà hoc titu. cum Iuribus num.* 127. *ſuperius enunciatis*, poſt alios Cephal. *conſil.* 207. *num.* 1. ſuam limitans ſententiā, dummodo minor locupletior factus ſit. *l. ſi minorem.* 4. *C. de in integr. reſtitutio. minor. l. doli,* 19 *circa finem, ff. de nouationib. l. vlt. titu.* 6. *l.* 4. *titu.* 14. *parti.* 3. *l.* 2. *&* 6. *titu.* 19. *part.* 6. Quod latiùs ac rectius iudicio meo ediſſerit Ioan. Petr. Ancharran. *queſtion. familiar. lib.* 1. *tota quæſtio.* 15.

Aduerſus ſpretam noui operis nunciatio- 135
nem minorem reſtituendum putat Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 8. *c.* 49. vt cautione præſtita audiatur, nec lis aliter definienda ſit ex Caroli Ruini ſententia, quam Oddus Sfortia à Fachineo adductus probat.

Minorem teſtamentum accuſantem, vel 136
ipſius voluntati contrauenientem contra illud ad adeundam hæreditatem reſtituendum non eſſe, maximè ſi in dolo ſit. poſt longam diſputationem reſoluit Cephal. *conſil.* 356. *lib.* 3.

Reſtitui minorem aduerſus temporis la- 137
pſum non confecti inuentarij, ex alijs quamplurimis docet Ioſeph. Ludouic. *deciſio. Peruſi.* 55. *num.* 18. *&* 19. *parte* 1. quamuis interpretes ſecùs iudicent in minore curatorem habente: quod ipſe latiùs ediſſerit *à num.* 20. volens *nu.* 21. vt in integrum reſtituatur minor etiam cura-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

curatorem habens [illegible]i ratione minoris æta-
tiſcam poſtulauerit, ſecùs iudicans *num* 22.
138 quando petit ex generali clauſula, *Si qua mi-
hi iuſta cauſa videbitur*, vt tunc in integrum re-
ſtitutio ceſſet, deturque minori in curato-
rem actio ex Alciato, Rolando, & aliis ab eo-
dem Ioſeph. Ludoui. relatis *dicta deciſio*. 55.
num. 23.

139 Quorum ſententiam limitat *num*. 24. ſi tu-
tor, vel curator ſoluendo non ſint, vel ſi non
ſint legitimè conſtituti. *num*. 25. his enim caſi-
bus reſtitutio conceditur, quò magis in euen-
tum omnem minores illæſi ſeruentur.

140 Præcedentibus ſuccedit quæſtio, nùm mi-
nor mulier aduerſus dotem, quam marito
tradidit, reſtituenda ſit? & an dotem ipſa,
vel curator eius in rebus immobilibus, pre-
tioſis, vel iis, quæ ſeruando ſeruari poſſunt,
aut maxima pecuniæ quantitate ſine decreto
iudicis conſtituere poſſint?

141 In qua quæſtione variæ ſunt interpretum
ſententiæ, quas poſt alios recitarunt Andræ.
Fachin *libr. controuerſiar. iur*. 3. *c*. 1. Petr. Surd.
deciſio. 278. & 287 *part*. 2. Ad cuius reſolutio-
nem diſtinguenda videntur bona in dotem
adſignata, ſi æſtimata tradantur ab inæſtima-
tis, quoniam ex horum traditione marito
non quæritur dominium, ex æſtimatione in
eum transfertur, & ad ſolum pretium ſoluto
matrimonio tenetur. *l. plerumque*. 11. *in princip.*
vbi Gotofred. *ſchol*. 1. & §. *ſi autem matrimonium,*
cum aliis eius titu. legib. ff. de iure dot. l. æſtimata. 52.
& *illic* Accurſ. *ſchol*. 1. *ff. ſolu. matrimon l. ſi pro-
pter*. 22. *ff. rer. amotar. l. quoties*. 5. *l. cum dotem*. 10.
C. de iure dotis. l. 1. §. *æſtimatarum*, & §. *æſtimatas.*
C. de rei vxor. actio. l. 7. 16. 18. 19. 26. *titu* 11. *parti.*
4. latè poſt alios Couarr. *practicar. quæſtion.*
c. 28. *præcipue num*. 4. rectè Pinel. *in l*. 2. 1. *parte. c*.
1. *num*. 8. *C. de reſcinden. venditio.* qui latiùs hæc
examinat *in* 3. *parte. l*. 1. *C. de bon. matern. nu*. 12.
cum trib. ſequentib. maxime num. 15. dominus, &
auus meus Ioan. Matien. *in l*. 7. *ſchol*. 7. *à num*.
16. *ad* 20. *tit*. 11. *lib*. 5. *recopilation*. latè Surd. *di-
cta deciſio*. 278. *num*. 3. 6. *ac* 16. idem ius obſer-
uandum in locis adſerens, in quibus pro ma-
rito ſtatutum lucrandæ dotis adeſt, quod in
æſtimata prædicta iura conſtituunt, idque ite-
rum ex aliis confirmat idem Surd. *dicta deci-
ſio*. 287 *à num*. 21.

142 Bona igitur immobilia, præſertim æſtima-
ta mulieri non licebit in dotem ſine curato-
ris authoritate, ac iudicis decreto marito tra-
dere *l. lex quæ tutores*. 32. *in princip. C. de admini-
ſtratio. tutor. l. ob æs*. 12. *C. de præd. minor. l*. 1. *C. ſi ad-
uerſ. dotem l. magnꝰ puto*. 5. §. *non paſſim. ff. de reb. cor.*
l. 60. *vbi* Gregor. *verb. dio ſu otorgamiento titu*. 18.
part. 3. *l*. 14. *titu*. 11. *parti*. 4. *l*. 4. *titu*. 5. *l*. 8. & *ibi*
Gregor. *ſchol*. 3. *titu*. 13. *parti*. 5. *l* 18. *tit*. 16. *part*. 6.
multis aliis relatis Surd. *deciſio*. 278. *numero* 1.
& 32. *deciſio*. 287. *num*. 1. 3. *ac* 17. *conſil*. 191. *à num*.
22. vt alios referre opus non videatur,

Bona ſiquidem in dotem data propria ma- 143
riti ex æſtimatione fiunt. *d. l. plerumque*. 11. §. *ſi
ante*, *cum ſimilib. ſuperius numero præcedenti conge-
ſtis ff. de iure dot.* vt minor mulier ſine decreto
iudicis alienare prohibita, nec actum facere
permittenda ſit, ex quo alienatio ſequatur.
l. codicillis. 91 § *matre*, *vbi* Bartol. *ff. de legat. lib*. 2.
l. vlti. cum ſimilib. C de reb. alien. non alienand. l.
alienationis. 28 *ff de verbor. ſignificatio. c. nulli*. 5.
verſic alienationis de reb. Eccleſ. non alienand. l. 10.
titu. 33. *parti*. 7. poſt alios Pinel. *in l*. 2. *C. de re-
ſcind. venditio*. 2. *parte. c*. 1. *num*. 14. dominus &
auus meus Ioan. Matien. *in l*. 3. *ſchol*. 14. *tit*. 10.
lib. 5. *recop*. ex Tiraquel. & Boerio Petr. Surd.
deciſio. 278. *num*. 2.

Ad hæc idem ius interpretes conſiderant, 144
ſi dos in rebus pretioſis, vel mobilibus, quæ
ſeruando ſeruari poſſunt, ſeu magna pecu-
niæ quantitate conſtituatur, vt ad ipſius exi-
ſtentiam ac firmitatem decreto iudicis, aliiſ-
que ſolennibus opus ſit. *d. l. lex quæ tutores*. 32.
C. de adminiſtratio tutor. l. 18 *titu*. 16. *parti*. 6. *vbi*
Gregor. *ſchol*. 2. & 3. idem meliùs *in l*. 14. *ſchol*.
2. *titu*. 11. *parti*. 4. Fachin. *lib*. 3. *controuerſ iur. c* 1.
dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l*. 2.
ſchol. 2. *num*. 3. *titu*. 2. *lib* 5. *recopilation*. Surd. in-
numeris relatis *in dicta deciſio*. 287. *num*. 1. 3. 17.
ac tota ferme deciſio. ſed an pecunia inter bona,
quæ ſeruari poſſint, adnumeranda ſit? rectè
diſputat ex aliis Pinel. *in* 2. *parte. l*. 1. *C. de bon.*
matern. à num. 42. *vſque ad* 51.

Sed dubitari poteſt, quænam magna pe- 145
cuniæ quantitas ſit habenda? vt prohibita
ſit ſine decreto dotis in ea conſtitutio. Cuius
dubii reſolutionem omiſiſſe videntur ſcri-
bentes. In quo conſidero, dotem pro qua-
litate coniugum, & quantitate bonorum le-
gitimam, vel inofficioſam reputari. *l. quæro*. 61.
l. cùm poſt diuortium. 70. § *gener. in fine, cum ſe-
quenti. ff. de iure dot. l. ſi curatores*. 9. *C. de admini-
ſtratio. tuto. l*. 9. *titu*. 11 *part*. 4. *l*. 1. *titu*. 2. *lib*. 5. *recop*.
vbi dominus & auus meus Matien. *ſchol*. 1.
maxime num. 4. multos [illegible]lios adfert.

In his igitur dotis ſpeciebus, ſiue ad gem- 146
mas, veſtes pretioſas, ſeruos & animalia vti-
lia, ſiue ad magnam pecuniæ quantitatem re-
latis iudicis decreto, aliiſque ſolennibus o-
pus eſſe conſtat. *d. l. lex quæ tutores*. 32. *in fine. C.*
de adminiſtratio. tutor. In qua poſtquam hæc
omnia Imperator adnumeraſſet, ſequentia
verba ſubiecit: *Iam ergo venditio tutoris nulla
ſit ſine interpoſitione decreti, exceptis iis dumtaxat
veſtibus, quæ detrita vſu, ſeu corrupta ſeruando ſer-
uari non poſſunt; animalia quoque ſuperuacua,
quamuis minorum, quin veneant, non vetamus. l. vl-
tim. C. quando decreto opus non ſit*, vt ex partium
enumeratione his verbis expreſſa, ad reliqua
omnia

omnia bona minoris alienanda, vel in dotem tradenda iudicis decretum intercedere neceſſe ſit. *argumento l. cum prætor. 12. ff. de iudic. c. nonne. 5. cum complicib. de præſumptionib.* Bald. & ad eum Barbar. *in l. 2. num. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quos reliqui ſequuntur.

147 Quam vtique ſententiam communem eſſe *ſuperiùs num.* 144. ex alijs probauimus, à qua in controuerſis articulis, præſertim, ſi aliqua lege nitatur, recedere fas non eſt. *c. ſi tranſitus 10. diſtinctio. 79. c. licet de vitanda. 6. ad fin. de electio. c. ne innitaris. 5. de conſtitution. cum alijs iuribus & interpretibus à nobis congeſtis in repetitione l. contractus. 24. num. 75. ff. de regul. iur.* interpretes *in l. 1. ff. ſi cert. petat. & in c. 1. de conſtitution.* Iſern. Curt. Beroi. Parit. & alijs, quos refert ſecutus Petr. Surd. *deciſio. 59. num. 9.* quos & alios meminit Farinac. *in praxi criminal 1. to. 1. part. titu. 2. de accuſatio. quæſtio. 15. num. 56. 2. tomo tit. 4. de carcerib. & carcerat. quæſtio. 28. num.* 116. idem Ianùs 3. *part. tit. 12. de var. & extraordinar. criminib. quæſtio. 111. à num.* 492. *ad* 497.

148 Sed vt tota hæc materia rectiùs comprehendatur, diſtinguentem ſententiam ex Surdo iuribus & interpretibus comprobante *deciſio. 58. num.* 5. in dubio præferendam, quam recitat Gregor. *in d. l. 14. ſchol. 2. titu. 11. part.* 4. ac repetit *in l. 4. verb. las coſas, titu. 5. l. 8. verb. de las coſas muebles, titu. 13. part. 5. l. 18. verb. del miſmo, tit. 16 part.* 6. lubens amplector, vt in dotis conſtitutione, vel alienatione bonorum minoris mobilium & pecuniæ, decretum non requiratur ex communi & recepta ſententia, ſed in rebus pretioſis, gemmis, lapillis, ac veſtibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, deſideretur, nec aliter factæ valeant, ex ijs, quæ adnotant Surd. *deciſio. 287. num.* 17. & alij *ſuperiùs num.* 144. relati.

Quamuis in prædictis partitarum legibus limitationem hanc non inueniri adſerat Gregor. *in d. l. 8. verb. de las coſas muebles, titu. 13. part.* 5. niſi in antiquis ſeruis *in l. 18. titu. 16. part.* 6. Quare an in Hiſpania, quoad gemmarum, pretioſarum rerum, & magnæ pecuniæ quantitatis decreto iudicis opus ſit? cogitandum relinquit.

At in *dicta l. 4. verb. de las coſas, titu. 5. parti.* 5. deciſionem *d. l. lex quæ tutores 32. C. de adminiſtratio. tutor.* prout iacet, obſeruandam iudicat, cui ex alijs ſuccenſet Surd. *dicta deciſ.* 287. *n.* 17. ad gemmas, lapillos, resq; pretioſas, quæ ſeruari poſſunt; illius legis deciſionem ex communi Azonis, & aliorum ſententia extendens, cauſam dotis æri alieno comparans.

149 Idemque iuris obſeruandum in magna pecuniæ quãtitate ex *d. l. lex quæ tutores*, cenſet Gregor. *in d. l. 14. ſchol. 2. ad fin. titul. 11. part.* 4. quam inter mobilia, quæ ſeruari poſſunt, lata diſputatione contineri probat Arius Pinel. *in 2. parte, l. 1. C. de bon. matern. à num.* 42. *ad* 51. vt iure ad eius, quæ in magna quantitate ſit, alienationem decretum exigat Gregor. *in dicta l. 14. ſchol. 2. in fine*, quamuis dubitet Surd. *dicto num.* 17. & Pinel. *num.* 43. communem ſententiam hac in parte præferat, vt pecunia ſine decreto contra dictam *l. lex quæ tutores.* alienari poſſit, cùm inter mobilia computetur, quod latè probat *numeris ſequentib.*

At hodie, inquit, ex communi vſu loquendi, appellatione mobilium ex Bartolo & aliis *nu.* 50. relatis pecuniam non venire. Quæ forſan *dicta l. lex quæ tutores.* 32. *C. de adminiſtratio. tutor.* & Gregorij ſententiæ deciſiua ratio eſſe poſſet.

Mihi tamen non ideo probatur, quòd inter mobilia pecunia non computetur, ſed, quoniam, ſi magna quantitas pecuniæ ſit, ob maius minoris bonum, quod iura adfectant, rebus pretioſis & mobilibus, quę ſeruari poſſunt, comparatur, vt ad eius alienationem vel dotis conſtitutionem decreto etiam opus ſit, *ex dicta l. lex quæ tutores*, eiuſque efficienti ratione, non adhuc vtique, ni fallor, ſic ad amuſſim explicita.

Cæterum quam dotem mulier minor in 150
mobilibus, vel pecunia curatore authore, ſine iudicis decreto tradere poteſt, *l. mulier.* 28. *C. de iure dot. l. 4. titu. 11. parti.* 4. eandem ipſa, ſi curatorem non habeat, poterit ſola offerre. *l. ſi curatorem habens.* 3. *C. de in integr. reſtitutio.* quod poſt alios latè diſputans probat Surd. *deciſio.* 287. *à num.* 10. *ad* 21. breuiter, vtiliter & concinne Fachine. *lib. controuerſ. tit.* 3. *c.* 1. *ad fin.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 2. ſchol. 2. num. 3. titu. 2. lib. 5. recopilation.*

Sed adhuc quæſtionis eſt, nùm minor mu- 151
lier dotem inæſtimatam etiam in immobilibus mariro abſque iudicis decreto tradere poſſit? In qua pro adfirmatiua parte conſiderat Surd. *deciſio. 287. numero* 21. dominium rerum dotalium penes vxorem ſe dotantem remanere. *l. in rebus.* 30. *C. de iure dot.* Bald. Duareno, Corraſ. Pinel. & alijs à ſe relatis, etiamſi ſtatuto caueatur, minores ex contractu, quem geſſerint, obligari non poſſe ex adnotatis ab eo, *num.* 26. Quæ fundamenta breuiùs recenſet *deciſio. 278. nu.* 6. *&* 14. expreſſum pro hac parte textum iudicans *in l ſi ne generali. 62 ff. de iure dot.*

Pro negatiua tamen adſert idem Surd. *dicta deciſio. 278. num. 16. l. doce ancillam. 9. C. de rei vendicatio. l. ſi prædium. 23. C. de iure dotium*, Accurſ. Alexand. Odofred. & alios multos, vt probet, rerum dotalium dominium conſtante matrimonio maritum eſſe, vxorem in ſpe ex reſtitutione ſoluto eo facienda, vt nullo iure videatur poſſe ſine decreto iudicis rem

immo-

immobilem cauſa dotis marito tradere. Quam ſententiam multis fundamentis latè ipſe confirmat, prædictam *l. ſiue generalis, ex d. l. lex quæ tutores, 32. C. de adminiſtratio. tutor. num.* 32. hodie correctam eſſe defendens.

152 Quibus de cauſis hanc vltimam opinionem potiorem iudico, vt minori magis ac magis conſultum ſit, eis addens vniuerſalem verborum *dictæ l. lex quæ tutores.* conceptionem, quæ dotem etiam inæſtimatam complectuntur, vt ea lege non diſtinguente, nec nobis diſtinguere liceat, *l. non diſtinguemus. 37. ff. de arbitr. l. de pretio. 10. ff. de Publicia. in rem actio. l. 1. §. & generaliter cum vulgat. ff. de legat. præſtand.*

153 Nec mirum, cum nec nuda poſſeſſio immobilis ex veriore ſententia, quam defendit Fachineus *lib. controuerſ. iur. 3. c. 2. ex verſicu. ſed iſtis non obſtantibus*, alienari à curatore ſine iudicis decreto poſſit, quicquid ex aduerſo adſtruere videatur Surd *deciſio. 287. num. 12.* vt dotis etiam inæſtimatæ traditio abſque iudicis decreto fieri nequeat ex latè adnotatis ab eo *tota deciſio. 278.*

154 Quomodocumque autem in dotis præſtatione minor mulier læſa inueniatur, aduerſus eam reſtituitur. *l. vni. C. ſi aduerſ. dotem. l. ſi ex cauſa, 10. §. in dotis, infrà hoc titul. l. quæro. 61. ff. de iure dotis.* poſt multos alios interpretes à ſe relatos Petr. Surd. *deciſio. 287. num. 8.* Mandoſ. *de ætat. minor. quæſt. 4. num. 2.* meliùs ac latiùs dominus, & auus meus Ioan. Matien *in l. 1. ſchol. 8. num. 20. cum trib. ſequentib. tit. 11. libr. 5. recopilation.* praxis huius executionem matrimonij quieti contrariam ex Pinelo à ſe relato adſ:rens, ipſique locum in ſpecie *dicti §. in dotis* dumtaxat deferens.

155 Quòd ſi in forma conſtituendæ dotis contra *d. l. lex quæ tutores. 32. C. de adminiſtratio. tutor.* minor mulier, vel eius curator peccent, contractus ex defectu formæ vitiabitur. *l. cum hi. 8. § ſi prætor aditus, vbi* Accurſ. *verb. irritam,* & interpretes iura ſimilia referunt. *ff. de tranſactionib. c. cum dilecta. 22. in fine, de reſcript. c. venerabili. 37. de offic. delega.* cum multis alijs iuribus, & interpretibus à nobis congeſtis *in l. 5. verb. ſegun el tenor y forma, titu. 7. lib. 1. recopilation.* nec reſciſſione minor egebit *l. in cauſæ. 17. infrà hoc titu. l. ſi curatorem habens. 3. & vtrobique* interpretes. *C. de in integ. reſtitutione. l. ſi tutor. 4. C. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſar.* Surd. ex aliis, & ſe ipſo *deciſio. 70. nu. 10.* Ioan. Guter. *in authenti. Sacramenta puberum, num. 11. C. ſi aduerſ. vendition.* Quod etenim nullum eſt reſcindi non poteſt. *l. nam & ſi ſub conditione. 5. verſic. poſt defectum. ff. de iniuſto rupto. c. ad diſſoluendum. 13. cum complicib. de deſponſatio. impuber. l. 1. verſ. pero ſi, tit. 8. part. 6.* Surd. & Guter. *proximè* adducti.

An autem? quomodo? & aduerſus quam præſcriptionem minor reſtituatur? latè diſſerit poſt alios Gregor. Lop. *in omnibus ſcholijs ad l. 9. titul. 19. part. 6.* ex eo textu, Franciſcus Duaren. iuris communis deciſiones omnes hac de re agentes complexus *in partitio. methodica Digeſtor. libr. 4. ſub tit. 4. de minorib. in commentar. ad titul. C. ſi aduerſ. vſucapion* latiùs tamen, & ad praxim vtiliùs rem hanc expoſuit Menchac. *de ſucceſſo. creatio. lib 1 §. 10. à nu. 39. ad 67.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 8. ſchol. 1. & 12. tit. 11. lib. 5. recopilat.* 156

Minor in ſpecie *d. l. 8. tit. 11. libr. 5. noua recopilation.* nouem poſt addictionem diebus elapſis ad retrahendam rem immobilem auitam vel patrimonialem, non reſtituitur, quamuis remedio *l. ſi in emptionem. 36. infrà hoc titul.* iuuari cupiat ex veriore ſententia, quam poſt alios defendunt dominus & auus meus Matien. *in d l. 8. ſcholio 1. circa fin. & ſchol. 11.* Ioan. Guter. *lib. practicar 2. quæſtio. 159.* regiæ legis deciſionem à deciſione *l. ſi in emptionem num. 3. & 5.* ob adfectionis rationem à conſulto expreſſam diſtinguens, quam ad ſtabilia, vel pretioſa maiorum bona interpretes plurimi hanc læſionem, ſeu priuationem æſtimantes referendam cenſent; quos eorum rationibus prolixis retulit ſecutus dominus & auus meus Matien. *in l. 7. ſchol. 1. à num 2. tit. 11. lib. 3. recop.* 157

Cui rationi & aliam addit Guter. ex illius textus mente deductam, in quo minor cum pacto addictionis in diem emebat, vt, ſi alius meliorem conditionem adſerret, res eſſet inempta: læſus enim deregitur, tertio ſiquidem plus offerenti ex ætatis facilitate rem maiorum ſuorum reliquerat idem pretium offerre negligens, cùm tamen ſua plurimum intereſſet, rem illam eodem pretio adipiſci ex iis quæ idem dominus meus Matien. adnotat *in d. l. 7. ſchol. 1. num. 3.* 158

Sed plane iudicio meo ſpecies *d. l. ſi in emptionem* ex deciſione *dictæ legis regiæ* ad nouem dies in ea expreſſos reſtringenda eſt, cùm indiſtinctè loquatur ob æquitatis & iuſtitiæ rationem in ea expoſitam, quam legum latoribus neceſſariam teſtatur dominus & auus meus *in d. l. 7 ſchol. 10.* fraudibus & captionibus quibuſcumque obuiandum probans Ioan. Guter. *in dicto lib practicar. 2. c. 159. num. 1. parum ante finem.* 159

Nec intereſt, ex neglecta maioris pretij oblatione minoris læſionem patere in ſpecie *d. l. ſi in emptionem. 36. infrà hoc titu.* cùm & maius pretium ex pacto addictionis in diem à tertio oblatum tempeſtiuè infra terminum nouem dierum *dicta l. 8. titul. 11. lib. 5. recop.* ad retrahendam rem maiorum ſuorum conſanguineo conceſſum minor offerre potuiſſet, 160

atque

atque in his duabus effigiebus eadem æquè læſio, vel adfectio conſiderari, quas ad tollendas iniurias & fraudes in ea expreſſas lex regia parui pendit, cuius deciſionem in praxi indiſtinctè obſeruatam video.

161 Reſtituitur minor aduerſus inſtrumentum paratam executionem habens, reſtitutioniſque articulo pendente executio retardatur, quamuis altiori egeat indagine. *l.1. C. in integr. reſtitutio. poſtulata ne quid noui fiat. l.1. vbi* Gregor. *verb. nueua. tit.25. part.3.* poſt alios Cephal. hæc duo latè diſputans *conſil.116. libro 1.* Ancharran. Regienſ. *familiar. quæſtion. lib. 1. quæſtio.41. num.8.* Farinac. *deciſio. 807.* Amator Roderic. *in tract. de executio. ſentent. c.6. num.7.* An autem pendente reſtitutione, trium ſententiarum conformium executio retardetur? diſcutit Couarru. *in practic. quæſtionibus cap.25. num.5.*

162 Quomodo autem contra minorem executio inſtituenda ſit? rectè Ioan. Yañez Parlador. *lib.2. rer. quotidianar. c. vlt. 4. part.* §.4.

163 Reſtituitur minor aduerſus dilationem decem dierum in cauſa executiua probationi præfixam, vt ſibi prorogetur, ſi Parladoro
credimus *in dicto c. vlti. 5. parte, §.10. numero 12. verſic. ſed illud ex facto quæſitum eſt.* ea ſanè ra-
tione motus, quoniam, inquit, minori ſem-
264 per reſtitutio competit, quoties non eſt ei expreſſim à iure ſublata ex celebri Accurſ. doctrina *in l. poſtquam liti. 4. verb. nulla C. de pact.* de qua poſt alios à ſe relatos agunt Pinel. *in authentic. niſi triennale, numero 59. C. de bon. matern.* idem *in l.2. 3. part. c.1. numero 15. C. de reſcind. vendition.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l.8. numero 6. & 7. titul. 11. lib.5. recopilation.*

265 Reſtituitur minor aduerſus bonorum addictionem. *l.1. C. ſi aduerſ. vendition. l. creditor. 7. ff. de diſtraction. pignor. l.47. tit.13. part.5.* Gregor. vero Lop. *ibi verb. à ſu daño.* Parlador. *rer. quotidianar. lib.2. c. vltim. 5. parte, §.16. numer.9.* prædictorum iurium deciſiones ad Eccleſiam, rempublicam, fiſcum, & alios extendunt, quibus in integrum reſtitutio concedi ſolet. *l. vltim. tit.19. part.6.* volunt tamen ſuperiorem ſententiam in graui damno, non item in leui locum habituram *l. ſcio. 4. ff. de in integr. reſtitution. l. ſi ex cauſa. 12. cum ſimilib. infrà hoc titul.* quæ omnia ex multis alijs comprobat Amat. Roderic. *in tractat. de execution. c.6. numero 57.* volens, in hac reſtitutione fructus venire. *l. quòd ſi minor. 25. §. reſtitutio. infrà hoc titul.* Couart. Pinel. Morla, & alijs à ſe relatis.

166 Minorem contumacem in non conteſtando poſt nouem dies aduerſus contumaciam reſtitui, niſi dolus ipſius probetur, multis contendit Cephal. *conſil. 304. à numero 197. libr.3.* Guter. alios plures adferens *practicar.*
quæſtion. lib.1. quæſtion.48. ex l. minor etiam. 9. vbi Accurſ. & interpretes *infrà hoc titul.* Azebed.
in l.2. numero 76. titul.7. lib.4. recopilation. qui ex
ea lege in eo qui poſitionibus aduerſi legiti- 167
mè non reſpondet negando, ſeu confitendo
alia iura, & interpretes adducens, idem adſe-
uerat *num. 1. 2. & deinceps. atque iterum latius*
à num. 75. duas hac in parte proponens ſen-
tentias contrarias, eaſque concilians, quam-
uis ex eo plurium teſtimonijs vtenti *num. 76.*
pœna hæc fictæ ob contumaciam confeſſio- 168
nis, præcipuè apud ſuprema tribunalia non
ſit in vſu, quod & ipſe ex alijs probauerat *in l.1. numero 48. titul. 4. lib. 4. recopilation. num. 55. 56. & 57.* remedia oſtendens, vt ficta hæc ob contumaciam confeſſio etiam maiori non noceat.

Reſtitutus verò minor aduerſus contuma- 169
ciam, expenſas aduerſario erogare tenetur, iuxta *l. ſancimus. 13. C. de iudic. l.8. titul.7. part.3.* ſecundùm veriorem ſententiam, quam poſt longam diſputationem defendit eruditè Fachine. *lib. controuerſ. iur. 10. c.2.*

Sed an, & quando minor aduerſus con- 170
feſſionem, vel negationem in iudicio factam reſtituatur? rectè diſputant Ioan. Petr. Ancharran. *quæſtion. familiar. lib.2. quæſt.39. num.9.* Fachin. *lib. controuerſ. iur. 1. c.72.* Sfort. Odd. *de in integr. reſtitution. 2. parte, diſtinction. 65.* & alij plures, quos refert Farinac. *in praxi criminal. 3. part. tit.9. de reo confeſ. & conuic. quæſt.81. c.10. à num.374.*

Minor autem, Eccleſia, reſpublica, & alij, 171
qui minoris iure vtuntur, exceptionem dilatoriam, vel fori declinatoriam ante litis conteſtationem allegare omittentes, poſſunt in integrum reſtitui, vt eam allegent, præcipuè ſi magnum inde damnum ſibi obueniat. *l. minor viginti quinque annis omiſſam allegationem. 37. vbi* Accurſ. & interpretes *infrà hoc titul. clement. 1. de in integr. reſtitutio. l. 3. tit.19. part. 6.* Matth. Afflict. Molin. Oroſci. & alij, quos adſerunt rem hanc diſputantes Ioan. Guter. *practicar. quæſtion. lib.1. quæſt.52. nu.3 & 4.* Azebed. *in l.1. num.16. tit.5. lib.4. recopilation.*

Minorem, Eccleſiam, & ſimiles, quamuis 172
principales non ſint, ſed tertij, vt vulgò aiunt, oppoſitores, poſt publicationem in cauſa intrà quindecim dies ad omiſſam probationem reſtitui in terminis *l.3. titul.8. lib.4. recopilation.* probant poſt alios Guter. *practicar. lib.1. quæſt.68.* Azebed. *in d. l.3. à num.16.*

Minori autem reſtitutio conceſſa confor- 173
ti litis prodeſt in indiuiduis, ſecus in ſeparatis ex ijs quæ lata diſputatione adnotat Ioan. Guter. *dicto lib. practic. 1. qu.67.* iſq; poterit ſine minoris mandato reſtitutionẽ petere, ſecundũ Couarr. alios adſerentẽ *lib. var. 1. c.6. n. vlt.* idemq; in fratre, & cõiunctis perſonis *ex c. cõ-*

ſtitutus.8. & Bernar.*imbi verb. fratre ſuo, de in integrum reſtitutio*.ad firmantem.

174 Reſtitui minorem ad omiſſam probationem infra terminum, in quo de liquidatione agitur ex alijs à ſe adductis defendit Ioan. Guter. *dicto lib. practicar* 1.*quæſtio*.68.eíque reſtituto teſtes vltra mare habenti terminum vltramarinum concedendum probant idem Guter.*dicto lib.*.*quæſt*.69. Azebed.*in l.*3.*nu*.39. *tit*.8 *lib*.4.*recopilation.*

175 Non tamen reſtituitur minor aduerſus probationem omiſſam poſt quinquaginta dies ipſi.*l*. 9. & 10.*titul* 7.*lib*. 5.*recopilation*.in iudicio maioratus poſſeſſorio, vulgo *tenuta* conceſſos, teſte Guter.*quæſtion. practicar.lib*. 1. *quæſt*.88 *maxime nu* 3 ex Molin. & alijs Azebed.*in dicta l*.9,*num*.1 & 2.

176 Poſt ſex dies ad obijcienda crimina teſtibus adſignatos non reſtituitur minor ex veriore ſententia, quam tuetur ex alijs multis Ioan.Guter.*practicar.quæſtion lib*.1 *quæſt* 65.*n* 1. in ſpecie *l*.1 *tit*.8.*lib*.4.*recopilation. vbi* Azebed. *num* 70 & 71.

177 Reſtitui vero minorem contra ſententiam in interdicto retinendæ latam late atq; eruditè oſtendit Iacob Menoch.*de retinen. poſſ. ff. remed*.3.*ex num*. 851.

178 Reſtituitur item minor aduerſus appellationem omiſſam, ſi ſit actor læſione probata, ſi reus, quamuis eam non probet, vti poſt longam diſputationem defendunt, poſt alios Anton. Sola *in commentar ad noua Sabaud. decreta titul ad: proſecutio. appellation ſchol* 8 *in fine*, Ioan.Petr. Ancharran.*familiar.quæſt lib* 1.*quæſtio*.41. Ioſeph. Maſcard.*de probationib. lib*. 2. *concluſio* 1058.*à num* 17.*ad* 26.

179 An autem in ſpiritualibus minor ſit reſtituendus? præſertim contra renunciationem Eccleſiaſtici beneficij latè Couarru.*lib. variar. reſolut*.1.*c* 5. Quintilian. Mandoſ.*de æta.minor. quæſt*.11.*ac* 34.

180 Quoad criminalia verò quærunt ſcribentes in ſpecie *l*.1. *C.ſi aduerſ delict*. *l. fere in omnibus*.109.*ff. de regul. iur l. aut facta* .6.§.*perſonam. ff. de pœn.l*.4.*titu*.19 *part* 6.*l*. 8.*titul*. 31 *partit*.7. num minor aduerſus delictum reſtituatur? In qua quæſtione plures alios referunt Cephal.*conſil*.304.*à num*.37.*lib*.3.Farinac.*in praxi criminal*.3 *parte, titul*.10. *de pœn. temperand. quæſt*. 91.idem *conſil.criminal*.1.*num*.15 & *in addition. lit*.D *conſil*.30.*n*.15 & 64 *cum duob. ſequentib*. & *in additio lit*.G.H.X.*conſ*.66.*à nu*.7. Ancharran. Regienſ.*quæſt familiar.lib*.3 *quæſt* 69.Azebed. *in l*.2.*à num*.18.*titu*.1. *lib* 2.*recopilation*. Qui omnes minorem puberem aduerſus delictum non reſtitui docent.*l. auxilium* 30.§.*in delictis, infrà hoc tit*.*l*.1. *C.ſi aduerſ.delict*. mitius tamen puniendum. quorum ſententiam confirmant *l*.4.*tit*.19 *part*.6.*l*.9.*tit*.1.*part*.7. & *vtrobique* Gregor. iura ciuilia & canonica conſona meminit, quamuis diuerſi caſus diuerſa iura exigant, quod ipſi latius proſequuntur, ſed præ alijs breuius ac vtilius iudicio meo explicat Fachin.*controuerſiar. iur l.b*.1.*c*.71.

An autem ius idem obtineat in confeſ- 181
ſione delicti à minore facta? numquid aduerſus eam minor ſit reſtituendus? videri poſſunt Cephal. *conſil*.304.*à n*.194.*lib*.3.Ioan. Guter.*in authent. Sacramenta puberum.à n*.71.*C. ſi aduerſ.vendition*.Fachin.*controuerſiar. iur.lib*.1. *c*.72.Farinac.*in praxi criminal*.3.*part.tit*.9.*de reo confe & conuic.quæſt*.81.*c*.10.*à nu*.352.*ad* 390.

Fachineus, vt totam machinam, quam in- 182
terpretes inuoluunt, breui epilogo complectatur, *in dicto c*.72. ita diſtinguit. Aut minor verum faſſus eſt, aut falſum; aut non conſtat, verumne, an falſum dixerit.

Primo caſu ait, reſtitutionem non meretur minor, qui iure communi vſus eſt. *l. vlti. C. de in integr. reſtitutio*.cum faſſus ſit delictum, quod negare non poterat, idque agnoſcit, & aliorum plurium teſtimonijs confirmat Farinac *in dicta quæſt*.81.*c*.10.*num*.386.

Secundo reſtituendum fatetur Fachineus tum demum, ſi errorem ſuæ confeſſionis oſtendat.*l*.1.§ *ſi quis vltro.ff. de quæſtionib*.

Tertio indignum reſtitutione minorem iudicat, quia non præſumitur contra ſe mentiri.

Ego tamen tria hæc ſubtiliter quidem, ac 183
nimis, vt me ita expliccm, materialiter expenſa, non adeo ſtrictè accipienda reor. In ſecundo enim caſu abſolutè videtur confeſſio etiam maiori non obſtatura, *dicto* §. *ſi quis vltro*, quod & ipſe Fachineus *in fine dicti c*. 72. vel inuitus agnoſcit, vt falſa confeſſio nullatenus valeat, vel minori ſaltem contra eam reſtitutio, quamuis læſionem non probet, concedenda ſit.

At quoties non conſtat, verumne, an fal- 184
ſum in confeſſione minor dixerit? læſione probata, contra eam reſtituendam ex aliis omnibus, quos adfert lato examine præcedente, probat Farinac. *in praxi criminal. dicta quæſtio* 81.*c*.10.*num*.377.& 378. Potuit ſiquidem facilitate propria, aduerſarij calliditate, iudicis ſuggeſtione, vel alia quauis cauſa decipi, vt reſtitutionis beneficio in re adeo grauis præiudicij gaudeat.

In hac vero minoris reſtitutione aduerſus 185
delicti confeſſionem Farinac.*proximè* adductus duas regulas conſtituit. Prima vt confeſſio minoris abſque curatoris authoritate non valeat. *num*.352.*ex l. clarum*. 4.*C. de authoritat. præſtan. cum iuribus ab eo congeſtis*. quamuis minor illum non habeat *ex adnotatis nu*. 357. ſed *num*.370. multarum vrbium ac nationũ conſuetudine obtinere adſerit, inquiſitio

adulto

adulto curatorem non eſſe dandum, vt fateatur, idque Romæ fieri teſtis eſt. *num.* 372.

186 Regula ſecunda *num.* 374. contenta eſt, vt minor aduerſus confeſſionem ſuam, vel negationem in criminali iudicio factam reſtituendus ſit. *l. certum. 6. §. penultim. ff de confeſſ. c. vlt. eod. tit. lib. 6. l. 1. titul. 13. part. 3. l. 3. & 6. titul 19. part. 6. cum alijs iuribus, & interpretibus ab eodem Farinacio enunciatis*, etiamſi curatore intercedente facta ſit *num.* 376. nec læſio probata *num.* 377. quamuis ex alijs *num.* 378. neceſſaria ſit læſionis aut erroris probatio, idemque adſerit Farinac. in confeſſione ratificata. *num.* 379. & in iurata. *num.* 380.

187 Regula tamen hæc ſecunda fallit ſecundùm eundem Farinacium *num.* 383. in atrocioribus criminibus, licet *num.* 384. contrariæ ſententiæ aliquos adſtiſſe adſerat, eam tamẽ impugnat *nu.* 389. nihil in hac ſpecie arbitrio iudicis relinqui adſerens, qui ex Antonio Gomezio, quem refert *n.* 390. in confeſſione geminata ius idem obtinere contendit.

188 Dubitant inſuper ſcribentes, numquid minor ſtatuto comprehendatur, vt contumax pro confeſſo & conuicto damnari poſſit? In qua quæſtione videndi ſunt poſt multos alios Iacob. Menoch. *conſil.* 100. *à nu.* 122. *lib.* 1. Farinac. *in praxi criminal. 1. tom. 1. part. tit. 1. de inquiſition. quæſt. 11. à nu. 26. ad* 34. Fachin. *libr. controuerſiar. iur. 9. c.* 41. qui breuius ac diſtinctius, quàm alij, explicat, vt pro confeſſo & conuicto habeatur, ſed facilius, quàm reliqui aduerſus hanc fictam confeſſionem ſit reſtituendus.

189 Minor etiam pupillus tutore, vel curatore authore abſque iudicis decreto pacem facere non prohibetur ex veriore ſententia, quam pro viribus tuetur Fachin. *lib. controuerſ. iur. 9. c.* 43. tenetúrque ad pœnam promiſſam pace rupta, quam hoc modo inijt ex latè ab eodem Fachineo actis *dicto lib. 9. c.* 44. Quas quæſtiones rectè diſputat Surd. *deciſ. 99. n.* 19. latius Farinaci. *in praxi criminal. 1. tom. 1. part. ti-*

190 *tul. 2. de de accuſation. tota quæſt.* 15. Qui pacem à minore adulto, vel impubere doli capace iuramento confirmatam authoritate curatoris non indigere adſerit *à num.* 31. *ad* 36. idem teſtatus, ſi iudicis decretum interueniat, quamuis tutoris authoritas defuerit *ex n.* 36. *ad* 42.

191 Rurſus quæſtionem mouent ſcribentes, num minor beneficio reſtitutionis in integrum aduerſus minorem, vel illius priuilegio vtentes gaudeat? in qua poſt alios Cephal. *conſil. 7. nu. 3. & 11. cum ſex ſequentib. & conſil. 116. num. 5. lib.* 1. Ioſeph. Ludouic. *deciſio. Peruſ. 54. num. 8. deciſio. 59. numero 20. 1. parte.* Ioan. Guter. *quæſtion. practicar. lib. 2. quæſt. 15. numer.* 10. Ioan. Gracian. *reg.* 316. *numer.* 8. volunt, communem diſtinctionem eſſe, vt contra minorem minus de damno, vt ipſi aiunt, vitando certans, non item de lucro captando reſtituatur.

Sed planè iudicio meo minori qualitercumque læſo auxilium ſuum prætor verbis edicti generalibus indiſtinctè pollicitus eſt, idque in reſtitutione ab eo petita contra minorem indiſtinctè quoque reſpondet Pomponium improbans Vlpian. *in l. verum. 12. §. item quæritur, infrà hoc tit.* Summus Pontifex *in c. auditis. 3. c. ſuſcitata, 6. de in integr. reſtitutio.* quamuis *in d. c. ſuſcitata*, detecta petentis calumnia reſtitutio denegetur. 192

Quæ quidem exceptio regulam contrariam firmat. *l. quæſitum. 12. §. denique Neratius, vbi* Accurſ. & ſcribentes. *ff. de fundo inſtructo l. 1 ff de auro & argen. lega. l. nam quod liquide 4. in fine, ff de penu legat. l. cum ita legatum. 62. cum ſimilib. ff. de conditionib. & demonſtrationib. authen. de non alienand. §. vt autem lex, collatio.* 2. latè Couar. *lib. variar. reſolution. 2. c. 5. à numero 5. ad* 10. 193

Minor pubes ſe maiorem iurans, vel contractui iuramentum adijciens regulariter non reſtituitur. *l. 1. authentic. Sacramenta puberum. C ſi aduerſus vendition. l. 3. C. ſi minor ſe maior. dixer. l. 6. tit. 19 part. 6.* Quæ regula in aliquibus fallit ſpeciebus, quas latè diſputant alijs plurimis adductis Ioſeph. Maſcard. *de proba tionib. lib. 2 concluſio* 1059. *a num.* 63. Ioan. Petr. Ancharran *familiar. quæſtion. lib. 1. quæſt. 16. lib. 2. quæſtio. 14. lib. 3. quæſt.* 44. & 74. latè Guter. *in repetitio. authentic. Sacramenta puberum, vbi* etiam reliqui ſcribentes, Parlador. *lib. rerum quotidianar. 1. c.* 12. Anton. Sola *in commentar. ad nou. conſtitution. Ducal. titul. de alienatio. minor. mulier. & de contractib. iuramentoque ipſor. ſchol.* 1. & 5. Fachin. plures alios enumerans, quæſtionesque vtiles diſcutiens *controuerſiar. iur. lib. 3. c. 10. cum quatuor ſequentib.* 194

De his tamen minorum iuramentis parum in Francia curatur, teſte Rebuff. *in proœm. ad conſtitution. Franciæ ſchol. 5. num. 50. & 2. tomo in tractat. de reſtitutionib. artic. 1 ſchol. 1. num. 4. 5. & 6.* illiuſque authenticæ deciſionem olim à Cyno, hodie à Duareno damnatam teſtatur Fachin. *dicto lib. 3. c. 10. prope fin.* Quorum impijs vocibus deferendum non eſt. 195

De effectibus autem, & vinculo iuramenti latè poſt alios agunt Ioan. Baptiſta Villalob. *in ærar. commun. opinion. lit. I. à numero* 179. *vſque ad* 250. Fachin. *controuerſ. iur. lib. 3. c.* 11. contractum aliàs inualidum iuramento confirmari probans. *c.* 12. ex iuramento promiſſorio actionem non oriri, ſed ex contractu, cui adijcitur, etiamſi aliàs executione deſtituendus eſſet, iurantemque iudicis quoque officio ad iuramenti obſeruationem tam iure Canonico, quam ciuili cogendũ. *c.* 13. Regi non licere, ſed Eccleſiaſtico 196

C 2 iudici

iudici iuramentum remittere ſeu relaxare. *c.* 14. minorem contractum iurantem à iuramento abſolutum ob enormem læſionem reſtituendum. de his verò latè Gutet. *in d. authen. ſacramenta puberum. à nu.* 14.

197 Impuberem autem doli capacem obligari etiam ciuiliter ex iurato contractu abſque ſpe reſtitutionis adſerunt Canoniſtæ, legiſtæ negant teſte Baptiſta Villalob. ita diſtinguente *in ærar. commun. opin lit. M. num.* 138. qui pro hac vltima ſententia inducit *l.* 56. *in fine. tit.* 5. *part.* 5. quam limitat, ſi minor cum iuramento promiſit, prætextu minoris ætatis contractui non contrauenire. *l.* 16. *tit.* 11. *part.* 3. *l.* 6. *tit.* 19. *part.* 6. Priorem Canoniſtarum ſententiam multorum teſtimonijs & rationibus ab eis deductis comprobat Gutet. *in dicta authentic. ſacramenta puberum num.* 117. ſecundam Fachineus *in dicto lib. controuerſiar. iur.* 3. *c.* 10. cui ex fundamentis ab ipſo perpenſis libentius adſentior.

198 Prædictis ſuccedunt verba illa edicti:

VTI QVÆQVE RES ERIT.

Quæ ſic in Pandectis Florentinis habentur, at in vulgatis codicibus ita legitur:

VTIQVE QVÆ RES ERIT.

Quibus verbis (idem enim iudicio meo vtraque lectura ſignificat, licet prior elegantior videatur, quam ferme omnes probant) continentur cauſæ, quarum occaſione reſtitutio hæc concedenda ſit, vt his deficientibus beneficium prætoris ceſſet, quarum cognitionem ipſe ſibi reſeruauit. *l. verum* 12. §. *ſciendum. l. in cauſa.* 14. *l. in cauſæ.* 17. *cum ſimilib. infrà hoc titul.* de quibus cauſis inferius in explicatione verbi *animaduertam* latius agemus, & agunt eleganter vltra alios *l.* 2. *tit.* 19. *part.* 6. Franciſc. Duaren. *in partitio. methodica Digeſtor. lib.* 4. *tit.* 4. *ff. de minor. in horum verborum explicatione.* Hugo Donel. latiſſimè *lib. de iure. ciuil.* 21. *à c.* 9. *vſque ad* 13. Vdalric. Zaſſi. *in paratitla ad huuc titul. à num.* 2. *ad* 9. Matth. Weſembec. *ibidem num.* 6. & 7. Ferrar. *in praxi in forma libr. ad reſtitution. in integr. petend. verſic. & minor.* Petrus Rebuf. latè ac eruditè. 2. *tom. commentar. ad conſtitution. regias titul. de reſtitutionib. art.* 1 *ſchol.* 3.

199 Vt igitur prætoris auxilio locus vacet, minor ætas imprimis probanda eſt, *l. verum.* 12. §. *ſciendum. l. intra vtile.* 36. *l. de ætate.* 44 *infr. hoc tit. l. nam poſteaquam.* 9. §. *minor. ff. de iureiuran. l. ſi minorem.* 4. *l. doli.* 19. *circa fin. ff. de nouation. l. vlti. tit.* 6. *l.* 4. *tit.* 14. *part.* 3. *l.* 2. & 6. *tit.* 19. *part* 6. Paul. & Rebuf. quos refert ſcentius Maſcard. *de probat. lib.* 2 *concluſio.* 1058. *numero* 1. 8. 9. *ac deinceps* Ancharranus Regienſ *famil. quæſtio. lib.* 2. *quæſtio.* 38. Surd. *conſil.* 287. *num.* 4. & 5. *deciſio.* 133. *nu.* 20. cuius qualitates alios adferentes complectuntur Mandoſ. *de ætat. minor. c.* 4. & 5. Surd. *deciſio.* 75. *à num.* 17. Farinac. 1. *parte fragmentor. criminal. lit. A. verb. Aetas, à n.* 56. cuinam ipſius probatio incumbat? latè diſputans *à* 200 *num.* 68. *ad* 99. qui *nu.* 72. 88. & 89. ſe in ea, vel contra eam fundanti incumbere docet *ex l. ſi minorem.* 4. *C. de in integr. reſtitutio. minor. l. cum te.* 9. *C. de probat. l. vlt. tit.* 6. *l.* 4. *titu.* 14. *part.* 3. *l.* 2. & 6. *tit.* 19. *part.* 6. Mandoſ. *de ætat. min. quæſt.* 5.

Sed an ætatis probatio vno in iudicio facta in alijs noceat? rectè diſſerit Farinac. *proxime adductus à nu.* 99. *ad* 114. *ex quo ad n.* 207. latiſſimè modos ætatis probandæ deſcripſit, vt nullius alterius allegatione egeamus.

Probata minori ætate, vt reſtitutio conce- 201 datur, læſionem minoris adeſſe neceſſe eſt. *l. verum.* 12. §. *ſciendum, infrà hoc titul. l. nam poſteaquam.* 9. §. *ſi minor. ff. de iureiuran. l. in minoribus.* 5. & 8. *l. vlti. C. de in integr. reſtitutio. t auditus.* 3. *eod. tit. l.* 5. *tit.* 14. *l. vlt. tit.* 25. *part.* 3. *l.* 2 & 6. *in fine. tit.* 19. *part.* 6. ex multis alijs à ſe relatis Menoch. *de recuperat. poſſ ſſio. remed.* 15. *nu.* 136. Maſcard. *de probationib. lib* 2. *concluſ.* 1058. *nu* 2. Mandoſ. *de ætat. minor. quæſt.* 4. *num.* 1. & alijs *ſuperius nu.* 12. relati.

Læſio autem hæc à minore probanda eſt, 202 vt reſtituatur *ex præadductis iurib l.* 1. *C. de tempor. in integr. reſtitutio.* docent vltra præcitatos Maſcard *de probationib. dicto lib.* 2. *concluſio.* 960. *num.* 1. & 14. *cum ſequentib. concluſio.* 1058. *à num.* 25. Ioan. Gutet. *conſil.* 32. *num.* 3. ac paſſim omnes.

Qua tamen ſit opus læſione ad hanc reſti- 203 tutionem à minore obtinendam? grauine, an media, vel minima? rectè diſcutit Fachin. aliorum ſententias adferens, contrariaſque concilians *lib* 3 *controuerſiar. iur. c.* 4. Maſcard. *dicta concluſio.* 1058. *à num.* 5. Gutet. *quæſt. practic. libro* 1. *quæſtio.* 52. *num.* 3. & 4. diximus *ſuperius num.* 165.

Proinde inter omnes nemine contradi- 204 cente conſtat, minorem, qui læſus non eſt, minimè reſtituendum eſſe. Quod vt comprobet multa exempla proponit Donel. *lib. de iure ciuil.* 21. *dicto c.* 9. diximus ex alijs *ſuprà num.* 12. *ac* 201.

Imò & læſionis cauſam probandam, vt re- 205
ſtitutio locum habeat, ex multis alijs *ſuperius*
cõſtituit *dicto n.* 12. & 13. Ac docet Quintilian.
Mandoſ. *de ætat. minoris quæſt.* 4. *n.* 3. tria dicens
ad eam obtinendam deſiderari, minorẽ æta- 206
tẽ, læſionẽ, dolũ aduerſarij. prout in lege Lætoria cõtinebatur, teſte Cuiacio *in præſenti*: vel hodie ex prætoris edicto propriam minoris facilitatẽ *l. non omnia.* 45. *infr. hoc tit.* cũ multis alijs ipſius legibus ac ſimilibus, ſiue, vt alijs verbis hoc idem veteres conſulti exprimunt.

lubri-

lubrico ætatis captum læſumue minorem. *l. verum. 12. § ſi locupleti, infrà hoc titul. l. 2. C. ſi aduerſ. delictum. l. 1. C. de fil. famil. minor.*

207 Lubricum ætatis eleganti metaphora appellant imbecillitatem ac infirmitatem conſilij minori ætati ab ipſis adſcriptam, ob quã minor tanquam in loco aliquo lubrico degens facile labatur, quidque agat, vel, quò tendat, non agnoſcat. Vnde minor mater lubrico ætatis labi dicitur *in dicta l. 2. C. ſi aduerſ. delict.*

208 De minore reſtituendo, qui alieno dolo deceptus ſit, non dubitatur, quin ei ſuccurri oporteat, tum ex Lætoria lege, tum ex ea doli cauſa, quæ maioribus etiam, vt reſtitutionem conſequantur, prodeſt. *l. 1. ff. de in integr. reſtitut. l. 1. cum ſimilib. ff. de dolo.*

209 At de illo minore dubitari potuit, qui ſola facilitate ſua, & lubrico ætatis læſus deprehenditur, cùm dolus abeſſet ab eo, qui cum eo contraxit, vel alium quemcumque actum geſſit, & hunc edicti auxilio adiuuandum ſatis probant præadducta iura. Nec difficilè fuit ex verbis & mente edicti colligere. Ait enim prætor, *quod cum minore geſtum eſt*, non *quod cum minore dolo geſtum eſt*. Quibus verbis ſignificatur, etſi nihil dolo malo, quem non exprimit, cum minore geſtum ſit, ſi tamen minor læſus adpareat, ei ex hoc edicto ſubueniendum.

210 Mens autem, & cauſa efficiens huius edicti fuit infirmitati conſilij, & fragilitati ætatis conſulere ex Vlpiano *in præſenti.* Quò fit, vt hiſce læſionis probatis cauſis, vel earum qualiber vltra minorem ætatem in integrum reſtitutio minori competat etiam iuris perito ex veriore ſententia, quam Fachineus rectè probat *lib. 3. controuerſ. iur. c. 5.* Mandoſ. *de æta. minor. quæſt. 6.*

211 Probabitur autem minor ætas, vbi probata erit natiuitatis hora, vel dies, ſi quis adhuc diem non attigit vltimum, cum naſcendi momentum *ex adnotatis ſuprà num. 42. 44. ac* 68. ſit ſpectandum. Quam vtique probationem difficilem ex Menoch. contendit Farinac. *1. part. fragmentor. criminal. litter. A. verbo ætas n. 59.* cuius modum ac qualitates deſcribit *à num. 166.* cum probandæ ætatis modos omnes faciles, difficiles, præſumptiuos, poſſibiles & concludentes, vt nil amplius deſiderari videatur *à num. 56. ad* 207. attigiſſet. quas breui epilogo claudit Mandoſ. *de ætat. minori. quæſt. 2. & 3.*

212 Probabit ſe læſum minor, qui aliquid fecerit, vel omiſerit eorum quæ *in dicta l. non omnia. 45. infrà hoc titul. l. 5. tit. 19. part. 6.* continentur. Cui probationi facilitas adijcietur, quæ ex ætate minori, eiuſque imbecillitate, ac fragilitate conſilij præſumitur; quæ illi ſunt adiuncta ætati ex lege noſtra, & ijs quæ latiſſimè poſt alios adnotat Maſcard. *de probationib. lib. 2. concluſio. 1058. à numer. 25. maximè num. 27. cum alijs interpretib. nu. 12. & 13. ſuperiùs congeſtis.*

213 Aliquando tamen non omnia hæc probari oportet, cum minor ætas ex adſpectu præſumatur, imò ſæpius probetur. *l. minor viginti quinque annis. 33. vbi* Accurſ. & interpretes *infrà hoc titul.* latè poſt alios diſputat Farinac. *1. parte fragmentor. criminal. litter. A. verb. ætas, à nu.* 148. *ad* 161.

214 Probata minori ætate in minore ignorantia præſumitur. *l. ſi quis patrem. 3. § proinde. ff. ad Macedonian. l. 2. in fine. ff. de iure fiſci. l. 1. in fine. ff. de eden.* Quam præſumptionem exemplis confirmat Alciat. *de præſumptionib. reg. 1. præſumptio. 42. num. 1.* ex Soci. Decio, Ruino & alijs Cephal. *conſil.* 109. *num.* 14. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 471. *num. 1. & ſequentib. lib. 3.* Surd. plurimis alijs adductis *deciſio. 216. à num. 27. ad 32. deciſio. 222. nu. 11. & 12.* Farinac. *in praxi criminal. 3. parte tit. 10. de pœn. temperand. quæſtio. 89. inſpectio. 3. num. 49.*

215 Quæ quidem præſumptio noſtri textus ratione nititur, quoniam inquit Vlpianus *fragile eſt & infirmum huiuſmodi ætatium conſilium multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidijs expoſitum*, poſt alios Anton. Sola *ad antiquas Sabaud. conſtitution. titul. de minorib. num. 1.* Vnde inquit Rebuſ. 2. *tomo commentar. ad conſtitution. regias titu. de reſciſſio. contract. in præfatio. num. 7.* ad petendam pro minore reſtitutionem in integrum hoc ab ſtrenuis aduocatis initium ſumi.

216 Cæterum vbi hæc planè ex rei contingentia non deducuntur, probari à minore neceſſum eſt, qui ſe læſum eſſe adfirmat. *l. 2. ff. de probationib.* vbi latè Accurſ. & interpretes. *l. 39. tit. 2. l. 1. & 2. tit. 14. part. 3.* poſt alios Petr. Rebuſ. *2. tomo conſtitution. Franciæ de reſtitution. articul. 1. ſchol. 3.* in quo latè ac reſolutiuè iungit, quæ requirantur, vt minor reſtituendus ſit, breuius Quintilian. Mandoſ. *de ætate minor quæſt. 4. num. 3.* Ioſeph. Ludouic. *deciſio. Peruſi. 55. & 56. 1. parte,* Maſcard. *de probationib. lib. 2. concluſ.* 666. 690. *ac melius concluſio* 1058. Farinac. latè proſecutus, *1. parte fragmentor. criminal. litter. A. verb. ætas, à num. 68. ad 99.*

217 Quamobrem in petitione reſtitutionis in integrum libello contenta tres prædictas cauſas allegari oportet, prout aduertit ex aliis quos adfert Nicolaus Bellon. *conſil.* 18. *numero* 10. Duaren. *in partitio. methodica Digeſtor. libr. 4. titul. 4. de minorib. verſicul. exemplum eſt pertinens ad interpretationem verborum edicti.* Quintilian. Mandoſius *dicta quæſt. 4. num. 3.* Maſcard. *dicta concluſio. 1058. num. 27. ac duobus ſequentib.*

218 Minorem tamen reſtituendum, ſi læſus ex veriſimili ignorantia inueniatur, licet aduerſarij dolus, vel ætatis facilitas non adfuiſſet ſaltim ex clauſula generali *ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur*, de qua *in l.1. ad finem ff. ex quib. cauſ. maior.* docet Alciat *de præſumptionib. regu.1. præſumpt.42.n.3.* Roland. *conſ.10.nu.4.17.18 ac melius.19.lib.2.* Maſcard. *dicta concluſio.1058.n.30.* ex Menochio, & alijs, quos refert *numero 31.* limitans, vt oporteat iuſtam adduci cauſam, & probari.

219 Hinc deducitur, non ſemper omnia, quæ cum minoribus geſta ſunt, reſcindenda eſſe, ſed ad bonum & æquum redigenda, ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur, nemine cum eis contrahente, & commercia eis quodammodo interdici videantur. *l. quòd ſi minor.25. §. non ſemper. l. non omnia.45. cum ſimilib. infrà hoc titul.* interpretes *paſſim in locis præadductis.*

220 Sed in quibus cauſis hæc in integrum reſtitutio eſſet? duplicem ſpeciem breuiter conſtituit Donel. *lib. de iure ciuili.21.c.10.* alteram *in effigie l. ſi ex cauſa.10. §. nunc videndum, infrà hoc titul.* quando videlicet dolus minoris interceſſit, de qua re latè agunt Tyberius Dacian. *conſil.18. lib.1.* Menoch. *conſil.100. à nu.114. lib.1.* Donel. *dicto libro de iure ciuil.21.c.10. verſic. vt minor ſi caſu læſus erit, & ſequenti*, & alij *ſuperiùs* adducti, maximè Surd. *deciſio.216. à n.6.* qui de dolo etiam in omittendo loquitur

221 diſputans an contra ipſum minor ſit reſtituendus? *maximè à nu.18.* Petr. Rebuf. *in l. lata culpa.123. colum.6. verſic. vnde concluderem. ff. de verb. ſignificatio.* Ioan. Guter. *lib. practicar.2. quæſtio.115. num.14.15. & 16.*

222 Alteram, quando re ab initio conſulto, & prudentis patrisfamilias more geſta, euentus aliquis improuidus, & inopinatus vtilitatem, aut fructum rei geſtæ abſtulit.

223 Conſulto res à minore agitur, ſi quid, neceſſario, vtiliter, honeſtè, ſeu ad honeſtatem vitæ tranſigendæ geſſerit. *l. verum.12. §. ſciendum, verſiculo ita non reſtituetur, infrà hoc tit. l.6. verſic. e aun decimo tit.19. part.6.* poſt alios Ioan. Guter. *conſil.32. num.1. & 2.* idem *in authenti. ſacramenta puberum, à num.79. C. ſi aduerſ. vendition.* Ancharran. Regienſ. *quæſt. familiar. libr.2. tota quæſtio.38.*

224 Neceſſario, ſi quid minor communi iure coactus fecit, quod quiuis alius paterfamilias diligens facere debuiſſet, nulla enim facilitas in eo inuenitur, qui etiam inuitus aliud facere non potuit. *l. cum quidam.17. §. ſi pupillo. ff. de vſur. l. non videtur.9. C. de in integr. reſtitutio.* cui conſonat *l.6. tit.19 part 6.* poſt alios Surd. *deciſio.179. num.25.*

225 Huius rei exemplum eſt in minore, qui plures ſibi fideiuſſores pro virili parte debiti obligauit ſecundùm diui Hadriani epiſtolam, *§. ſi plures, Inſtitut. de fideiuſſorib.* tractu autem temporis quidam ex ipſis deſinunt eſſe ſoluendo, nulla enim ad hanc eorum partem ab alijs fideiuſſoribus exigendam actio reſtituitur, quia caſus hic in aliorum damnum cedere non debet *l. inter eos.51. §. cum inter. ff. de fideiuſſorib.* *nec videtur*, inquit Imperator in *l. vlti. C. de in integr. reſtitutio. circumſcriptus eſſe minor, qui iure ſit vſus communi.* ad hunc- 216
que modum aliarum ſpecierum adferunt exempla *dicta.6. titu.19. part.6.* Petr. Rebuf. *in l. ſi qua pœna eſt.244. verſ. quod facis. ff. de verbor. ſignificatio.* qui aliud exemplum in iudicio ſortis ſtatuit. Donel. *dicto lib. de iure ciuili.21. c.10.*

Item vltra exempla *ſuperiùs* adducta alij 227
etiam caſus adduntur, in quibus hoc beneficium ceſſat, de quibus breuiter & copioſe agunt, *dicta l.6. titu.19. part.6.* Matth. Weſenbec. *in paratitla ad noſtrum titul. num.7.* fuſius atque elegantius Donelus, eas quidem edicti exceptiones appellans *dicto lib. de iure ciuil.21. c.12.* Petrus Rebuf. *2. tomo ad conſtitution. Fran. tit. de reſtitutionib. artic.1. ſchol.2.* Menoch. *de recuperan. poſſeſſio. remed.15. à numer.10.* idem *conſil.100. à num.287. lib.1.* Surd. *deciſio.70. à numero 21. deciſio.136.* cum alijs, quos *ſuperius numer.38.39. & 40.* de expreſſa, vel tacita minoris ratificatione tractantes adduximus. Reſtat vltimum edicti verbum:

ANIMADVERTAM.

Quo ſibi prætor cauſæ cognitionem re- 228
linquit. *l. in cauſa.13. §. cauſa enim cognita, infrà hoc titu. cum alijs eiuſdem legibus. c. cum ex litteris.5. de in integr. reſtitutio l.1. lib.3. titul.25. part.3.*, vt ipſe aduertat, quid fieri circa minoris læſionem oporteat, qui in integrum reſtitutionem poſtulat? an ipſi concedenda ſit, nec ne, cauſæ meritis inſpectis, & præſentibus aduerſarijs, vel ſi ex contumacia deſint, eis abſentibus? vtrumque enim idem eſt ex Accurſ. *in d. §. cauſa enim cognita*, quem cæteri ſequuntur.

Quæquidem cognitio ſpecialiter in effi- 229
gie noſtra à prætore fit ex Cuiacio *hic.* Donel. *dicto libr.21. c.6.* Duaren. *in commentar. ad noſtrum titul. verb. Pomponius quoq;*, & quidem extra ordinem, cùm prætor potiùs iudices dare ſoleret, quam iudicare: id enim extra ordinem faciebat, vt conſtat ex plurimis cõſultorum reſponſis *ſub titul. ff. de var. & extraordinar. cognitionib. l.1 ff. de rei vindicatio.*

Nec ſanè actio ex hoc edicto datur, nec 230
quicquam aliud, quod inſtar actionis ſit. *l. actionis verbo.37. ff. de obligat. & actionib. l. in cauſa.17. l. quòd ſi minor.25. §. vlt. cum ſimilib. infrà hoc tit.* ſed exceptio *l. exceptiones.7. §. vlt. ff. de except.*

l.2.

l.2.C.ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur, quò loci reſtitutio exceptio appellatur. *l.6.titu.19.part.6.l.5.titu.5.lib.4.recopilation.* interpretes paſſim, vt in re nota amplius immorari non liceat.

231 Prætores autem edicta proponebant, quibus edicebant, quid iuris de re quaque dicturi eſſent, vt monerentur ciues, iuriſque illius moniti ſe præmunirent, quæ omnia continentur *in l.2.§.eodem.ff.de origin.iur.*

232 Quod cum aduertiſſet Æguinar. Baro doctiſſimus ex Donelo *dicto lib.de iure ciuil. 21. cap.6.* Iuriſconſultus noſtri edicti verbis alia etiam addit. Quæ nullatenus admittenda Donelus probat, cùm abſque illis prætoris edictum facile intelligatur. Qua in re latiùs non immorabor, ſufficit enim Doneli tetigiſſe locum, *vbi* latiùs id agitur.

233 Quibus, & alijs de cauſis dubitant interpretes, qua ratione prætor ſibi hanc cognitionem reliquerit? cum ſufficeret exceptionem ex hoc edicto natam eſſe, deinde apud competentes iudices examinari. Cui dubitationi cum Duaren. *in commentar. ad noſtr. titul. verb. vel cautio* reſpondendum arbitror. hoc edicto actionem inſtitutam non fuiſſe, imo ſæpiſſimè deperditam reſtitui, quam minor ſua facilitate amiſit: totum enim huius edicti auxilium eò pertinet, vt minor reſtituatur, ſiue in rem actionem habuerit, ſiue in perſonam, vt pactione quacumque contraria non obſtante poſſit petere, quod ſibi antea debebátur, vel quod non acquiſiuit, aut omiſit, idemque iuris in alijs caſibus *ſuperius* adnotatis locum vendicat.

234 Miſſa facio, quæ ſcribentes adnotant circa quæſtionem, an iuriſdictio hæc, & cognitio prætoris quoad reſtitutionem, minori concedendam demandari poſſit, nec ne? eam enim optimè diſcutiunt Alciatus, & Gouean. quos retulit eamdem quæſtionem breuiter explicans Duaren. *ad titulum noſtrum, verb. at prætor animaduertam.*

235 Item diſcrimen inter reſcindens remedium, & reſciſſorium, de quo breuiter & copioſe Duaren. ad hunc titul. verſicul. adfert exemplum iure conſultus, Petr. Rebuf. *2. tom. conſtitution. Franc. in tract. de reſtitutionib. artic. 2. 2. ſchol. 5. àn. 9.*

236 Ea tamen prætoris cognitio hodie ad iudicem loci ſpectat ex Iuſtiniani conſtitutio. *in l. vlti. C. vbi, & apud quem in integr. reſtitutio agitan. ſit?* cui conſonat *l.8.titu.19.part.6.* Quę modum omnem cognoſcendi de læſione minoris congerit, poſt alios Petr. Rebuf. *ex l. in cauſa. 17 §. nunc videndum. l. præfecti. 18. infrà hoc titu. & Panormitano à ſe relato. 2. tomo ad conſtitution. Franciæ titu. de reſtitution. in præfatio. nu.*
237 *11. & 12.* Quamuis ex eo in Francia ad obtinendam reſtitutionem regiæ litteræ impetrandæ ſint. *num. 13.* atque hodie ſecundùm eum *num. 40.* quælibet Franciæ cancellaria ſoleat reſtitutiones concedere, quod & in parlamentis curiæ abſque regijs literis. *nu. 15.* verum cenſet.

Sed ſtatim mouent interpretes quæſtio- 238
nem quis iudex ſit, ad petendam in integrum reſtitutionem adeundus? an loci, vbi res, quæ controuertitur ſita eſt, an illius, in quo reus domicilium habet? Quam rectè diſcutiunt Accurſ. & interpretes *in l. vlt. C. vbi in rem actio.* Duaren. *ad noſtrum titulum in commento ad titu. C. vbi, & apud quem.* Gregor. Lop. *in l.8. ſchol. 1. titu. 19. part. 6.* Petr. Rebuſ. *2. tom. ad conſtitution. regias titu. de reſtitutionib. in præfation. num. 19. & 20.* qui *num. 16. 17. ac 18.* diſputat an reſtitutio in integrum coram iudice à quo, vel ad quem petenda ſit? Apud nos inſtantiæ iudex de minoris reſtitutione cognoſcit, cui praxi fauent *l. præfecti. 18. l. minor. 19. l. præſes prouinciæ. 43. infrà hoc titu. l. 3. vbi* rectè Gregor. *ſchol. 2. tit. 25. parti. 3.*

Quòd ſi aduerſus minorem executio in- 239
ſtituatur, dandus eſt ei curator. *l. clarum. 4. C. de auctoritat. præſtanda. C. vlti. de iudic. lib. 6. cum alijs iuribus,* & interpretum teſtimonijs, quæ ad id probandum meminit Ioan. Parlador. *lib. 2. rer. quotidianar. c. vlt. 4. parte. §. 4. num. 1. ex §. 1. Inſtitu. de curatorib. l. 1. C. de curat. in lit. dan.* alijſque iuribus, & interpretibus. *num. 2.* probans, ei etiam inuito in litem curatorem à iudice adſignandum.

At ſi minor pupillus ſit, non priùs aduer- 240
ſus eum executionem inſtituendam, quàm tutor ei adſignetur *ex l. qui habent tutorem. 3. §. ſi pupillus. ff. de tutel. cap. 2. de iudic. lib. 6. l. 13. titu. 16. part. 6.* docet dominus & auus meus Ioan. Matien. *in ſtylo cancellar. titu. 3. cap. 1. §. 1. ſchol. 1. & 2.* Parlador. *dicto § 4. numer. 3. & 4.*

Quomodo autem, & qualiter ſit in ius 241
vocandus minor? late poſt alios Anton. Sola *in commentar. ad noua Sabaud. decreta titu. de citationib. ſchol. 10. In titu.* autem *de legitimation.*
perſonar. agit, quando minor legitimam per- 242
ſonam ſtandi in iudicio habeat? vel ab accuſando ſit repellendus? niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Quæ duo etiam examinat Farinac. *in praxi criminal. 1. tom. 1. partis titu. 2. de accuſation quæſt. 12. num. 15.* Gregor. *in l. 2. ex ea, verbo menor. tit. 1. parti. 7.* Baptiſt. Villalob. *in ærar. commun. opinion. litte. M. numer. 125.*

Pro ære autem alieno minor capi non 245
poteſt ex veriore ſententia, quam ex alijs defendunt Parlador. *dicto lib. 2. rer. quotidian. c. vlt. 5. parte. § . 6. n. 15.* Amat. Roderic. *in tract. de execution. c. 5. n. 53.*

Digitized by Google

244 Quibus ita conſtitutis non obſunt pro dubitandi ratione in contrarium adducta. Non primum, quo ptobabam, naturali potius æquitati prætorem repugnare viſum, quàm illam ſequutum, dum contra pacta ſemel inita læſis minoribus ſubuenire decernit, vti Accurſius adnotat, ac reliqui ordinarij interpretes *inpreſenti*, maxime Albericus ex generali ratione, nihil tam naturale eſſe, quam pacta & conuentiones ſeruari, *dicta l. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtitu. pecunia*, atque vt
245 Cicero ait, quem Duaren. *ad hunc titul. in princip.* refert, *pactum eſt, quod inter aliquos conuenit, quod ita iuſtum putatur, vt iuri præſtare dicatur.*
246 Rectius igitur ex Duareno dixiſſet Vlpianus, ciuilem æquitatem prætorem fuiſſe ſequutum, aliqua enim eſt ciuilis æquitas. *l. 1. §. hac actio. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſ. fuer.* idem Duaren. *ad l. 1. ff. de pact.*

247 Accurſius huic difficultati reſpondet prædicta verba interpretatus, id eſt prætorem naturali ingenio ductum contra ius gentium, ſeu naturale, quod certa æquitate pacta conuenta tuetur.

248 Sed hæc interpretatio quam ſit abſona paucis, aut nulli potius, eſt ignotum, ſiquidem naturale ingenium ea non dictat, quæ iuri naturali repugnant, quod ideo immutari nequit. *§. ſed naturalia, Inſtitut. de iure natura.* & Cicero *in topic. æquitas eſt*, inquit, *quod naturalis ratio perſuaſit*, de qua Paulum *ad Roman. 2.* locutum eſſe voluit Cottraſ. *de iure ciui. in art. redigen. 1. parte. c. 15. de bono, & æquo.*

249 Bartol. & Alberic. *in preſenti* huius controuerſiæ ſolutionem magis allucinaſſe videntur ſic dictam *l. 1. ff. de pact.* cum noſtra conciliantes, vt in ea naturalis æquitas in genere ſit pactorum omnium, quæ omnino ſeruanda ſunt. At ea quam prætor ex Vlpiano conſiderauit, ſpeciali minoris caſui adſcribatur, cuius cauſa generi derogandum eſt. Sed nec ex hac omnino ambiguitas omnis tollitur, quamuis veritati proximior videatur.

250 Quare ipſe potiùs Duarenum *ad titul. noſtrum in princip.* hac in parte ſequar, qui rectius cæteris iudicio meo Vlpianum defendit. Inquit ipſe naturalem æquitatem ex cuiuſque negotij circumſtantijs æſtimandam fore. *l. bona fides. 31. ff. depoſit.* quamuis, vt Celſus adoleſcens ait, teſte Iulio Paulo *in l. ſi ſeruum. 91. §. ſequitur. ff. de verbor. obligation. in boni & æqui diſputatione plerumque ſub authoritate iuris ſcientia pernicioſe erratur.*

251 Quam quidem naturalem æquitatem Ariſtoteles epichiciam vocat, id eſt conuenientiam, ita teſtante Cottraſ. *dicta 1. parte de iure ciuili in art. redigen. c. 15. in princip.*

252 Hæc autem benigna eſt iuris interpretatio quæ vitio caret, ſcripto non comprehenſa, quam fieri conſulti iubent, quò magis legum voluntas conſeruetur. *l. benignius. 18. l. in ambigua. 19. ff. de legib. l. 13. tit. 1. part. 1.*

Leges enim non in verbis, ſed in mente, ac 253
radice rationis poſitæ ſunt. *l. ſcire leges. 17. ff. de legib. l. conſenſu. 2. ff. de obligationib. & actionib. l. ſi quid venditor. 18. ff. de ædilit. edicto. l. in ijs. 16. ff. de condition. & demonſtrationib. c. intelligentia. 5. extra. de verbor. ſignification. c. Marcion. 64. 1. quæſt. 1. l. 5. & 13. in fine titu. 1. parti. 1.* multa congerit Tiraquell. *de ceſſan. cauſ. 1. parte, numer. 133. cum multis ſequentib.* Chacheran. *deciſ. Pedemonta. 59. num. 7. & 8.*

Quam interpretandi rationem iuris pru- 254
dentia docet, ideoque ius ars boni & æqui ab Vlpiano dicitur *in l. 1. ff. de iuſtit. & iure* poſt alios Alciat. *parerg. lib. 1. cap. 29. & 30.* Cottraſ. *de iure ciuil. in artem redigendo 1. parte, c. 13. de iuris definitione.*

Qua de cauſa naturàlis rationis expoſitio 255
ad legum latores pertinet, prout quæque res ſpeciatim efflagitat, æquitatis enim natura hæc eſt, vt legem, quæ vniuerſaliter loquitur, interpretetur, ac ſuppleat, quatenus aliquid omiſit. *l. natura. 4. ff. de præſcript. verb. l. neque. 10. l. non poſſunt. 12. ff. de legib. l. 1. tit. 33. part. 7.* Cottraſ. *de iure ciuil. in artem redigen. 4. parte, c. 8.*

Æquum eſt in ſpecie noſtra pacta ſeruari, 256
æquius, quod cum minore fraude aduerſarij, ſeu propria ætatis facilitate, & fragilitate conſilij læſo geſtum eſt, non ſeruari.

Si ciuiles leges ſpectemus, ratum haben- 257
dum eſt, quod cum minore geritur, ſed ex naturali æquitate, quam prætor eſt ex Vlpiano ſecutus, irritum redditur. Lex enim concilio minorum parum firmo & prouido ex fragilitate & imbecillitate propria in omnibus proſpicit. *l. vlti. ff. de manumiſſ. vindicta, iuncta lege noſtra, & ſimilibus.* Quam conciliationem Philoſophorum etiam teſtimonijs Duarenus probat, nec eam Accurſius negat, qui naturali ingenio ductum prætorem adſerit.

Illud plane, quod ad tertij iniuriam tendit 258
reſecandum, etſi minoris fauorem reſpiciat, indubitati iuris eſt, prout ex alijs tenuit Surd. *in argumento relatus in dicta deciſio. 99. num. 10.* Quod ſecus eſt, vbi lucrum minori delatum alterius iniuriam non continet, vti *ex l. at prætor. 7. §. vlt. l. non omnia. 44.* defendit ipſe Surd. *in ead. deciſ. 99. n. 4.* maxime, vbi læſio minoris detegitur, imputet enim ſibi, qui cum eo huiuſce priuilegij conſcius contraxit.

Quare in ſpecie noſtra ex Bartoli & Alberici ſententia, quæ vera eſt, naturalem æquitatem ſecutus eſt prætor; in alijs, quam minoribus regulariter pacta inita omnino ſeruanda ſunt ex prædictis, quibus & aliæ omnes

nes difficultates in prima dubitandi ratione contentæ facili negotio ſolnuntur, etiamſi naturale debitum ſolutione minor agnouerit, aduerſus quam reſtituitur ex celebri Accurſij doctrina, quam interpretes vbiq; magni faciunt *in l interdum. 29. verb. locum eſſe non ambigitur. ff. de condict. indebi.*

259 Non item obeſt ſecunda, minoribus inuitis curatores contra concluſionem noſtram, & vltima legis verba decernendos non eſſe. Quoniam ſupponendum eſt Lætoria, vel, vt alij malunt, Lectoria lege minoribus vigintiquinque anois curatores dari ſolitos cauſa prius cognita, ſi prauis inquam moribus præditi eſſent, ſi diſſoluti, prodigi, luxui & luxuriæ dediti. His tamen cauſis deficientibus, quæ in ſummum minorum detrimentum poſſent redundare, ea lege ipſis curatores non adſignabantur.

260 Quod ſecus obtinuit poſt diui Marci conſtitutionem, qua curatores adultis omnibus indiſtinctè ſuam etiam rem bene gerentibus ſine cauſæ cognitione dari debebant, idque Vlpianus noſter exprimit *in vltimo verſic. & ideo hodie in hãc vſq; ætatē*, ſcilicet ex diui Marci conſtitutione teſtimonio Capitolini *in Marco*, quo, vt hæc probet, *in Rubrica noſtra* Cuiacius vtitur.

261 Nec ſane id, quod in hoc edictum Vlpianus præfatur, Iuſtiniani ſententiæ *in §. item inuiti, Inſtit. de curatoribus*, vt adoleſcentes inuiti curatorem non accipiant, præterquam in litem, aduerſum eſt.

262 Primo enim Accurſ. *in dicto §. item inuiti, verb. non accipiunt*, quem communiter reliqui ſunt, voluit, quod in lege noſtra Vlpianus adſeruit, ſcilicet adultis res ſuas committẽdas nõ eſſe ante viceſimum quintum annum, ſi curatorem non habuerint, verum eſſe, ne rata ſint, quæ ab illis ante perfectam ætatem, quæ ob virilem vigorem ſtatus dicitur, geruntur; quamuis, ſi curatorem non habuerint, qui eis inuitis dandus oon eſt, rerum ſuarum adminiſtratio, non tamen libera ipſis permittatur. *d. §. item inuiti. l. 13. tit. 16. part.* 6. & læſi huius edicti beneficio reſtituantor. *§. ſi quis agens, Inſtitut. de action. lege noſtra & ſimilib.*

263 Quæ quidem conciliatio licet vera videatur, rem tamen ac difficultatem oostram nõ ſatis explicat, quã generalis verborũ Vlpiani conceptio euertit, cùm penitus ante viceſimũ quintum annum completum ſiue curatorem habeant, ſiue non, bonorum ſuorum adminiſtratio minoribus ſuam etiam rem bene gerentibus interdicta ſit.

264 Dum minor ſub cura eſt, ſimilis eſt illi, cui à prætore curatore dato bonis interdictum eſt, teſte Fachineo *lib. controuerſ. iur. 3. c. 9. in fine*, vt cõtractus ab eo rei ſuæ geſtus inutilis, ac nullius momẽti ſit, nec reſciſſione egeat. *l ſi curatorem habens. 3. C. de in integr. reſtit. min. cum alijs iuribus, & interpretibus ſuperius n. 155. congeſtis.*

Quòd ſi minor curatorẽ non habeat, cõtra 265
naturalem æquitatẽ, quam ob ipſius facilitatem in eius fauorem ex Vlpiano conſiderauit prætor; auxiliũ illi ab eodem prętore promiſſum in propriũ minoris damnũ aduerſus tritas iuris regulas retorqueretur rerũ ſuarũ ipſi adminiſtratione cõmiſſa. bona ſiquidem ſua præceps abijcere poſſet, nec præ ignorantia, quæ minores commitati ſolet, teſte Alciat. *in* 266
tract præſumpt. regu. 1 præſumpt. 42. in princip. reſtitutionem ſibi competentẽ imploraret maior etiã viginti quinque annorum factus, vel deſes, vel ſui iuris ignarus. Secus, vbi bonis eius curator datur, qui melius, quid proſit minori, nouit. Quæ vna potiſſima ratio fuit, ob quam ex diui Marci conſtitutione Vlpianus ad bona minoris adminiſtranda curatoris opem & auctoritatem deſiderat. quamuis minor rem ſuam rectè gerat, ex contraria & vniuerſali præſumptione.

Quare Budæ. *in ſuis adnotationib. ad Pande-* 267
ctas circa titulum noſtrum hoc ſe in loco hærere fatetur, teſte eum referente Duaren. *in commẽt. ad hunc titul fol.* 109. *in interpretatione verborum edicti, quod cum minore. Ego*, inquit Budæus, *hoc in loco hærere ſoleo, moueorque teſtimonio Capitolini, qui in Marco philoſopho, qui diuus Marcus vocitari in iure ſolet, ita inquit, Prætores tutelares primus fecit, cũ antè tutores à conſulibus poſcerentur. De curatoribus vero cùm nõ, niſi lege Lectoria, vel propter laſciuiam, vel propter dementiam darentur, ita inſtituit, vt omnes adulti curatores acciperent non redditis cauſis.*

Sed plane, ſi difficultas hæc attentius in- 268
ſpiciatur, facillimo, ni fallor, negotio euaneſcit: Vlpianus enim, & Iuſtinianus diuerſa, non contraria ſtatuunt.

Inuiti adoleſcentes curatorẽ non accipiũt. *d. §. item inuiti, Inſtit. de curat.* licet eius conſilio regi ſatius *in præſenti* Vlpianus iudicet: ſed his omnimoda ac libera rerũ ſuarũ adminiſtratio permitti nõ debet, *vt in præſenti.* Vtrumq; enim verum eſt, nec incompatibile; aliàs minor, vt prædiximus, res ſuas diſtrahere poſſet, ac reſtitutionis beneficio vti deſineret. Quod dum iudicem lateret, fraus ipſi facilitate ſua facta in damnum ipſius minoris retorqueretur, hac litibus & iurgijs occaſione præſtita.

Quæ iura ita conciliant Cuiac. *in Rubr. noſtra, verb. hodie*, Vdalric. Zaſſ. *in paratitla ad hunc titul. n. 12. verſ. ad tertium punctum.* Franciſ. Duaren. *ad eundem titul. in explicatione verbi edicti, Quod cum minore.*

Hæc autem conciliatio mirificè conuenit 269
Vlpiani verbis, *& ideo*, inquit, *hodie, vſque in hãc ætatem adoleſcentes curatorũ auxilio reguntur, nec antè*

Digitized by Google

Ex l. Papinianus. 8. § ſed nec impub. ff de inofficioſ. teſtamen.

S V M M A R I A.

1 Diuiditur littera textus.
2 Facti ſpecies fingitur.
3 Bartoli & Baldi concluſiones improbantur.
4 Adſignatur vera concluſio.
5 Legitima parentibus naturali iure deberi videtur.
6 Filiis ſtrictius eodem iure in bonis parentum legitima debetur.
7 Iura naturalia tolli, vel immutari nequeunt.
8 Nemo cauere poteſt, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.
9 Matrem filio, eiuſque bonis orbari ſimul nefas eſt.
10 Matri potius, quam filijs in ſucceſſione iura fauent.
11 Paternum in filios adfectum nullus vincit.
12 Ex Menochij ſententia mater à legitima ſaltem in filij bonis excludi non poteſt.
13 Qui per ſe non poteſt actum gerere, neque per alium poterit.
14 Ex facto patris mater legitima ſua priuari non debet.
15 Bona ex Menochio conſequentia non eſt, querelam non habet, ergo nec legitimam, nec è contra.
16 Cùm matri ex legis conditione legitima debeatur, nulla hominis prouidentia, vt ea priuetur, efficere poteſt.
17 Tabulæ pupillares patris, & filij teſtamentum diuerſis reſpectibus dicuntur.
18 Variatio in iure admittenda non eſſe videtur.
19 Paternum teſtamentum pro parte rumpi non poteſt.
20 Interpretes de textus noſtri materia tractantes referuntur.
21 Subſtitutio pupillaris fieri dumtaxat poteſt filio in patris poteſtate conſtituto, non item emancipato.
22 Subſtitutio pupillaris à patre, non ab alio, impuberi, non alij fieri poteſt.
23 Subſtitutio pupillaris patris, & filij pariter teſtamentum eſt.
24 Subſtitutio pupillaris patris, non filij teſtamentum eſt, vt mater ab hæreditate repellatur.
25 Tabulæ pupillares teſtamentum impuberis dicuntur, vt frater, vel patruus ipſius, eius hæreditate priuentur.
26 Fratri pupilli vtrimque coniuncto, vel conſanguineo, cui pater in bonis ſuis legitimam reliquit, ſubſtitutus pupillaris etiam turpis ex quorumdam ſententia præfertur.
27 Pater poteſt filio impuberi inſtituto, vel exhæredato quem voluerit ſubſtituere.
28 Æquum non eſt, vt ex legis prouidentia iniuria naſcatur, à qua iura naſcuntur, & inducta in pupilli fauorem, ad eius odium retorqueantur.
29 Patri conceſſa facultas, filio impuberi, quem voluerit ſubſtituendi eſt ad bonum, æquum, honeſtum, ac filij fauorem reducenda.
30 Subſtitutus pupillo turpis à neceſſarijs pupilli hæredibus, vel ei inteſtato ſucceſſuris repellitur.
31 Exponitur l. cum quidam. 24. ibi, & indignum ff de legat lib. 2.
32 Frater vtrimque coniunctus, vel conſanguineus turpi perſona inſtituta in fratris teſtamentum actionem habet.
33 Filius à patre in legitima inſtitutus turpi cohærede in reliquis bonis à patre dato inofficioſi querela vtetur.
34 Vera interpretatio l. Pamphonius. 3. ff ſi quis à paren. fuerit manumiſſ.
35 Fratri etiam in legitima inſtituto competit querela inofficioſi turpi perſona inſtituta, quamuis clauſula codicillaris adſit, ex quorumdam ſententia.
36 Quicquid olim quærebat filius in patris poteſtate conſtitutus, patri acquirebat.
37 Pater pupillariter ſubſtituens pro ſe, & pupillo teſtatur.
38 Iuſtum olim & honeſtum habitum eſt, patrem pro filio impubere teſtari.
39 Quoad iuris effectus tabulæ pupillares diuerſis reſpectibus ſunt patris, ac filij teſtamentum.
40 Pater, & filius vna, atque eadem perſona reputantur.
41 Quæſtio proponitur, an, & quo iure pupillaris ſubſtitutio ſit inducta?
42 Teſtamenti definitio refertur.
43 Ad vigorem & ſubſtantiam teſtamenti propria voluntatis expreſſio deſideratur.
44 In pupillaribus tabulis pater ſuam, non filij voluntatem exprimit.
45 Teſtamentorum iura à domini, non alterius voluntate pendent.
46 Vnicuique de rebus ſuis ſolùm, non de alienis teſtari licet.

47 Mo-

47 *Moribus introducta eſt pupillaris ſubſtitutio.*

48 *Mores hos ad Lacedæmones Bartolus refert.*

49 *Quod tamen Viglius negat, quamuis moribus inuentam conſentiat.*

50 *Referuntur pro ſententia contraria interpretes.*

51 *Sine herede decedere, & inteſtatum quem mori, miſerrimum, & iniuria plenum olim putabatur.*

52 *Impubes propter ætatis defectum teſtari nequit.*

53 *Pater cum filio vna & eadem perſona cenſetur.*

54 *Factum à patre teſtamentum, ab ipſo filio factum dicitur.*

55 *Pater filio pupillariter ſubſtituens ſibi ſubſtituiſſe videtur.*

56 *Ius patri quæſitum filio pupillariter ſubſtituendi ex Bartolo ad conſuetudinem refertur.*

57 *Conſuetudo in ſcriptis redacta eſt propriè conſuetudo, ſed probatione non eget.*

58 *Intelligitur contra Bartolum l. 2. ff. de vulga.*

59 *Iuſtinianus deciſionibus in corpore iuris clauſis authoritatem & vim legum conceſſit.*

60 *Pro conciliatione harum opinionum duo tempora diſtinguuntur.*

61 *Subſtitutionis pupillaris conſuetudo ius eſt poſt Iuſtiniani promulgationem.*

62 *Pupilli vtilitati conſulendum eſt, ne teſtatus decedat*

63 *Quæſtio proponitur, an pupillaris expreſſa filium etiam legitima priuet?*

64 *Qui actum pro alio gerit, maiorem poteſtatem non habet, quam is, cuius vice fungitur.*

65 *Captatorias voluntates iura improbant.*

66 *Legitima tam filiorum, quàm parentum integra & illæſa ſeruanda eſt.*

67 *Priuilegium patri conceſſum filio pupillariter ſubſtituendi, ſine tertij præiudicio eſt intelligendum.*

68 *Hodie nedum præteritus, ſed & exheredatus, rumpit teſtamentum eius, cuius eſt neceſſarius hæres.*

69 *Hodie videtur pupillaris ſubſtitutio in bonis ſaltim aduentitijs parum prodeſſe, quorum proprietas filio quæritur, licet patri vſusfructus relinquatur.*

70 *Priuilegium patri conceſſum ad ſola eius bona reſtringendum videbatur.*

71 *Ceſſante ratione legis, eius effectus ceſſare debet.*

72 *Pupillo datus à patre ſubſtitutus matri etiam in legitima præfertur.*

73 *Pater pupillo ſubſtituens ex perſona propria tam de ſuis, quàm de filij bonis teſtatur.*

74 *Dyni ſententia volentis matri filij pupilli hereditatem condictione ex lege concedendam fauore ſubſtituti limitatur.*

75 *Tabulæ pupillares dici nequeunt captatoriæ, quia patris etiam ſunt teſtamentum.*

76 *Lex non adeò strictè parentibus in bonis filij, quam filio in bonis ipſorum fauet.*

77 *Statuto tolli poſſet patri ius inofficioſi.*

78 *Pupillaris ſubſtitutio non prodeſt contra filium, quem pupillus malitia ætatem ſupplente genuit.*

79 *Nepos præteritus patris & aui teſtamentum rumpit.*

80 *Subſtitutionis pupillaris faciendæ priuilegium patri conceſſum, nedum in bonis ſuis, ſed & in aliunde pupillo quæſitis obtinet.*

81 *Cautela Ioan. Dilecti ad excludendam matrem, & ne vitæ pupilli à ſubſtituto parentur inſidiæ, remiſſiuè.*

82 *In quæſtione an pupillaris ſubſtitutio iure poli iuſta ſit, ſunt qui negatiuam partem tueantur.*

83 *Legitima parentum iure poſitiuo inducta priuilegio principis tolli poteſt.*

84 *Summus Pontifex nihil cum peccato admittit.*

85 *Corraſium de temeritate arguit Couarruuias.*

86 *Pupillari expreſſa mater in foro etiam conſcientiæ iuſte legitima priuatur.*

87 *Sententiæ huius, & quæſtionis effectus oſtenditur.*

88 *An poſſit codicillis mater legitima priuari, negatiua pars defenditur.*

89 *Odia reſtringi, fauores ampliare conuenit.*

90 *Codicillis olim, hereditas nec directo adimi, nec concedi poterat.*

91 *Priuatur mater hereditate pupilli, cui pater ex fideicommiſſo pupillariter ſubſtituit.*

92 *Iure regio ius idem in teſtamentis, quod in codicillis obtinet.*

93 *Ex tacita pupillari in vulgari contenta legitima ſua mater priuari non debet, ex veriori ſententia.*

94 *Tacita pupillaris matrem legitima priuat, quando voluntas teſtatoris ex coniecturis deprehenditur.*

95 *Tacita pupillaris alterius filij teſtatoris fauorem reſpiciens matrem excludit, quia magis eum, quàm vxorem diligere præſumitur.*

96 *Pupilli bona & hereditas matri potius, quàm fratri teſtatoris filio debetur, & ratio differentiæ.*

97 *Ex commixtione hereditatis paternæ cum bonis pupilli ſubſtitutus conſequitur, quod alias non conſequeretur.*

98 *Ex tacita interpretatione à luctuoſa filij hereditate mater priuanda non eſt.*

99 *Diuiſione non ſunt more ruſticorum difficultates iuris explicandæ.*

100. *Nemo*

100 *Nemo negat tacita pupillari matrem excludi, ſi patris voluntas conijci poſſit.*

101 *Voluntas teſtatoris, maximè in controuerſis articulis ſequenda eſt.*

102 *Subſtitutionis pupillaris ius ad propria etiam filij bona extenditur.*

103 *Præſumit ius in patre amorem filij.*

104 *Pater pupillaris ſubſtitutionis iure vtens iniuriam vxori non facit.*

105 *Pupillaris ſubſtitutio omnia filij bona comprehendit.*

106 *Quod ex coniecturis conſtat, euidenter conſtare dicitur.*

107 *Matri pauperi, quæ aliunde ali non poteſt, cogitur ſubſtitutus pupillaris vel legitimam, vel alimenta præſtare.*

108 *Quæſtio proponitur, an ex ſubſtitutione pupillari auus paternus nepotis legitima priuetur fauore ſubſtituti?*

109 *Excludendam prima eſt ſententia.*

110 *Legitima parentum ſtatuto tolli poteſt.*

111 *Nepos ex pupillo malitia ætatem ſupplente genitus pupillares tabulas rumpit, ac ſubſtitutum excludit.*

112 *Filiis efficacius legitima debetur, & n. 113.*

114 *Ex communi ſcribentium ſententia deciſio noſtra ad aſcendentes omnes referenda videbatur*

115 *In ſucceſſionibus & effectibus teſtamenti, præſens mortis ſcilicet pupilli, non teſtamenti à patre conditi tempus ſpectandum eſt.*

116 *Auus paternus aduerſus filij, & nepotis teſtamentum querelam habet.*

117 *Pupillaris ſubſtitutio eum ſolummodo excludit, cui vel à patre, vel à filio legitima non debetur ex variatione conſulti.*

118 *Fratri pupilli pater in pupillaribus tabulis legitimam relinquere tenetur, ne præteritus eas rumpat, & inteſtatis patri ac fratri ſuccedat.*

119 *Auum paternum ſubſtituto pupilli nepotis præferendum verius eſt, & contrariis argumentis ſatisfit.*

120 *Legitimam auo pater non debet viuente filio, mortuo intra pubertatem pater & filius.*

121 *A die mortis teſtatoris, vel eius cui ſucceditur teſtamentum confirmatur.*

122 *Pupillari tacita ab auo facta filius non excluditur ex præſumpta ſobolis prælatione.*

123 *Authoris ratio ex ſerie textus deducta.*

124 *Filius à patre in legitima inſtitutus ex tacita pupillari alteri filio pupillo ſubſtitutum ex præſumpta ſobolis præſumptione excludit.*

125 *Iure regio in tertia bonorum parte deſcendentibus reſeruanda ſubſtitutum ab auo extraneum nepoti pupillo pater excludit.*

126 *Pater poteſt pupillaribus tabulis fratribus pupilli tertiam bonorum ſuorum partem auferre.*

127 *In quinta bonorum ſuorum parte licebit auo, vel patri vulgariter, vel pupillariter filio ſubſtituere.*

128 *Matris ſpecies ad auum paternum & adſcendentes ex patris linea extendenda non eſt.*

129 *Adſcendentium ex linea materna, & matris ipſius par cauſa eſt.*

130 *Quæſtio an viuente matre ſubſtitutus pupillaris auo paterno præferatur? diſcutitur.*

131 *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te.*

132 *Quid iuris, ſi auus paternus, cum materno concurrat, pupillo à patre ſubſtituto dato?*

133 *Quæſtiones ad compendioſam ſubſtitutionem ſpectantes remiſſiuè tanguntur.*

134 *Parentibus ex pietate legitima debetur.*

135 *Matris legitima ſtatuto tolli poteſt.*

136 *Intelliguntur verba* iure naturæ debita. *c. ſi pater. 1. de teſtam. lib. 6.*

137 *Leges ad legum intellectum & interpretationem adducuntur.*

138 *Iura naturalia tolli, vel limitari nequeunt.*

139 *Filius à pupillo malitia ætatem ſupplente genitus pupillari ſubſtitutione legitima ſua priuari nequit.*

140 *Bona pupilli ſubſtituto, à ſua legitima excluſa matre deferuntur.*

141 *Aequiparatio adſcendentium & deſcendentium lege regia facta quomodo intelligenda ſit?*

142 *Contra legem non teſtatur pater pupillariter ſubſtituens.*

143 *Argumentis Menochij ex deciſionis noſtræ variatione reſpondetur.*

144 *Querela inofficioſi iis duntaxat conceditur, quibus legitima debetur.*

145 *Pupillaris ſubſtitutio legis beneficio & pupilli fauori adſcribitur.*

146 *Melior non eſt matris, quoad legitimam, quam liberorum conditio.*

147 *Amor parentũ deſcendit, filiorum adſcendit.*

148 *Hodie pariter ad filij, vel parentis exhæredationẽ cauſam exprimi, & probari opus eſt.*

149 *Pauli Caſtrenſis diſtinctio ad ſecunda dubitandi rationis reſponſionem proponitur.*

150 *Accurſii, & Pauli ſolutiones reijciuntur.*

151 *Contraria non continet deciſio noſtra.*

152 *Ex diuerſis effectibus, iuris variatio admittitur*

153 *Teſtamentũ ex iure dicendi nullũ, vel per contra tabulas totũ rũpitur, ſed legata, & pupillaris ſubſtitutio ſecundo in caſu conſeruãtur.*

154 *Ex inofficioſi querela pro parte ſubſtineri, pro parte poteſt reſcindi teſtamentum.*

155 *Cum teſtamentum in forma, vel ſubſtantia peccat, totum rumpi neceſſe eſt.*

156 *Si nõ peccat, reſcinditur pars, qua filius læditur.*

157 *Diſtinctionem hanc & ſolutionem prior expreſſit Caſtrenſis, deinde Pichardus.*

158 *Hodie hac ſublata differentia, rupto teſtamento legata, ſubſtitutio pupillaris, imò, & tertij, & quinti prælegatum conſeruatur.*

Digitized by Google

VLPIANVS LIBRO XIV. AD EDICTVM.

l.Papinian. 8.§.ſed nec impuberis. ff.de inoffic. teſtamento.

SED nec impuberis filij mater inofficioſum teſtamentum dicit, quia pater hoc ei fecit; & ita Papinianus reſpondit: nec patris frater, quia filij teſtamentum eſt, ergo nec frater impuberis, ſi in patris non dixit. Sed ſi in patris obtentum eſt, nec hoc valebit, niſi pro parte patris reſciſſum eſt, tunc enim pupillare valet.

1 HÆc litera in quatuor membra ſcinditur. In primo conſultus docet, quid expreſſa pupillaris ſubſtitutio aduerſus matrem operetur? In ſecundo, quid aduerſus patris fratrem? In tertio, quid aduerſus impuberis fratrem? In quarto & vltimo, diuerſa ſpecies conſtituitur. Primum eſt *in princip.* Secundum *in verſic.nec patris.* Tertium *ibi, nec frater.* Quartum *ibi, ſed ſi in patris.*

2 Huius textus effigies ſequens proponitur. Ioannes filium ſuum impuberem Titium nomine hæredem inſtituit, eidem Sempronium ſubſtituit, ſi ante pubertatem filius vita functus eſſet, qui ante illam mortuus eſt. Eius obitu Sempronius bona ipſius occupauit: mater filij hæreditate priuata inofficioſum dixit pupillare hoc à patre conditum teſtamentum. Quæſitum eſt ab Vlpiano, quis potior hâc in hæreditate ſit? mater an ſubſtitutus? Cui dubitationi Vlpianus reſpondit, matris querela non attenta ſubſtitutum pupilli bonis potiturum ex Papiniani ratione, quam Vlpianus magni facit, quia ſcilicet pater ei hoc fecit, qui vxorem ſuam bonis ſuis priuare potuit: idque vtriuſque teſtamentum propriè dicitur, patris ſcilicet & pupilli, cui ſubſtitutio facta eſt, vt diuerſis reſpectibus matrem, quam alios excludat. In cuius differentiæ confirmatione Vlpianus laborat; tres enim ſpecies ad eum delatæ ſunt, prout clariùs in litteræ diſtributione conſtitit. Prima, an matrem ſubſtitutus etiã à legitima excludat? quæ iam *ſuperiùs* explicita eſt. Secunda, an & patris fratrem turpi etiam perſona ſubſtituta, in qua Vlpianus ſubſtitutum etiam præferendum cenſet diuerſa ſanè ratione, quia filij teſtamentum eſt. Quæ ratio ſtrictiùs ad tertiam ſpeciem trahitur, quando videlicet frater impuberis paternum teſtamentum inofficioſum dixit, nulla enim fratri aduerſus fratris teſtamentum inofficioſi querela, præterquam ſi turpis perſona inſtituta ſit, à legumlatoribus conceſſa eſt, cuius, *vt prædixi*, teſtamentum eſt, quamuis pater hoc ei fecerit. Idque nedum obtinet, vbi totum vtique paternum teſtamentum valuit, verum etiamſi pro patris parte ab alio filio ex inofficioſi querela reſcindatur. De qua in hac tota lege Vlpianus ſatis abunde diſſerit. Cùm enim adhuc tabulæ pupillares in ſuo robore permanſerint, iure optimo contra fratris teſtamentum querela repellitur, ſecus vbi ex alterius filij præteritione totum teſtamentum paternum rumpi opus eſſet. Quo cum tabulæ pupillares contineantur, ſubſtitutio nullum ſortitur effectum, pars quippe rupti eſt teſtamenti, quod pro parte valere, pro parte rumpi non poteſt.

3 Ex hoc textũ diuerſæ colliguntur ab interpretibus concluſiones. Baldus Vlpiani litteram hoc breui epilogo claudit, *impubes non poteſt conqueri de ſubſtitutione pupillari.* Quæ ſumma noſtri textus dubia intacta relinquit, nullam enim ex præactis excluſionem faciendam meminit, nec ad illius materiam præcipuam nota hæc ſpectare videtur. Non enim dubitat Vlpianus *in præſenti*, an conqueri poſſet impubes, nec ne? maximè ſi turpis perſona inſtituta non ſit, ſed an matrem, ſeu patris, vel etiam impuberis fratrem ſubſtitutus excludat querelis ipſorum non attentis? Eodemque vitio laborare mihi viſa eſt alia, quam Bartolus ſignat, quam ideò non referam, Pauli Caſtrenſis concluſionem amplexus, quæ noſtri textus mentẽ ſatiùs explicat.

CONCLVSIO.

4 *Tabulæ pupillares à matre, vel fratre teſtatoris, ſiue impuberis fratre ex inofficioſi querela expugnari nequeũt, etiamſi pro parte patris ab alio filio ex eadem reſciſſæ ſint.*

5 Prima dubitandi ratio aduerſus hanc veriſſimam concluſionem ex eo profluit, nam legitimam parentibus iure naturali debitam

edo-

edocemur. *in c.ſi pater.1.* ibi,*abſque deductione*
Trebellianicæ,vel partis iure naturæ debita, de teſta-
ment.lib.6. quod optimis fundamentis com-
probat Antonius Gomez. qui hanc latius
quàm alij veritatem diſputauit *in l.6.Tauri,*
vbi commentatores reliqui, nec minùs aptè
defendit Coſta *in d. c.ſi pater.2.parte, in expo-*
ſitione verborum. quæ ſuprà retuli. Idque hodie
clariùs conſtat ex deciſione *dictæ regiæ l.6.*
Tauri: los aſcendientes, inquit,*por ſu orden, y*
linea derecha ſuccedan ex teſtamento, y ab inteſtato
à ſus deſcendientes, y les ſean legitimos herederos,
como lo ſon ſus deſcendientes a ellos en todos ſus bie-
nes de qualquier calidad, que ſean. Quæ vltima
verba tantum poſſunt,vt ,etiamſi nulla foret
Pontificis deciſio *in dicto c. ſi pater*, ex illis ta-
men neceſſario fatendum videretur adſcen-
dentibus iure naturæ legitimam in deſcen-
dentium bonis portionem deberi: adſcen-
dentes ſiquidem deſcendentibus æquo iure
6 Reges noſtri comparant, quibus in paren-
tum bonis naturali iure legitimam deberi
nemo ambigit. *l.ſcripto.7.§.vltim ff vnde libe-*
ri. l.nam & ſi parentibus.15. infrà hoc titul. l.quo-
niam in prioribus.32. cum ſimilibus C hoc cod. no-
ſtro titul. quam ſic induxit Coſta *in d.c.ſi pater.*
3.parte,verb. priuare.numer.34. & verb.interdum,
numero 23. Roderic. Suarez *in d.l.quoniam in*
prioribus.32.ampliatio.16. Couarru.*in c.Raynu-*
tius.16.§.vltim.ex num.5.de teſtam. Burgen. de
Paee *in l.3.Tauri num.273.*

Augetur difficultas ex Papiniani ver-
bis *in d.l. nam & ſi parentibus.15. infrà hoc titul.*
*Nam & ſi parentibus (*ait*) non debeatur filiorum*
hæreditas propter votum parentum, & naturalem
erga filios charitatem, turbato tamen ordine morta-
litatis non minus parentibus, quàm liberis piè relin-
qui debet.

7 Dicendum ergò videbatur, in ſpecie
noſtra luctuoſa hæreditate filij matrem im-
meritò priuari, inofficioſi querela fauore
ſubſtituti repulſa, tum quia naturalia iura
tolli non poſſunt, vel immutari. *§ ſed natura-*
lia, Inſtitut. de iure natura. tunc etiam, quia li-
cet legitima in filiorum bonis parentibus na-
turali iure debita non eſſet. *d. l.nam & ſi pa-*
rentibus, teſtatoris tamen ſubſtituentis vo-
luntas minimè ſeruanda videbatur, cum iu-
ris ſaltim poſitiui diſpoſitioni repugnet, qua
inductum eſt *ex ſupradictis*, vt matri luctuoſa
8 filij relinquatur hæreditas, cum generaliter
ſtatutum ſit, neminem poſſe cauere, ne leges
in ſuo teſtamento locum habeant. *l. nemo po-*
teſt.55. ff.de legat lib.1. l.quidam decedens. 6 ff. de
adminiſtratio.tutor.maximè in verſic. nemo enim.l.
31.titul.9.part.6.

9 Tum denique quia odioſum eſt, extra-
neum pupillo ſuccedere matre filio & bo-
nis orbata.*l.iure ſuccurſum eſt.6.ff.de iure doti.ne*
*& filia amiſſa (*inquit Pomponius*) & pecuniæ*
damnum ſentiret. Maximè cùm in ſimili effi- 10
gie matri potiùs, quam filijs faueatur.*l.liberi.*
28.§ ſin autem. C. hoc noſtro titul. quam ingra-
tam non eſſe Conſtantinus præſumit, niſi
contrarium probetur. *ſin autem (*inquit*) ma-*
ter contra filij teſtamentum inofficioſi actionem in-
ſtituat, inquiri diligenter iubemus, vtrum filius nul-
la ex cauſa læſus matrem in nouiſſima læſerit vo-
luntate, eò quod neque luctuoſam ei & legitimam
reliquerit portionem, vt teſtamento reſciſſo, matri
ſucceſſio deferatur. Ex quibus verbis com-
muniter ſcribentes colligunt, inofficioſi
querelam matri contra filij teſtamentum iu-
re quoque Digeſtorum competere, quam-
uis exhæredata ſit, non enim ingratam ius
præſumit, cuius adſectum in filios nullus 11
vincit.*l.iſti quidem.8.§.vltim.ff quod metus cauſ.*
*l.vltim. in princip. quis enim (*Iuſtinianus ait*) ta-*
lis adſectus inuenìatur, vt vincat paternum? C de cu-
rator. furioſ. c.adſerte.2.de præſumptionibus. Vir-
gilius:

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Quæ ſi attentiùs conſiderentur, vix de- 12
fendi poſſe videtur conſultus noſter, qui ex
pupillari expreſſa filij hæreditate matrem
priuari cenſuit. Quòd vtique multi ex in-
terpretibus contra Vlpianum adfirmarunt
teſte Alexand. Trentacinq. *de ſubſtitutionib.*
2.parte,c.16. Sed præ alijs latiùs de his diſſe-
rens Iacob. Menoch. *lib. præſumption. 4. præ-*
ſumptio.38. concluſionem iure ciuili firmat,
matrem ex pupillari ſubſtitutione à legitima
non excludi, hac inter bona patris & filij di-
ſtinctione adhibita, vt quoad legitimam ex
bonis patris filio debitam, & alia bona,
quæ aliunde filius obtinet, excludi nequeat,
quoad alia patris bona ſubſtitutus matri præ-
feratur.

Mouetur Menochius ſequentibus funda- 13
mentis. Qui per ſe non poteſt aliquid face-
re, neque per alium poterit.*l.ſed & hæ.35.§.*
deſendere,cum ſimilib. inferiùs numero 64. addu-
cendis ff. de procurator Sed filius ipſe ex perſo-
na ſua matrem excludere non poteſt, ergo
nec per patrem ex vi pupillaris ſubſtitutionis,
quæ filij teſtamentum eſt. Nec ex alterius 14
facto, patris videlicet, legitima ſua mater
priuari debet, nec priuilegium patri conceſ-
ſum vt pro filia teſtetur, contra matrem ope-
rari.

Deciſioni verò noſtræ reſpondet Meno- 15
chius bonam conſequentiam non eſſe, que-
relam non habet, ergo nec legitimam: ſicut
nec è conuerſo, querelam habet, ergo & le- 16

gitimam, quæ cum matri debeatur ex con-
dictione. *l. omnimodo* 30. *l. quoniam in prioribus.*
32. *l. ſcimus.* 36 *C. hoc noſtro titul.* nulla hominis
prouidentia poteſt ea priuari.

17 Secunda dubitandi ratio aduerſus Vl-
piani litteram, & concluſionem ex ea elici-
tam, dum in expellendis matre, fratre teſta-
toris, ac fratre pupilli variani, vt ſubſtitutus
à patre pupillo datus omnibus ijs præfera-
18 tur, ex eo deſumitur. Nam variatio iſthæc
in iure admittienda non eſſe videbatur. *l. 11 C.*
de furt. nec enim (ait) *æquitas patitur, vt & crimi-*
nis cauſſam perſequaris, & bonæ fidei contractum
impleri poſtules. Quem textum in hunc ſen-
ſum omnes accipiunt, & vbique paſſim
ad idem adferunt teſte Paulu Caſtrenſ. *in*
præſenti. regia l. 7. vbi Gregor. *ſchol. 3. 5. & 9. ti-*
tul. 10. parti. 3. Bartol. *in l ſi de vi. 37. numer. 1. in*
fine. ff. de iudic. & in l. naturaliter. 12. §. nihil com-
mune, numer. 23. in fine & numer 31 ff de acquiren.
poſſeſſion. quod etiam Ariſtotel. tradidit *lib. to-*
picor 2. ex quibus deſtrui videtur varia noſtri
textus diſpoſitio.

19 Tertia dubitandi ratio in ea verba tex-
tus dirigitur, *niſi pro parte patris reſciſſum eſt*, id
enim conſulti deciſioni repugnare videtur
in l. poſthumus 14. in princip. ff. de liber. & poſth.
l. penulti. ff. de iniuſto rup. in qua ex poſthumi
præteritione teſtamento rupto, legata fi-
deicommiſſa, & reliqua in eo contenta cor-
ruunt, ne pro parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus quis decedere dicatur, contra *l. ius*
noſtrum. 7. ff. de regul. iur. §. hæreditas verſic. neque
enim, inſtitut. de hæredib. inſtituend. male igitur
conſultus adſerit, pro parte patris teſtamen-
tum reſcindi poſſe.

20 Sed his non obſtantibus veriſſima eſt
noſtri textus concluſio, quam probat *l. 2.*
l. Lucius Titius. 45 ff de vulgar. l. precibus 8. C.
de impuber. & alijs ſubſtitutionib. §. 1. Inſtitut.
de pupillari. c ſi pater 1. de teſtam. lib. 6. cum ſimi-
libus iuris vtriuſque deciſionib. l. 7. vbi Gregor.
Lop. *ſch l 3 l 10. &* Gregor. *ibi ſchol. 15. l. 12.*
cum ſchol. 7. titul. 5 part. 6. l. 6. Tauri, hodie l. 2.
& 4. titu. 8. lib. 5. recopilation. Diſputant hu-
ius concluſionis materiam præter ordina-
rios interpretes *in præſent. & in prædictis locis*
Bartol. *in l. iuris gentium. 7. § adeo. numer 1. poſt*
med. ff de pact. & in l. 2. in princip. numer. 18.
in fi. & numer 31. ff. de vulgar. Roman. *in re-*
petition. l qui ſe patris. 3. verſicul. ex iſtis. c. vnde
liberi. ex modernis qui plures referunt An-
ton. Gomezi. *tomo variar. 1. cap. 4. numero 7.*
verſicul. quibus non obſtantibus. cap. 6. numer. 7.
& 8. Couarru. *in repetition. c. Raynutius. 16.*
§. 5. numero 6. de teſtament. Emanuel Coſta *in*
d. c. ſi pater, maxime 3. parte verb poteſt. Didac.
Spino *in ſpecul. teſtamentor. ſchol. 23. de pupilla.*
ſubſtitution. Petr. Vncio. *de arte notariat. 2. par-*
te, cap. 8. Rub. de pupillar. ſubſtitution. & Rubri. de
compendio. Alexand. Trentacinq. *de ſubſtitu-*
tionib. 1. parte, cap. 12. 2. parte, cap. 16. Fachin.
lib. controuerſ. iur. 4. cap. 40 cum quinque ſequen-
tibus. Iacob. Menoch. *de præſumptionib. lib. 4.*
præſumption. 38. 52. & 55. Petr. Surd. *deciſ. 273.*
Anton. Pichard. *in § liberis, num. 17. & 18. Inſti-*
tut. de pupillar. ſubſtitution.

Cuius deciſionis antequam adſignetur 21
ratio pro clariore interpretatione ipſius, &
plena materiæ cognitione aliqua præmit-
tenda ſunt. Primo ſubſtitutionem pupilla-
rem fieri ſolum poſſe filio in poteſtate patris
conſtituto, non item emancipato, quamuis
is pupillus ſit, prout ex Cicero. conſtat *de*
inuentio. rhetori. lib. 2 à quo tranſcripſit Vl-
pian. *in l. 2. quod ſic* (ait) *accipiendum erit, ſi ſint*
in poteſtate, cæterum emancipatis non poſſumus.
Iauolen. *in l. cum ex filio. 39.* Papinian. *l. cohæ-*
redi. 41. § cum filia. ff. de vulgar. Imperator *in l ſi*
teſtamento. 7. precibus. 8. C. de impub. & alijs ſubſti-
tutionibus, l. 5. titu. 5 part. 6. & vbique paſſim ſcri-
bentes omnes. Anton. Gomez. *tomo variar.*
1. cap. 4. à numer 1. ad 7. Couarru. *in d. c. Raynu-*
tius §. 5. à numer. 1. Ferdinand. Vaſq. Mencha-
cenſ. *lib. 3. de ſucceſſion. creation §. 21. nu. 265.* Di-
dac. Spino *in ſpecul. teſtamentor. ſchol. 23. principa.*
Trentacinq. *de ſubſtitutionib. 2 parte, cap. 9.* Ri-
chard. *in princip. Inſtit. de pupillar.*

Secundo ſciendum eſt impuberi ſo- 22
lummodo pupillare teſtamentum fieri à pa-
tre vel auo, qui impuberem in poteſtate ha-
beat poſſe, non alij, nec ab alio, etiamſi ſta-
tuto permittatur, vti recte poſt alios edocet
Trentacinq. *vbi ſuprà cap. 3.* vt alios referre
opus non videatur.

Tertiò præmitto, ſubſtitutionem pupilla- 23
rem patris, & filii pariter teſtamentum eſſe.
l. 2. l patris. & filij 20. ff de vulgar. & pupillar. § igi-
tur in pupillari, Inſtitut. de pupilla. l. 5. titul. 5 part. 6.
Quod manifeſtis verbis Vlpianus noſter
oſtendit, ex quibus tollitur inter Proculeia-
nos & Sabinianos agitata quæſtio, de qua
in l. pater familias 15. verſicul. ſed illud. ff. de priui-
leg. creditor. aliàs l. 26. ff. de rebus authorita. iudic.
poſſidend. quam meminit Pichard. *in §. item in*
pupillari numer. 1. Inſtitut. de pupillar. poſt Ot-
thoman. ab eo *ibidem* adductum *vnica e-*
nunciatio. Quam diſcordiam recte componit
Otthomani mentione non facta Trenta-
cinq *dicta 2. part. c. 3. n. 3.*

His ad explicationem noſtri textus præ- 24
habitis, ratio, quæ *in præſentiarum* Vlpianum
mouit, vt fauore ſubſtituti matrē, & alios ab
hæreditate pupilli & legitima excluderet,
duplex ab eodē deſignatur. Ad primū reſpō-
ſum, matri ſcilicet in filij hæreditate, & propria
legitima

legitima pupillarem ſubſtitutum præferendum decidendi ratio eſt, nam pupillaris illa ſubſtitutio filij teſtamentum non eſt, contra quod matri inofficioſi querela competit, ſed proprium patris, prout *in ſecunda dubitandi ratione* conſtitit, & probat Anton. Gomez *tomo variar. 1. c. 4. num. 7. verſic. non obſtat etiam ſecundum*. Coſta *in d. c. ſi pater. 3. parte, verb. poteſt. numero 1.*

25 Ad ſecundum deciſionis membrum, dum docet, alium quemcumque ſiue fratrem patris turpi perſona inſtituta, ſiue impuberis fratrem ab inteſtato ſucceſſurum, cui etiam aduerſus patris ſubſtituentis teſtamentum querela conceſſa ſit, *l. ſi poſthumus 14. ff. de liber. & poſthum. l. penult. ff. de iniuſto rupto, cum alijs iuribus*, quæ filio præterito fauorem iſtum indulſerunt, pupillari ſubſtitutione repellendum, rationem adijcit omnino contrariam. hæc enim ſubſtitutio filij teſtamentum eſt, quod impugnare prædicti nequeunt.

26 Huius tamen doctrinæ veritas periclitari videtur in fratre pupilli vtrimque coniuncto, vel ſaltim conſanguineo, cui pater legitimam debet & filius, cui ſubſtitutio facta eſt, ſi turpis perſona ſubſtituta ſit. *l. fratres. 21. l. fratres, vel ſorores. 27. C. hoc noſtro titul. §. ſoror. Inſtitut. eod. l. 12. titul. 7. l. 2. titul. 8. part. 6.*

Cui difficultati ſcribentes ferme omnes, quorum plures adfert Coſta *in dicto c. ſi pater, 3. parte, verb. poteſt, numero 4.* reſpondent ſi pater filio huic pupilli fratri legitimam relinquat, ſubſtitutum pupillo turpem ipſi præferendum, accepta ſiquidem legitima nulla relicta eſt ei in patris teſtamentum inofficioſi actio. *l. omnimodo. 30. l. quoniam in prioribus. 32. cum ſimilib. C. hoc noſtro titul.*

27 Patri autem, inquiunt, conceſſa poteſtas filio pupillo inſtituto, vel exhæredato ſubſtituendi. *l. 1. § ſubſtituere. ff. de vulgar. l. 6. titul. 5. partit. 6.* Ripa *in l. 2. numero 30. ff. de vulgar.* generalis eſt, nullis limitibus clauſa, vel ad certas perſonas reſtricta *ex textu noſtro. d. l. 2. ff. de vulgari. l. precibus. 8. & ſimilib. C. de impuber.* maximè ſi reliquis filijs ſuis in proprijs bonis legitimam reliquerit, idque adſerit obtinere Coſta *dicto verb. poteſt, num. 5.*

28 Contraria tamen ſententia quam Coſta *proximè* relatus *dicto numero* 4. Angelo Peruſi. adſcribit *in l. vltim. numero 4. verſic. credo tamen. C. de ſentent. paſſ. & reſtitutis*, ac ſimpliciter relatam teſtatur à Ioan. Lop. Palac. Rub. probabilior quidem, & æquior mihi viſa eſt. quam ex alio capite doli videlicet paterni confirmat Coſta *dicto numero 4.* huius probationem ſaltim ex præſumptione deſiderans.

Pro cuius comprobatione hac etiam qualitate ſublata conſidero, iniquum eſſe, vt ex legis, à qua iura naſcuntur, prouidentia, iniuria naſcatur. *l. meminerint. 6. cum ſimilibus, C. vnde vi*, & inducta in fauorem pupilli, ne inteſtatus, ac ſine hærede decedat, in eius odium ac dedecus retorqueatur, contra *l. quod fauore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 61. cum complicib. de regul. iur. lib. 6.*

Patri autem filio pupillo ſubſtituendi generalis à iure conceſſa facultas eſt ad bonum & æquum, ac filij fauorem, quæ in iuſta eam concedentia prætulerunt, reducenda, ne vlla eidem filio, vel alteri tertio iniuria inferatur, quam ſumma cura, & peruigili ſtudio, veteres conſulti, Cæſares ac ſacri Pontifices propulſarunt, ne quiſquam ex dolo proprio vtilitatem conſequatur, prout in ſpecie poſt alios conſiderat Coſta *dicto nu. 4. verſic. fortaſsis tamen.* 29

Quibus & alijs de cauſis ſubſtitutus pupilli turpis à neceſſarijs pupilli hæredibus, vel ei inteſtato ſucceſſuris iure optimo repelletur, quos pupillo vtilius eſt ad eius hæreditatem & memoriæ conſeruationem admitti, quàm turpem ſubſtitutum à patre datum: quem adeò iura, & interpretes deteſtantur, vt multi ex ijs, patri, qui turpis perſona ſit, ſubſtitutionis huius faciendæ ius abnegent, teſte poſt alios Franciſco Ripa *in l. 2. numero 36. & 37. ff de vulgar.* Guillielm. Benedict. *in c. Raynutius. 16. 2. parte, verb. ſi abſque liberis moreretur. 2 numero 62. cum duob. ſequentib. de teſtament.* quam æquitatem intuitus Coſta *dicto num. 4. verſic. fortaſsis tamen*, hanc ſententiam æquiorem iudicat. 30

Neque contrariam ſententiam fulcit deciſio *l. cum quidam. 24.* ibi *etiam indignum. ff. de legat. lib. 2.* ex quo Coſta *dicto numero* 4. patri liberam turpis etiam perſonæ filio pupillo ſubſtituendæ facultatem conceſſam contendit: eius enim effigies noſtræ minimè conuenit, in qua vltra electionem ſubſtituti facultas ſubſtituendi conceſſa reperitur, non ſic in ſpecie *dicta l. cum quidam*, quæ ſolam electionem inter certas ac nominatas perſonas hæredi relinquit, prout *mihi* doctiſſimè adnotat Accurſ. *ſchol. 1. nec enim*, inquit, *in arbitrio eius, qui rogatus eſt, poſitum eſt, an omnino velit reſtituere, ſed cui plus reſtituat. l. vtrū 8. §. cum quidam. ff. de reb. dub.* Ex qua ratione expreſſa detegitur in ſpecie noſtræ differentiæ ratio, in qua patri nedum electio, ſed & diſponendi facultas tradita reperitur. 31

Nec in præſenti caſu ſoli pupillo fieret iniuria, ſed & fratri pupilli vtrimque coniuncto, vel conſanguineo, cui tam pater ſubſtituens, quàm filius, cui ſubſtitutio ſit, legi- 32

timam, imò & totam hæreditatem debent, ſi turpis perſona inſtituatur. *d. l. fratres, vel ſorores. 27. cum ſimilib. ſuperiùs num. 26. congeſtis. C. hoc noſtro titul.* quem ideò nullo iure patris, vel fratris ſui hæreditate priuari fas eſt. Nec enim ſi attente inſpiciatur deciſio noſtra, priuationem hanc in eo Vlpianus admittit, eum tantummodo excludens, cui vel in patris, vel filij teſtameotum nulla inofficioſi actio ex quacumque cauſa ſuperſit.

Fateor hanc turpis ſubſtituti ſubpoſitionem ad excluſionem patrui pupilli, ac fratris teſtatoris neceſſariam videri, ne quoad eum variatio conſulti ſuperflua ſit, quoniam, ſi honeſta perſona ſubſtitura eſſet, nulla ipſi tam in pupilli, quàm in fratris teſtamentum inofficioſi actio competebat. Qua in ſpecie forſan contraria ſententia obtinere poſſet, cùm pupillus pubes factus teſtamento ſuo huic ex communibus interpretum ea iura ſic intelligentium placitis nemine reſtagante turpem præferre non prohibeatur.

33 Quòd ſi adhuc priorem ſententiam obtinere adſeras ex ijs quæ poſt alios adnotat Corneus *conſil. 176. nu. 1. ac deinceps, lib. 4.* vbi filio excluſo à pupilli hæreditate pater in bonis ſuis legitimam reliquit, cuius cauſa cùm nihil ſibi debeatur, videtur à reliqua patris hæreditate amouendus, quamuis ad eam turpis ſubſtitutus deprehendatur.

34 Adhuc item à filio etiam in legitima inſtituto ſubſtitutum pupillarem repellendum contendo. *l. Panthonius. 3. ff. ſi quis à paren fuerit manumiſſ. ſi turpes perſonas* (Iulius Paulus inquit) *veluti meretrices, à parente manumiſſus hæredes feciſſet, totorum bonorum contra tabulas poſſeſſio parenti datur.* Quæ verba cùm adeò expreſſa ſint, nullam in patre tergiuerſationem admittunt. In filijs autem à fortiori aduerſus patris teſtamentum obtinent, quibus natura ipſa legitimam defert. *l. nam & ſi parentibus. 15. cum ſimilib. ff. de inofficioſ. teſtament. l. 1. in fine tit. 8. part. 6. l. 1.* vbi dominus & auus meus Ioan. Matien. *ſchol. 3. num. 5. tit. 8 lib. 5. recop.* Matan. *in l. ii poteſt. 18. à numero 254. ff. de acquiren. hæreditat.* Didacus Caſtell. *in l. 10. Tauri à numero 4.*

35 Hanc partem multis, & fortiſſimis rationibus poſt plures alios à ſe relatos, in fratribus, quibus legitima relicta ſit, vt adhuc in fratris teſtamentum inofficioſi actionem habeant turpi perſona inſtitura, more ſuo comprobat Philipp. Deci. *conſil. 530. numero 13. ac duob. ſequentib. deciſion. l. omnimodo. 30. C. hoc noſtro titul.* reſpondens *numero 15.* hae in ſpecie locum minimè habituram. Idque iura de illa agentia præſeferunt, quæ inofficioſi querelam in vniuerſum ſine vlla præfinitione turpi perſona inſtituta parenti, ac fratribus indulſerunt, teſte ex alijs Ancharran. Regien. *quaſtion. familiar. lib. 3. quæſtion. 36. numero 1.* rectiùs & vtiliùs *lib. 1. quæſtion. 11. numero 1. & 2.* etiamſi clauſula codicillaris adſit ex Caſtrenſi, & alijs à ſe relatis, quamuis ipſe ab hac ſententia diſſideat: cuius, & aliorum fundamenta corruunt ex rationibus à Decio adnotatis, ijs maximè duabus, quas proximè retulimus, quibus aduerſi non ſatisfaciunt, & alijs, quæ pro noſtra ſententia eruditè conſiderat Fachin. *lib. controuerſ. iur. 4. c. 91.*

Cæterum quoties honeſtam perſonam filio pupillo pater ſubſtituit, deciſio noſtra indiſtinctè locum habet, cum tabulæ pupillares patris ac filijs ſimul teſtamentum ex iuris prouidentia verè ac propriè dicantur. Quod vtique mirum videri non debet: quicquid enim olim acquirebat filius, patri quærebat, cuius erat in poteſtate. *l. placet. 79. ff. de acquiren. hæreditat. l. 1. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ. l. acquiritur 10. ff. de acquiren. rer. domin. l. filius dum in ciuitate. 11. l. ſi filius familias. 78 ff. de verbor. obligationib. l. quæ legata 18. ff. de regul. iur. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liber. § 2. Inſtitut. per quas perſonas nobis acquirit. l. 5. tit. 17. part. 1.* 36

Vnde quamuis ſubſtituens pupillo pater non in alienis, ſed in ſuis filio hæredi ſubſtitutum ſcribere videatur, quod ſufficit, ne mater inofficioſi querela vtatur, quia tamen pro impubere filio, qui relinquitur, teſtatur, verum etiam quoad iuris effectus filij teſtamentum habetur, licet ipſe ob ætatis defectum teſtamenti factionem non habuerit. *l. qua ætate 5. ff. de teſtament.* 37

Iuſtum autem olim putabatur, licere patri de his filij nomine teſtari, quoniam quoad ius teſtamenti faciendi nondum filius natus eſſe videbatur, quem indecorum eſſet ſine hærede decedere, ideò cum pater & filius adeò ſint inuicem coniuncti, vt vna atque eadem perſona reputentur. *§. ei verò, Inſtitut. de inutilib. ſtipulationib. l. vltim. in fine. C. de impuber.* merito pupillo filio ſubſtituere poteſt, qui ei in hac tenera & improuida ætate conſtituto meliùs ac vigilantiùs, quàm alius quiſquam prouidebit, vt iuſtus ac bonus ei ex communi iurium & ſcribentium conſenſu hæres ſuccedat. 38

Quoad iuris igitur effectus tabulæ pupillares *ex prædictis*, iuſta ratione patris teſtamentum dicuntur, qui eas in ſuis, *vt prædixi*, bonis fecit, quæ ſibi filius poſt patris obitum acquiſierat, vt hac de cauſa iure à filij hæreditate ſubſtitutus patris matrem amoueat; & fictione iuris filij etiam teſtamentum ad alios 39

lios iuris effectus appellantur: nam licet ipſe
ob ætatis defectum teſtamentum condere
non potuerit, fingitur tamen feciſſe, quan-
do pro eo pater fecit, qui vna cum eo, & ea-
40 dem perſona in iure habetur *ex præadductis*
iuribus. l. patris & filij. 20. vbi latiùs, quàm alibi
ſcribentes. *ff. de vulgar. & pupillar.* Quam de-
cidendi rationem latiùs, quàm alij propo-
ſuit Trentacincq. *de ſubſtitutionib. 2. parte. c. 3.*
numero 1. & copioſè adnotauit Fachin. *libr.*
controuerſ. iur. 4. c. 42. in fine. Quò fit, vt
frater impuberis patris etiam ſubſtituentis fi-
lius contraria, quàm mater ratione ab impu-
beris hæreditate abſtineat.

41 Ex qua decidendi ratione quæſtio illa a-
pud interpretes controuerſa proponitur,
vtrum iure ſcripto an moribus, ſeu conſue-
tudine ſubſtitutio pupillaris inducta fuerit?
vt ſic pedetentim noſtri textus materiam
examinemus. In qua quæſtione duæ con-
ſtitui poſſunt opiniones contrariæ, quo-
niam alij moribus ſeu conſuetu-
dine, alij iure ſcripto inuentam adſe-
runt.

42 Pro prima opinione imprimis facit gene-
raliter accepta testamenti definitio à con-
ſulto tradita *in l. 1. ff de teſtament. teſtamentum*
(ait) *eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, &c.* No-
43 ta verbum illud, *noſtra.* In eo enim tota
huius argumentationis vis ſita eſt, etenim ſi
ad teſtamenti ſubſtantiam & vigorem pro-
priæ voluntatis expreſſio deſideratur, quo
iure potuit ſubſtitutio hæc pupillaris indu-
ci? in qua pater non ſanè voluntatem filij
44 ſui, quam puer non habet, ſed ſuam pro-
priam exprimit ex ſubtili & eleganti Baldi
ſententia *in l. captatorias. 11. num. 7. C. de teſtam.*
milit.

45 Deinde nam patris & filij hæreditas di-
uerſa ſunt, certiſſimum autem eſt iuris prin-
cipium vltimas voluntates, teſtamento-
rumque iura à domini hæreditatis volunta-
te propria & ſpontanea, non ab aliena pen-
dere. *l. illa inſtitutio 32. ff. de hæredib. inſtituend.*
illa inſtitutio (Caius ait) *quos Titius voluerit,*
ideò vitioſa eſt, quòd alieno permiſſa eſt arbitrio.
Nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt, teſta-
mentorum iura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non
ex alieno arbitrio pendere. Qua igitur ratione
defendi poterit, ſubſtitutionem pupillarem
quæ non ex filij arbitrio, ſed alieno deſcen-
dit, iure ſcripto inuentam fuiſſe, quo inſti-
tutio, vel alia quæuis vltima voluntas
in alterius arbitrium collata irrita conſti-
tuitur.

46 Rurſus prædicta ſententia confirmatur,
nam vnicuique ſolum de ſuis, non de alienis
teſtari licet. *l. verbis legis. 120. ibi res ſua. ff. de*
verbor. ſignificatio. l. conficiuntur. 8. §. ſi poſt fa-
ctum, ibi, & de alienis rebus quodammodo teſta-
tur. ff. de iure codicillor. authentic. ingreſſi, ibi nec
de iis teſtantur, vtpote nec domini rerum. C.
de ſacroſanct. Eccleſ. cap. placuit. 7. 13. quæ-
ſtion. 2.

Non ergo ſecundùm iuris regulas inuen- 4
ta eſt pupillaris ſubſtitutio ipſis aduerſa, ſed
moribus. *l. 2 ff. de vulgar. moribus* (ait Vlpia-
nus) *introductum eſt, vt quis liberis impuberibus*
teſtamentum facere poſſit, &c. l. vni. C. de caduc.
tollend. quam opinionem tenuerunt Iaſon. *in*
Rubric. ff. de vulgar. numero 1. & 2. & in l. 2.
numero 47. ff. de legat. libr. 1. & in l. cum quid
3. 2. lectur. numero 9. ff ſi cert. petat. Alberic.
in dicta Rubri. ff de vulga. numero 24. Alciat. *lib.*
parerg. 4. c. 21.

Eamdem prior tenuit Bartol. *in d. l. 2.* 48
ff. de vulgar. dicens Lacedæmoniorum more
hanc fuiſſe ſubſtitutionem inuentam, quem
ibidem omnes ferme ordinarij ſecuti viden-
tur, & *in §. 1. Inſtitut. de pupillar.* poſt Accur-
ſium *ibi*, qui adſertioni huic primus cau-
ſam dedit, quos omnes refert Alexander
Trentacincq. *de ſubſtitutionib. 2. parte, c. 1. nu-*
mero 3. à quo diſputare incipit, an vſque in
hodiernum diem Lacedęmonum leges, quæ
in ſcriptis redactæ ſunt, conſuetudines pro-
priè dicantur?

Quam tamen Accurſij & Bartoli ſen- 49
tentiam impugnat Viglius *in dicto princip. In-*
ſtitut. de pupillar. numero 22. dicens, non à La-
conibus morem hunc originem traxiſſe, ſed
potiùs generali totius populi Romani con-
ſenſu inductum eſſe, qui & leges & mores
habuit, quibus vtebatur. *l. omnes populi. 9. ff de*
iuſtit. & iure. fatetur tamen ſubſtitutionem
pupillarem moribus, non ſcripto iure indu-
ctam fuiſſe.

Veruntamen contrariam opinionem de- 50
fendunt Alciat. *in d. l. 2. numero 4. ff. de vulgar.*
Ripa *numero* 12. Aretin. & Socin. *notab. 1. nu-*
mero 8. Galliaula *in l. centurio. 15. numero* 175.
ff. eod. Alciat. *in ea Rubric numero* 31. & antè
eos Bartol. *in l. humanitatis. 9. numero* 15. quem
ſequitur *ibi* Iaſon. *num. 6. & 7. C. de impub.*
& alijs ſubſtitution. idem Bartol. *in l. ex facto.*
43. numero 11. & ibi Iaſon. *num. 44. ff. de vulga.*
notat Ripa *in d. l. centurio, numero* 25. Didac.
Spino *in ſpecul. teſtamentor. ſchol. 23. principal. nu-*
mero 4. Anton. Pichard. *in Rubric. Inſtit. de pu-*
pillar. ex num. 13.

Pro quorum veriſſima ſententia facit 51
primo. Quòd cùm ſine hærede decedere,
& inteſtatum quem mori miſerrimum, &
iniuria plenum ſemper fuerit reputatum. *l.*
& quia. 6. vbi Iacobin. de Sancto Georgio, *ff.*
de interrogator. actionib. maximuſque ſit è con-
tra honor & vtilitas pupillis hæredem ha-
bere. *l. ſi pupillus. 42. ff. de acquiren. hæredita.*

52 qua filius propter ætatis defectum ſtui ne-
quaquam poſſet. princip. Inſtitut. quibus non eſt
permiſſum facere teſtamentum. dicta l. qua ætate. 5.
ff de teſtament. quod ex his iuribus tenuit Ripa
numero 12. Alciat. numero 4. Socin. & Aretin.
numero 8. in dicta l. 2. ff. de vulgar. ex his & aliis
Trentacincq. de ſubſtitutionibus, 1. parte. c. 3. nu-
53 mero 1. Meritò fuit lege inductum, vt pater
pro eo faceret teſtamentum, cum ciuili iure
pater & filius vna & eadem perſona repu-
tentur. d. l. vltim. C. de impuber. & aliis ſubſtitu-
tionibus. ita vt vox vnius, vox alterius eſſe
cenſeatur. §. ſi verò qui. Inſtitut. de inutilib. no-
tat Accurſ. verb. nocet in l. 3. ff. de iureiuran. vt
54 teſtamentum à patre conditum ab ipſo filio
factum cenſeatur. l. patris & filij. 20. ff. de
vulgar. §. igitur. Inſtitut. de pupillar. quod ſuprà
latius n. 38. & 40. comprobauimus.

55 Cui argumentationi non obſunt, quæ
tradit Coſta contrariam ſententiam defen-
dens in d. c. ſi pater, 1. parte, verb. habem, à numero
1. & in 2. parte, verb. moreretur, numero 6. nam
pater, non tam filio impuberi, quam ſibi,
qui eum in poteſtate habet, ſubſtituiſſe vi-
detur, cum vterque vna & eadem perſona
reputetur. d. l. vltim. cum ſimilib. C. de impuber.
non tam de alieno patrimonio, quam
ſuo, de aliena familia, quam ſua. l. pro-
nunciatio. 197. §. familiæ. ff. de verborum ſignifi-
catione.

56 Neque hanc ſententiam euertit, deci-
ſio dicta l. 2. & ſimilium ff. de vulgar. nec id,
quod pro contraria conſiderauit Bartol. in
dicta l. 2. numero 1. dicens, illud ſubſtituendi
ius de quo in dicta l. 2. hodie etiam ad con-
ſuetudinem referendum eſſe, licet ſit inter
ſcriptas leges collocatum, iuriſque commu-
nis authoritate fulcitum. Conſuetudo enim
57 ſecundùm eum ad ius etiam ſcriptum reda-
cta conſuetudo eſſe non deſinit. Solum-
modo namque redacta cenſetur, ne illam
probari opus ſit. argumento l. contrahitur. 4. ff.
de pignorib. Quod videtur quoque ſenſiſſe
Bartol. in l. de quibus. 32. 1. & 2. lectu: num. 8. ff.
de legib.

58 Nam, licet in ſe vera eſſet Bartoli opinio,
longè tamen deuiat ab interpretatione de-
ciſionis à conſulto traditæ in dicta l. 2. ff. de
vulgari in qua non ſimpliciter refertur, vel
recitatur conſuetudo, ſed ius nouum conſti-
tuitur, & noua forma, relata, quæ iam diu
obtinuerat, conſuetudine, vt ab eius pro-
mulgatione ius iam ciuile dicendum ſit. l. ius
ciuile. 7. ff. de iuſtit. & iure. facit in ſimili deciſio
c. relatum. 11. de teſtament. in quo conſuetudo,
vt clerici in pios vſus teſtari poſſent compro-
bata eſt, & ſcripto iuri adiecta, vt iam vbi-
cumque terrarum velut Pontificia lex & ge-
neralis obſeruanda ſit.

Quare cùm Iuſtinianus omnibus legi- 59
bus, quæ in Pandectarum libris continentur,
iuris communis authoritatem conceſſerit. §.
penultim. in proœm. Inſtitution. l. 2. §. has itaque. C.
de veter. iure enuclean. meritò illa conſuetudo
lex dicetur, quam expreſſim approbauit Vl-
pian. in dicta l. 2. & arctius Modeſtin. in l. iam
hoc iure. 4. ff. de vulgar. diui Marci & Veri con-
ſtitutione ius illud ſubſtituendi, quo vti-
mur, vt verba conſulti proferam, adproba-
tum eſſe oſtendit. cui ſententiæ poſt lon-
gam diſputationem conſentit Trenta-
cincq. de ſubſtitutionib. 2. parte, c. 1. numero 6. in
fine.

Vellem tamen, vt hæ contrariæ inter- 60
pretum opiniones conciliarentur: vtraque
enim iudicio meo vera fieri poteſt, ſi duo di-
ſtinguantur tempora: primum antequam d. l.
2. ac ſimiles. ff. de vulga. promulgatæ fuerint, ſe-
cundum poſtquam latæ ſunt. Ad illud re-
ferenda eſt primò relata Bartoli opinio, ad
ſecundum contraria: nulla ſiquidem duo-
decim tabularum lege, vel alia antiqua ex
ipſis deducta ſubſtitutio pupillaris appro-
bata fuerat, donec diui Marcus & Verus con-
ſuetudinem inueteratam ſua conſtitutione
confirmarunt, & ad ius, quo vtimur, redu-
xerunt, teſte Modeſtino in d. l. iam hoc iure. 4. ff.
de vulgar. Quod ideò ius commune factum 61
eſt. l. centurio. 15. intra quatuordecim annos (Pa-
pinianus ait) etiam propria bona filio ſubſtitutus
iure communi capiat. ff de vulgar. vbi poſt alios
Franciſc. Ripa numero 27. & ſanè magna cum
ratione, ne filius forſan matre & hæredibus
ab inteſtato ſucceſſuris deficientibus ſine
hærede decederet, quod inhoneſtum olim
putabatur.

Quoniam ea ſemper eſt ſumenda inter- 62
pretatio, ex qua pupillo vtilitas obuenire
poſſit. ex textu noſtro. Vnde modo pupilli hæ-
reditas conſideretur paternæ hæreditatis
portio, l. qui patri. 59. ff de acquiren. hæreditat. l.
quidam elogio. 20. C. de iure deliberan. modò
tamquam diuerſa hæreditas conſideretur l.
ſi pupillus. 42. ff. de acquiren. hæreditat. ſem-
per curandum eſt, vt filius cum teſtamento
decedat.

Quibus ita conſtitutis ſuccedit quæſtio 63
an expreſſa pupillaris ſubſtitutio matrem
etiam legitima priuet, quam ſibi naturalis
pietas in filij hæreditate detulit? In qua
quæſtione pro negatiua parte faciunt du-
bitandi rationes ſuperiùs adductæ, quibus
in huius repetitionis calce Deo dante ſatiſ-
fiet.

Deinde, nam qui nomine ac perſona 64
alterius actum gerit, nil amplius poteſt, nec
maiorem habet facultatem, quàm is, cuius
vice fungitur. l. ſed & hæ. 35. §. defendere. l. mi-

nor

nor viginti quin que annis. 51. in fine, ff. de procuratoribus l. verum. 63. §. 1. ff. pro ſocio. l. qui bona fide. 13. §. ſi alieno. in fine. ff de dam. infecto. l. alia cauſa eſt. 14. ff. ſoluto matrimon. non enim pater feciſſe videtur, ſed filius, cuius nomine fit. *l. 2. §. omnia enim. C. de veter. iure enuclean. c. 2. de offic. delega.*

Quare cum in hæreditate ac bonis filij, quæ mortuo patre propter continuationem dominij, ipſius efficiuntur, pater ipſe ſubſtitutionem pupillarem eidem filio faciat. *d. l. 2. ff. de vulgar. §. 1. Inſtitut. de pupillar.* ſicut filius pubes factus matre præterita extraneum inſtituere non poſſet, nec pater impuberis pro eo pupillares tabulas faciens extraneum relicta matre pro arbitrio ſuo ſubſtituere poſſe videbatur.

65 Rurſus prædictæ ſententiæ robur adijcitur, nam captatorias voluntates iura paſſim ciuilia improbant. *l. illa inſtitutio. 32. l. captatorias. 70. ff. de hæredibus inſtituend. l. captatoria. 64. ff. de legat. lib. 1. l. captatorias. 11. cum ſimilibus. C. de teſtament. milit.* De quorum iurium interpretatione latè Canoniſtæ *in c. cum tibi. 13. de teſtament.* Regnicolæ noſtri *in l. 31. Tauri, quæ hodie eſt l. 5. titul. 4. lib. 5. recopilation.* Fachin. *libr. controuerſ. iur. 5. cap. 57. 58 & 59* nec ex eis matri quoad legitimam iniuria facienda eſt, quam ſpecialis prouidentia lex illi detulit. *d. l. omnimodo. 30. C. hoc noſtro titul.*

66 Præterea hæc iuuatur ſententia, quoniam hodie legitima tam filiorum, quam parentum integra, illæſa, & à quocunque grauamine libera ſeruanda eſt. *l. quoniam in prioribus. 32. C. hoc noſtro titul. authentic. vt cum de appellation. cognoſcitur. §. aliud quoque capitulum. § ſiue autem, verſicul. ſancimus. §. hæc autem diſpoſuimus, verſicul. conſideramus, collatio. 8. l. 1. titul. 8. part. 6.* ita poſt alios Coſta *in d. c. ſi pater. 3. parte, verb. priuari non poſſit, numero 35. & verb. poteſt, numero 2.* ergo legitima ſua in ſpecie noſtra mater priuari non debuit.

67 Tum quoniam, etſi pupillaris ſubſtitutionis faciendæ priuilegium ſit patri conceſſum, intelligi tamen debet abſque detrimento, vel iniuria tertij. *l. 2. §. merito, & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco public. l. 1. §. illud. ff. de aqua quotidian. & æſtiua. l. reſcripta. 7. C. de precib. Imperator. offerend. l. ſi quando. 35. C. hoc noſtro titul.* vbi Bald. *numero 1.*

68 Tum etiam, quia iam hodie, is cui legitima iure naturali competit, nedum præteritus, ſed & exhæredatus inofficioſi actionem habet, ſi expreſſa non ſit aliqua ex cauſis, quæ referuntur *in authentic. vt cum de appellation. cognoſci. §. ſiue ergo, verſicul. ſancimus itaque, collatio. 8.* ergo fauore ſubſtituti præterita mater, vel exhæredata legitima ſua priuari non debuit.

Demum pro hac parte conſidero, iam hodie ſubſtitutionem pupillo factam, quoad aliunde quæſita, quam ab ipſo patre bona, nullius videri momenti, vt mater legitima priuetur. 69

Ratio enim, quæ ab Imperatoribus & conſultis præcipua iudicata eſt, quicquid olim quærebat filius, patri quæri. *l. placet 79. cum ſimilibus ſuperiùs, numero 36. congeſtu. ff. de acquiren. hæreditat.* vt de filij bonis, quæ ſua ex vi patriæ poteſtatis erant, non aliter, quàm de ſuis teſtaretur; iam hodie deficere videtur, cùm proprietas aduentitiorum ſtatim filio etiam in poteſtate acquiratur, patri vſufructu reſeruato. *l. cum oportet. 6. vbi propria materia. C. de bon. quæ liber.*

Quæ cum propria filij facta ſint, nec de ijs tamquam de ſuis pater teſtari poſſit, meritò dubitatur, quo ex capite mater, quæ poſt filij acquiſitionem ad eius ſucceſſionem ius habuit, legitima etiam priuanda ſit? in hac ſiquidem parte, ſi rei proprietas attendatur, pupillares tabulæ patris teſtamentum non verè dicentur, nec fictionem hanc ad iuris effectus prodeſſe fas erit, ne ex iure iniuria oriatur. *d. l. meminerint. 6. C. vnde vi.* 70

Ceſſante igitur ratione legis, quam *ſuperiùs* protulimus, eius effectus ceſſare debet. *l. adigere 6. §. quamuis ff. de iure patronat. c. cum ceſſante. 60. de appellationibus. & vtrobique* Accurſ. Bernard. & interpretes. Quare cum iam hodie in aduentitijs ſaltim bonis legum illarum ratio deficiat, immeritò in illis matri ſua propria legitima aufertur, pietate naturali illi delata. 71

Quibus & alijs fundamentis hanc partem defendunt Guillielmus de Cugn. & Corraſ. quos refert Trentacincq. *de ſubſtitutionibus 2. parte, cap. 16. numero 1. verſic. cum igitur.* & præ cæteris latè de his diſſerit huic ſe ſententiæ ſubſcribens Iacob. Menoch. *lib. 4. præſumption. præſumptio. 38.* poſt Decium & alios, quos refert Ioan. Dilect. Gualdenſ. *de arte teſtan. & cautel. vltimar. voluntat. tit. 5. de ſubſtitutionib. cautel. 6. num. 1. 2. & 3.*

Hæc tamen ſententia vera non eſt, contrariamque paſſim ſcribentes amplectuntur, quæ verior eſt, ac deciſioni noſtræ magis conſona. Pro cuius comprobatione primo conſidero noſtri textus verba, quæ adeò ſubſtituto pupilli fauēt, vt matri, vel alij cuicūq; 72

hæc di

Digitized by Google

hæredi contra teſtamentum patris, ſeu filij inofficioſi querelam habenti, eam, vel aliud quodcumque à iure præſtitum remedium denegent.

Quæ deciſio confirmatur *in l. Lucius Titius. 45. cum alijs eius tituli legib. ff de vulga. l. precibus. 8. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib. c. ſi pater. 1. de teſtament. libr. 6. abſque deductione* (inquit, *Trebellianica, ſiue partis iure naturæ debita facienda ipſis pauperibus, bona omnia deferuntur: præmiſſa namque ſubſtitutiones factæ de filio ad filiam, & contra, & de illis ad pauperes, directè debent intelligi pupillares. l. 12. titul. 15. parte. 6. l. 6. Tauri. ibi: y les ſean legitimos herederos, como lo ſon los deſcendientes à ellos en todos ſus bienes de qualquier calidad que ſean: en caſo, que los dichos deſcendientes no tengan hijos deſcendientes legitimos, o que ayan derecho de les heredar.*

Cuius regiæ legis vltimo loco relata verba Antonij Gomez. *in ea numero* 10. *verſicul. item & ſecundo dico*, ad ſubſtitutum pupillarem referenda iudicat; is enim ad pupilli bona præcipuum ius habet *ex ſupra traditis*, nedum ea, quæ contemplatione patris illi quæſita ſunt, ſiue tempore teſtamenti habebat, ſed & alia omnia, quæ poſtea quæſierit aliunde ex linea etiam materna, vel matris reſpectu ſibi oblata *l. ſed ſi plures* 10. § *ad ſubſtitutos. ff. de vulga.* quem textum in ſpecie Bald. quem *ibi* cæteri ſequuntur, ſingularem exiſtimat.

Quam ſententiam multis comprobarunt interpretes omnes *in præſen. d. l. Lucius Titius. d. l. precib. dicto c. ſi pater. & ibi* Coſta 3. *parte, verbo poteſt.* Anton. Gomez. *tomo variar. reſolution* 1. *c.* 4. *numero.* 7. Did. ac. Spin. *in ſpecul. teſtamentor. ſchol.* 26. *numero* 49. *verſic. vnde miror.* & plures alij, quos refert Trentacineq. *de ſubſtitutionib* 2. *parte. c* 16. *num.* 1. eos ſequutus *ibidem num.* 3. & 4. Andreæ. Fachin. *lib. controuerſ. iur* 4. *c* 42. Petrus Surd. cum pluribus alijs adductis *deciſio.* 273. *num.* 3.

73 Non obſtant, quæ aduerſus hanc veriſſimam reſolutionem fundamenta protuli. Non primum, quo probabam non ampliùs eum poſſe, qui alterius nomine actum gerit, quam is, cuius nomine fit, atque adeò patris teſtamento, quod pro impubere filio condidit, legitima ſua matrem priuari non poſſe. Vindicat enim ſibi locum prædicta regula, quando quis facit actum nomine, ac perſona alterius, in noſtro verò caſu pater potius ex perſona propria, & ſuo nomine teſtatur, prout ex verbis Vlpiani patet, & Bartol. *in præſ. numero* 3. licet ex priuilegio poteſtatis patriæ de filij quoque bonis teſtetur, dicaturque diuerſis reſpectibus patris & filij teſtamentum *ex præadductis iuribus.*

Vnde Anton. Gomez. *dicto c. numero* 7. 74
Dyni ſententiam limitat, quam tuetur Alberic. *in Rubr. ff. de vulgar. numero* 41. volentis matri deberi legitimam condictione ex legibus ſibi eam deferentibus, eam procedere adfirmans, cum pupillaris ſubſtitutus non adeſt, cuius fauore mater legitima etiam ſibi debita priuetur. *d. c. ſi pater. cum ſimilibus proximè relatis.*

Eodemque modo ſecundæ argumenta- 75
tioni ſatisfieri poteſt, cum captatoria voluntas à pupillaribus tabulis longè abſit, quæ patris etiam ſunt teſtamentum propter nimiam cum filio neceſſitudinem, & priuilegium ſibi à lege conceſſum.

Nec intereſt legitimam tam filiorum, quam parentum integram & illæſam ſeruari oportere. Hæc enim omnia ceſſant in ſpecie noſtra, in qua tabulæ pupillares patris etiam ſunt teſtamentum, contra quod inofficioſi actionem, aliudue iuris remedium vxor non habet.

Quod etſi non ita eſſet, non ſanè ini- 76
quum foret, in hoc ſpeciali caſu matrem legis authoritate legitima ſibi debita priuari, quæ non adeò ſtrictè ipſi, ſicut filio debetur, ex pietate potiùs, quàm iure naturali. *l. ſcripto. 6. vltim. ff. vnde liber. l. nam & ſi parentibus* 15. *cum ſimilib. infrà hoc titul.*

Quare communis reſolutio eſt parenti- 77
bus ſtatuto poſſe remedium ad legitimam in hæreditate filij conſequendam denegari, prout ex Ripa & Couarru. probat Eman. Coſta *in d. c. ſi pater.* 3. *parte verb. priuare non poſſit, numero* 42. E conuerſo adſciens in ſpecie *d.*
c. ſi pater. nihil profuturam pupillarem ſub- 78
ſtitutionem, ſi filius, cui facta eſt, malitia ætatem ſupplente filium genuiſſet, iſque adhuc viuus exiſteret, vel poſthumus relictus eſſet. quod probari ait *in l. ex facto.* 43. *ff. d. vulgar.* idemque latiùs probat ipſe *in d. c. ſi pater.* 1. *parte, verbo impuberes, numero* 11. Suecinum contrarium volentem ex eo improbans, quòd legitima filijs efficacius iure naturæ debeatur.

Quæ quidem Coſtæ opinio vera eſt, ſed 79
alia etiam ni fallor, ratione nititur, quia nepos, qui relictus eſt, vel poſt pupilli patris mortem agnaſcitur, præteritus tam aui, quàm patris ſui teſtamentum rumpit. *l. 3. cum alijs eiuſmodi. ff. de iniuſto rupto.* Quare ſi tabulas pupillares filij teſtamentum dixeris, nepos præteritus huius filius illud rumpet, ſi parentis vocetur, idem ius rumpendi habebit. Quod in matre ſecus eſt, nam, licet ei inofficioſi querelam contra filij teſtamentum iura conceſſerint, marito tamen licet eam vel exhæredem facere, vel præterire.

Vltimæ

80 Vltimæ difficultati *ex prædictis* reſpondetur, priuilegium patri à lege generaliter conceſſum, vt filio pupillariter ſubſtituat, nedum in bonis, quæ à patre, vel eius contemplatione acquiſiuit, ſed & in ijs, quæ aliunde habuerit, ne filius inteſtatus, ac ſine hærede decedat: quod indecorum olim putabatur, cum nemo alius vigilantiùs, & accuratiùs, quam pater filio ſuo conſulat, *prout ſuprà latiùs n. 38. adnotatum eſt.*

81 Sed ad fluctuantes opiniones ſedandas, vt matri legitimam auferat, Bartol. Baldi, & aliorum authoritate propoſita teſtatori conſulit Ioan. Dilect. *de arte teſtan. & cautel. vltimar. voluntat titul. 5. de ſubſtitution. cautel. 6. numero* 4. vt cautè, ac numeris omnibus ſubſtitutionem faciat eius concipiendæ modos deſcribens.

Ne tamen pupilli vitæ à ſubſtituto ad hæreditatem illius anhelante inſidiæ parentur, diuerſa remedia proponit idem Ioan. Dilect. *vbi proximè tota cautel.* 8. inter quæ potentius mihi videtur, vt ſubſtitutio pupillaris in ipſo patris teſtamento non fiat, ſed ab eo clauſa & ſeparata, ea lege indicta ne ante filij mortem aperiatur, vt eam ſubſtitutus ignoret, quod prior expreſſit Iuſtinian. *in §. ſin autem, Inſtitu. de pupillar. l. vlt.* quæ huius remedij formam accuratè deſcribit. *tit. 2 part. 6.*

82 Sed quoniam durum aliquibus viſum eſt, fauore pupillaris ſubſtituti matri auferri legitimam, in dubium incidit quæſtio, an illa iure poli ſaltem contra matrem iuſta ſit? in qua negatiuam partem tenuerunt Archidiacon. & Domini. *in d. c. ſi pater*, quibus adhærent Philip. Deci. *in l. precibus. 8. num.* 10. *C. de impub.* Gomez. *in c. 2. num. 9. de conſtitutionib. libr. 6.* Alciat. *de quinque ped. præſcriptio. in princip.* & plures alij, quos refert Trentacincq. eorum fundamenta proponens *de ſubſtitutionib. 2. part. c. 26. nu. 5.* Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 4. c. 42. ex verſic. controuerſia eſt etiam.*

83 Veruntamen hæc ſententia vera non eſt,
quamuis æqua videatur Gualden. *dicta cautel.*
6. num. 5. quia, cùm parentum legitima iure
poſitiuo ſit inducta. *d. l. nam & ſi parentibus. 15.*
infrà hoc titul. poterit tamen, principis, aut le-
84 gis priuilegio auferri. Quare ſummus Pon-
tifex, qui nihil vnquam cum peccato ſtatuit.
c. vlt. de præſcriptionib. c. vt animarum. 2. de conſti-
tutionib. lib. 6. c. 1. de iureiuran. eod. lib. cum multis
ſimilibus, matrem ſubſtitutionis pupillaris
cauſa etiam à legitima excludi docet in *dicto*
85 *c. ſi pater. t. de teſtament. lib. 6.* vt non immeritò
vigilantiſſimus in ſcriptis ſuis Chriſtianæ fi-
dei adſertor Couarru. *in c. Raynutius 16. §. 5. nu.*
vlt. de teſtam. Contrarium temeritatis & impu-
dentiæ arguat, dicentem audacius, quam par
eſt, iniquiſſimam fuiſſe *d. c. ſi pater* deciſionẽ.

Quapropter contrariam ſententiam, vt 86
pupillaris ſubſtitutio quoad Deum etiam iuſta ſit, & à peccato immunis, amplexi ſunt Socin. *in l. 2. num. 21. ff. de vulga.* Corn. *in d. l. precib. 8. num. 14. vbi* Curt. Iun. *eodem nu. 14.* Ioan. Crott. *in c. 2 num. 3. de conſtitutionib. lib 6.* Galliau. *in l. centurio. 15.* latè diſputans à *num. 365. ad 373. ff. de vulga.* ac plures alij. quos refert ſecutus Couarru. *in c. cum eſſes. 10. nu 1. de teſtament.* Politi ſententiam *tractat. de ſubſtitutionib. in Rubri. de pupillar. 5. effec.* dicentis Archidiaconi opinionem in bonis obtinere, quæ pupillus aliunde, quam à patre habuerit, falſam & à frequentiſſima ſcribentium ſchola alienam eſſe probans, ductus authoritate Zaſij *in tractat. de ſubſtitutionib. tit. de pupillar. num.* 22. eamdem opinionem defendit idem Couarru. *in c. Raynutius. 16. § 5. num. 6. de teſtament.* Anton. Gomez. *tomo variar. 1. c. 4. num. 7. in fin.* Coſta *in d. c. ſi pater. 2. parte, verb. ſuperſtite matre, num. 12. & in 3. parte verb. poteſt. num 8. in princip.* quamuis illum in contrarium partem inclinaſſe adſerat Didac Spino hanc ſecutus *in ſpecu. teſtamentor. part. 20. num. 49.* Alexander Trentacincq. fundamenta huius referens, & aduerſa diluens *dicto c. 16. num. 6.* breuius Fachin. *d. c. 42. prope finem.*

Huius autem quæſtionis vtilitas à dpatet, 87
nam ſi in conſcientiæ foro matri legitima deberetur, ſubſtitutus poſſet euangelicæ denunciationis remedio à iudice Eccleſiaſtico excommunicari, vt eam matri reſtitueret. *c. nouit. 13. de iudic.* ex quo & Bartolo à ſe relato ita tenuit Trentacincq. *in dicto c. 16. nu. 6. verſic. huius concluſionis vtilitas.*

Rurſus dubitari ſolet, numquid poſſit 88
mater pupillari codicillo legitima priuari? ſicut teſtamento poteſt. In qua negatiuam partem tenuiſſe videtur Ioan. Imolenſ. *in l. cohæredi. 41. §. cum filia. num. 12. ff. de vulga.* quem refert Lancelot. Galliau. *in d. l. centurio. 15. numero 41. ff. illo titul.* Roderic. Suarea *allegatio. 2. num. 18.*

Quos imprimis mouet, nullo iure tacite, 89
vel expreſsè cautum inueniri, vt pupillaris codicillus matrem legitima priuet, ne in præiudicium eius valere debeat, cum ex vulgato iuris prouerbio odia reſtringi, fauores ampliari oporteat. *l. cum quidam. 19. ff. de liber. & poſthum. c. odia. 15. & vtrobique* ſcribentes *de regul. iur. lib. 6.*

Deinde nam ſubſtitutio hæc pupillaris, ſi 90
vniuerſalis ſit, quæ matrem etiam legitima priuet, codicillo fieri non valet, quo nec adimi directò, nec dari hęreditas poteſt. *l. Sceuola. 76. cum vulgat. ff. ad Trebellian.*

Hanc tamen opinionem impugnant Co- 91
ſta *in d. c. ſi pater. 3. parte, verb. cenſendum. num. vlt.* dicens, contrariam communi ſcribentium

cal-

calculo receptam, ac deciſioni *d. c. ſi pater.* conſonam, quam ex eo fundat, nam licet in codicillo adimi, vel dari hæreditas directo nequeat, poterit tamen per fideicommiſſum legitima ſua mater priuari *l. 2. ff. de legat. lib. 1.*

92 Hodie verò apud nos, cum iure regio idem ius in codicillis, quod in teſtamentis obtineat. *l. 1. titul 14. lib. 5. recop.* dubium non eſt directam etiam pupillarem ſubſtitutionem codicillis contineri poſſe, vt in hac ſpecie altercatio ſcribentium quoad clauſulam codicillarē, ex qua directa ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit, ceſſare videatur.

93 Prædictis adijcitur quæſtio, vtrum ex tacita pupillari ſubſtitutione matri legitima auferenda ſit? In qua duæ ſunt opiniones contrariæ, quas retulerunt Didac. Spin. *in ſpeculo teſtamentor. ſchol. 13. num. 19.* Surd *deciſio. 273. num. 4.* Fuſius Alexand. Trentacincq. *de ſubſtitutionib. 1. parte, c. 12. quinque primis numeris,* vtriuſque partis fundamenta referens, negatiuamque ſcilicet ex tacita pupillari ſubſtitutione in vulgari contenta filij hæreditate matrem priuandam non eſſe, pro viribus defendens.

Quæ opinio ex his, quæ ipſe poſt longam diſputationē adijcit *vbi ſuprà n. 5. verſ. ex ſupradictis igitur,* verior mihi viſa eſt, quam egregiè defendit Coſta *in d. c. ſi pater 1 part. verb. pater. 2. & 2. parte verb. ſuperſtite matre num. 4.* Mantic. *de coniect. vlt. mar. volunta. lib. 5. tit. 13. n. 8 tit. 14. n. 4. 16.* idem in auia ſentiens. *nu. 21.* Michael Craſſ *in tractat. de ſucceſsionib. § ſubſtitutio. quæſt. 30. num. 3. & 4.* Fachin. *lib. controuerſ iur. 4. c. 40.* Quorum ſententia communi ex eis & alijs, quos ipſi meminerunt, ſuffragio recipitur.

94 Sed hanc communem ſententiam limitant Anton. Gomez. *tomo. var. reſolution. 1. c. 4. num. 10.* & præadducti interpretes, quoties expreſſè, vel tacitè conſtare potuit, patris voluntatem fuiſſe, vt mater etiam legitima priuaretur. *l. iam hoc iure. 5. ibi ſi voluntas parentis non refragetur. ff. de vulga. l vlt. C. de inſtitutionib. & ſubſtitution.* cum alijs iuribus, quæ refert Mantic. *dicto lib. 5. titul. 15. antè num. 1.* Coſta *in d. c. ſi pater. 2 parte, verb. ſuperſtite matre, numer. 4.* Michael Craſſ. *d. § ſubſtitutio. num. 5.*

Huius autem voluntatis coniecturas referunt Antonius Gomez. *proximè* adductus. Mantica *dicto tit. 15.* Trentacincq. *d. c. 12. à num. 31.* Craſſ. *proximè* relatus *quæſtio. 31.* quas ipſi latè proſequuntur.

95 Vnde diſputari ſolet, num tacita pupillaris ſubſtitutio alterius filij teſtatoris fauorem reſpiciens matrem excludat? Ex qua communis eſt ſententia duce Bartol. *in l. precibus 8. num. 7. & 13. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib.* matrem excludi, quam ipſe Bartol. iterum confirmat *in l. 2. numer. 44. ff. de vulga. vbi.* pro hac ſententia Accurſ. Azonem, & Iacob. Rauen. ipſe meminit, cum multis alijs, quos huic ſe ſententiæ ſubſcribens retulit Coſta *in d. c. ſi pater, 2 parte. verb ſuperſtite matre, nu. 10.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 5. tit. 11. num. 6. & 7. titul. 15. num. 30.* Craſſ. *in libro receptar. ſentent. dicto §. ſubſtitutio, quæſtio 31 num. 5.* Trentacincq. *de ſubſtitutionib. 1. part. c. 12. nu. 22.* Surd. *deciſio. 273. num. 4. & 5.*

Mouentur, quoniam teſtator filium ſuum magis, quàm vxorem diligere, & propriam ſobolem alienæ anteferre præſumatur. *l. iſti quidem. 8. ff. quod met. cauſ. l. cum auus. 101. ff. de conditionib. & demonſtrationib. l. cum acutiſsimi. 30.* & quæ in eis interpretes adnotant. *C. de fideicommiſſ. l. 10. tit. 4. part. 6.* Menoch. ex alijs *conſil. 144. num. 1. 3. & 4. lib. 2.* Quod Coſta *proximè* relatus expreſſiùs probari ait *in d. c. ſi pater. 1. de teſtament. lib. 6.*

Contrariam ſententiam amplexi ſunt 96
Bald. & Imola, quos præadducti referunt, & Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 4. c. 41.* Quoniam inquiunt, pupilli bona, & hæreditas matri potius, quàm teſtatoris filio debentur, cùm matri querelam inofficioſi lex deferat. *l nam & ſi parentibus. 15. infrà hoc titul. l. omnimodo. 30. l. quoniam in prioribus. 32. C. eod. ipſo noſtro titul.* fratri neget, niſi turpis perſona inſtituta ſit. *l. fratres, vel ſorores. 27. C eod. tit.*

Tertiam, ac mediam inter has duas ſen- 97
tentias protulerunt Alexand. *in d. l. 2. ff. de vulga.* Decius *in d l. precibus,* quos retulit Fachin. *dicto c. 41. verſic. tertia eſt ſententia,* eos hac diſtinctione vſos adſerens.

Aut filius impubes, cui facta eſt vulgaris expreſſa ſubſtitutio, patris hæreditatem adiuit, vt cum pupillari paterna commixta ſit, tunc Bartoli ſententia procedat, quia cum pupillo ſubſtitutus hæres teſtatoris ſit. *l. paterfamilias. 46. ff. de vulga. l. vltim. C. de hæredib. inſtituend.* ratione commixtionis huius conſequitur ſubſtitutus, quod aliàs non conſequeretur. *argumento l ſi commun. in fundum. 10. ff. quemadmod. ſeruitut. amittan.* de cuius intellectu Couar. *in practic. quæſtionib. c. 34. nu. 2.*

Aut filius ab hæreditate patris abſtinuit, & 98
Bartoli rationes quoad hæreditatem pupilli ceſſant, vt contraria ſententia ex prælatione matris in bonis filij locum habeat. Iniquum enim eſſet, vt ex tacita quadam interpretatione à luctuoſa filij hæreditate mater priuetur. *d. l. precibus. 8. C. de impuber l. vltim. C. de inſtitution. & ſubſtitutionib.* ſic à Cuiac. intellecta *lib. obſeruation. 12. c. 27. ad finem.*

Quo argumento vtitur Fachin. *dicto lib. 4. c. 40. & c. 41. verſic. ego in hac re ſic ſtatuo, vſque ad finem.* Ipſe tamen quoad pupilli bona, matrem ac ſubſtitutum, ſi frater pupillis ſit

vtrim-

vtrimque coniunctus pares efficit, vt eius hæreditas inter eos dimidenda ſit, quæ ſimul ipſis ab inteſtato deferenda erat. *authenti. defuncto. C. ad Tertullian. & in corpore, vnde ſumitur.l.4.titu.13 parti.6.* nec aliter diſponere voluiſſe ſic præſumendus teſtator, cuius voluntas talis eſſe præſumitur, qualem iuſtitia exigit *l.haredes mei.57.§.cum ita, & ibi* Bartol. *num.4.* Alexand *num.9. ff. ad Trebellian.* quam Fachineus tritiſſimam ac receptiſſimam propoſitionem prædicat.

99 Cuius tamen ſententia, ſi verum fatear, mihi non probatur, ne diuiſione more ruſticorum iuris apices explicentur contra Accurſij ſententiam *in l.Neſennius Apollinaris. 36. ſchol. vltim. ff. de negot. geſt. cum alijs iuribus, & interpretibus congeſtis à Pinel. in l. 2. C. de reſcinden.vendition.2.parte,c 4 num 40 ad fin.* quamuis in re dubia & obſcura hoc remedio, & concordia magnos ſenatores vti ſolere ipſe teſtetur, cui conſentit Cagnol. *in d. l. precibus. num.106.*

Præſens, ni fallor, abſque diuiſionis concordia indagari facilè poteſt, vt ea nobis vti non liceat: Nemo enim alter ex interpretibus hanc diuiſionem meminit, nec eò quæſtio pertinere videtur, quam ad ſolam matris legitimam ſcribentes referunt teſte Graſſo *vbi ſuprà quæſtio. 36.* alios omnes referente, quæ cum ad ſummum iure communi tertia ſit pars honorum filij, *authenti. de trien. & ſemiſſ. §. hoc obſeruando.* Fachin. poſt alios recte diſputans *controuer. ſiar. iur. lib. 4. cap. 28.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 1. ſchol. 6. numer. 1. titu. 8. lib. 5. recopilation.* ex qua hodie ſola tertia pars liberæ filiorum diſpoſitioni vacat, immerito dimidia vxor marito inuito gauderet, reſque ad inteſtati exitum reduceretur, ac ſi pupillo ſubſtitutio facta non eſſet, maxime apud nos ſtante *l. 7. Tauri,* hodie *l.4. titul.8.lib.5.recopilation.* quæ ius hoc fratri abſtulit.

100 Quare communis mihi ſententia probabilior, æquior, & iuri magis conſona ſemper viſa eſt. Ad cuius comprobationem argumento Fachinei vtitur Ripa *in d. l. 2. num.60. ff. de vulgar.* & ex eo Mantica *dicto lib. 5 titul. 15. numer. 30. verſicul. ſecundo etiam monetur,* filium à patre inſtitutum duplici, tacitæ videlicet ſubſtitutionis pupillaris, & ſucceſſionis ab inteſtato, iure nixum, matri præferendum.

101 Nemo autem ex interpretibus negat pupillari tacita matrem excludi, ſi hęc patris voluntas conijci poſſit. *d.l.iam hoc iure. 5. cum ſimilib. ſuperius numero 94. congeſtis. ff. de vulgar.*

Quæ quidem teſtantis voluntas maxime in controuerſis articulis principem ſemper locum obtinet. *authenti.de nupt.§. diſponat, collation.4.l.1.C. de ſacroſanct. eccleſ. l. in conditionibus primum locum. 19.l.pater Seuerinam 106. ff.de conditionib. & demonſtrationib. l. penulti. ff. de legat.lib.1.l.ex facto. 17 ff.ad Trebellian.* paſſim *vbique* interpretes. 101

Subſtitutionis autem huius faciendæ ius patri conceſſum ad omnia bona filij iura omnia, & interpretes extendunt, teſte ex Bartol. Ripa, Iaſon. & alijs Michaele Craſſo *lib. recept. ſententiar §. ſubſtitutio. quæſtio. 29. numero 2. & 3* Quin imo ſi ſubſtitutio ad bona patris teſtungatur, nec pupilli bona contineat, pupillaris non erit, prout ex aliorum plurium teſtimonijs, & rationibus edocuit Mantic. *dicto lib 5. titul 7. numer.11.* 102

Nec in ſubſtitutione pupillari tacita, vel expreſſa pupilli affectio, qui nec iudicium, nec voluntatem habet, ſed patris inſpicitur ex multis iuribus, & ſcribentibus, quos lata diſputatione, vt nihil amplius deſiderari poſſe videatur, congeſſit Mantic. *dicto lib.5.toto titul 11.titul.13.numer. 14.ex l. vltim. & alijs à ſe relatis. C.de curato.furioſi.* adſerens bonum pro filio conſilium patrem capere præſumi, cuius amorem in liberos pupillo ſubſtitutos nemo eſt qui neget *l ſcripto. 6.§.vltim ff. vnde liberi. l. iſti quidem.8.ff. quod met. cauſa.d.l. ſi pater. de teſtament.lib.6.cum ſimilib. ſuperius nu. 95.enunciatis.* 103

Contrariæ Fachinei argumentationi patrem, qui tanto ſuos filios proſequitur amore inciepantis, quod expreſſam pupillarem ſubſtitutionem non fecerit, vt ab hoc ſcrupulo liber fieret, hoc ideo feciſſe ſatisfit, quoniam ex communi ſententia præcipui amoris huius in filios coniectura, pupillo ſubſtituti matrem excludi nouerat, vel noſſe poterat: cuius adhuc iuris ignorantia pro filiorum prælatione præſumptionem non elidet. 104

Nec maritus iniuriam vxori faciet quamuis eam filij legitima priuet, iure hoc ſibi à lege conceſſo vtens. *l. nullus videtur. 56. l. factum.198.§.non videtur ff. de regul.l.3. §.1.vbi* Accurſ. *verb. vtitur* ſimiles adfert *ff. de lib.homin. exhiben. reg.14 titu.34.part.7.*

Quod ius *expreſſis numer. 102.* in bonis etiam pupillo vndecumque quæſitis iura patri conceſſerunt, vt mater iure conqueri nequeat, qui in mariti teſtamentum querelam inoffícioſi non habet, cuius ideo Vlpianus noſter pupillares tabulas, teſtamentum dixit, filij pupilli fauorem reſpiciens. *l. ex tribus. 26. C. hoc noſtro titul.* 105

titul. eum alijs, quas vt idem probet, enunciat Mantic. *dicto lib. 5. titul. 13. numer.* 15. intereſt enim eiuſteſtatum, & eum hærede decedere *l. Iulianus*, *alias l. ſi pupillus paterna. 42. cum ſimilib. ff. de acquiren. heredi. l.* 8. & 10. *titul. 5. parti. 6.* cuius fauor in bonis etiam, & hæreditate ipſius matris fauore præponderat.

106 Quod ſi ex pupillari expreſſa matrem in foro etiam conſcientiæ excludi *ex ſuperius adnotatis à numero 63. ad 87.* lata diſputatione conſtitit idem ius in tacita pupillari, generalibus verbis & coniecturis explicita, quæ teſtatoris voluntatem ſignificent, obtinere ex alijs probant Craſ. *dicta queſtion. 30. numero* 3. Menoch. in ſpecie *conſil. 144. ſex primis numeris lib.* 2. Mantic. *d. lib. 5. titul. 5. in princip. & paſſim alibi*, nec aliquis ex interpretibus negat. id enim, inquiunt, quod ex coniecturis conſtat, euidenter conſtare dicitur. *l. licet Imperator. 77. cum ſimilib. ff. de legat. lib.* 1.

107 Ex præfatis conſtat, regulariter pupillari expreſſa, vel tacita coniecturis explicita matrem legitima etiam priuandam eſſe, teſte ex alijs Surd. *dicta deciſ. 173. maxime numer. 3. 4. & 5.* Menoch. *dicto conſil. 144. in primis numeris.*

Quæ tamen concluſio limitanda eſt, quando mater ita inops eſſet, vt aliunde ali non poſſet, tunc enim cogerut ſubſtiturus, vel legitimam erogare matri, vel ſaltem ei alimenta præbere, prout poſt alios aduertit Coſta *in dicto c. ſi pater. 3. parte, verbo poteſt. numer.* 8. Trentaeinq. *de ſubſtitutionib. 2. parte, cap. 16. numero vltim. verſicul. nota, quod licet.* Ioan. Garſ. *de expenſ. cap. 4. numero vltim.* quem ſecutus refert Azebed. *in l. 10. num. 53 prope finem, titu. 1. lib. 4. recopilation.*

108 Vltra ea, quæ *in hoc textu, & ſimilibus* interpretes comminiſcuntur, quæſtio proponenda ſupereſt, quæ ſine poſſet quotidie accidere, eamque ab omnibus intactam relinqui, ſat mihi admirationis adfert. *Petrus* filium *Ioannem* nomine habebat, qui ob nuptias Tridentini Concilij ſolennibus peractis patria poteſtate ſolutus. *l. 1. titul. 4. libro 5. recopilation.* filium ex vxore legitima genuit, cui nomen *Franciſcum* obtigit. Quo adhuc impubere pater vltimam voluntatem ſuam teſtamento decedens expreſſit, & pupillaribus tabulis eo elogio contentis, quas pro pupillo iure fecit. *l. 2. cum ſimilib. ff. de vulgar.* eidem intra pubertatis tempora vita functo *Sempronium* quemdam extraneum ſubſtituit, etenim ſi alium ex filijs pupillo ſubſtitu ſſet, procul dubio is auum & alios adſcendentes excluderet, qui eo viuente aduerſus filij teſtamentum inoffícioſi actionem non habebant. Subſtituto inquam extraneo pupillus antequam pubertatem adtigiſſet, viuo adhuc auo ſuo *Petro* vltimum diem clauſit. Quæritur: an *Petrus* auus ex inofficioſi querela ſaltem quoad legitimam ſibi debitam ſubſtitutum excludat? an è conuerſo propter ſubſtituti fauorem debeat etiam ſua legitima priuari, prout *in noſtri textus ſpecie* cum matre actum eſt. Res eſt ambigua, ni fallor, & à nemine, quem viderim huc vſque diſcuſſa.

Pro adfirmatiua parte, auo ſcilicet paterno etiam in legitima pupillarem ſubſtitutum præferendum, primo facit, tempore conditi teſtamenti ae mortis ſuæ patrem *Ioannem* nihil auo, eidemque patri ſuo *Petro* ex bonis ſuis debere, ſed filio ſuo dumtaxat *Franciſco*, pupillo, cui pupillariter ſubſtituere ex vi patriæ poteſtatis iure optimo potuit. *d. l. 2. ff. de vulgar.* ſic itaque tum temporis *Ioannis* teſtamentum pater eius *Petrus* pupilli auus etiam præteritus ex inofficioſi querela impugnare non potuit, cùm adhuc eum nepos præcederet, & ob hanc rationem pupillares tabulæ ſuſtinentur ex manifeſta Vlpiani noſtri deciſione, quam in hoc ſenſu communi calculo ſcribentes accipiunt. Quod ex alijs prout indubitatum adſeruit Didac. Spino, qui in hac ſpecie auum paternum mani parem facit, *in ſpecul. teſtamentorum, ſchol. 23. numer.* 18. 109

Augetur difficultas, ſi mortuo pupillo filius alter teſtatoris remaneret, quo ſuperſtite eum ipſe patri ſuo nihil debeat, nulla huic videtur inofficioſi actio relicta.

Secundo facit, non eo iure debitam adſcendentibus legitimam, quo deſcendentibus debetur, prout *ex l. nam & ſi parentibus. 15. & ſimilib. infrà hoc titu.* ſcribentes deducunt, ex quibus plerique adſerunt ſtatuto tolli poſſe, quam poſitiua lege inductam conſentiunt, prout ex alijs docet Eman. Coſta *in dicto c. ſi pater. 3. parte, verb. priuare non poſſit. num. 41. & 42.* Ioan. Garſ. *de expenſ. cap. 4. num* 56. 110

Quare licet agnatione nepotis ex filio intra pubertatis tempora vita functo, malitia ętatê ſupplente (quod facile obuenire poteſt, teſte ex alijs multis Coſta *in dicto c. ſi pater. 1. parte, verb. impuberes*, n. 10. Mantic. *de coniectur. vltim.* ar. 111

vltimar. voluntat. lib. 5. titul. 12. numero 3. 4 & 5. teſtamentum paternum,& pupillares tabulæ ex ſuitatis potentia rumpantur, teſte eodem Coſta *vbi proxime à numer.* 11. & Mantic.*num.*2.8 *ac deinceps,*quos mouet deciſio *l.ex facto 43.ff.de vulgar.l.poſthumo nato. 2. C. de bonor. poſſeſſio. contra tabul. l. 10. titul. 1. part.6.*

112 Nontamen idem ius auo competere poteſt, cum de filiorum ad parentum legitimam argumentum æquum non ſit, quæ filijs efficacius debetur.

Quam differentiam inter alias ſingularem prædicat Berengar. Ferdin. *in repetitio. l.in quartam. 91. ex numer. 93.ff. ad leg. Falcid.* Coſta *in d. c. ſi pater. 1. parte, verb. impuberes, nu.* 11 *ad med.* Ioan.Garſ.*de expenſ.c.4.nu.56.* Maximè cum, vt prædixi, viuente pupillo conditi teſtamenti tempore, nihil *Petro* auo *Ioannes* teſtator debeat.

113 Quod ſecus eſſet, in filio teſtatoris, mortuo pupillo ſuperſtite, cui legitimam neceſſario debet. *l. omnimodo.* 30. *l. quoniam in prioribus* 32. *C. hoc noſtro titu.* nec eo prætetito *ex textu noſtro* pupillaris ſubſtitutio conſiſtere poteſt.

114 Vltimò hanc partem iuuat communis interpretum adſertio indiſtinctè volentium, præſentem Vlpiani deciſionem in matre loquentem ad alios quoſlibet adſcendentes, qui in bonis pupilli legitimam habeant, ob eamdem rationem extendendam. Quod indubitatum ex alijs contendit Guilhelm.Benedict.*in c. Raynutius.16.1. parte, verb. ſi abſque liberis moreretur. 2. tractat. de pupillar. ſubſtitutio. numer.*87. Didac. Spin. *in ſpecul.teſtamento.ſchol. 23. de pupillar.ſubſtitution. num.*18.

115 Sed profectò contrariam ſententiam non minora illuſtrant fundamenta. Illud imprimis conſidero, in ſucceſſionibus, & effectibus vltimarum voluntatum præſens, mortis ſcilicet pupilli, non item præteritum paterni confecti teſtamenti tempus ſpectandum. *l. cum certum.* 10. *vbi* Accurſ. *ſchol. vltim.* & ſcribentes communiter. *ff. de auro & argen. legat. l. vinum. 22. ff. ſi cert. petat. l. vltim. vbi* Accurſ. *verb. debuit* ſimiles adfert. *ff. de condiction. triticar. l.8. & ibi* Gregor. *ſchol. vltim. titul.1.parti.* 5. Pinel. communem dicens *in l. patte Rubric. C. de reſcin. venditio. cap. 3. numer.21. cum duob. ſequentib.* maximè, cum ex pupillari pupillo, non teſtatori ſuccedatur, prout ex Bartol. *in d. l. 2. numer.* 30. *ff. de vulgar.* indubitatum adſerit Craſ.*lib. recepiar. ſententiar.§ ſubſtitut. q.29. n.1.*

116 Cum igitur ſucceſſionis tempore, quod vtique præſens eſt, filius cui ſubſtitutio facta eſt, extinctus adpareat, nec auum paternum vllus præcedat: ſi pupillares tabulas ad filij bona referas, eiuſque teſtamentum appelles, auus habet contra eas inofficioſi querelam, cum adſcendentium, & deſcendentium quoad eam iure ſaltim poſitiuo par cauſa ſit. *d.l. nam & ſi parentibus. 15. infrà hoc titul. l. quoniam in prioribus. 32. cum alijs eiuſdem tituli Codicis. d. c. ſi pater. 1. de teſtament. lib. 6. l. 1. titu. 8. lib. 5. recopila.* ſi vero eas patris teſtamentum malis, in eas etiam pupillo morte ſublato *Petro* auo ex præfatis iuribus querela inofficioſi competit. Nullus ergo caſus *in præſent. effigie* conſiderari poteſt, in quo remedium iſtud auo paterno ereptum ſit.

Idque apertius denotant diuerſæ ra- 117
tiones, quas ad excluſionem matris, & fratrum teſtatoris, vel pupilli conſultus noſter protulit. Quæ omnes & ſingulæ potiſſimum ex eo robur accipiunt, quod teſtamentum ab eo factum inueniatur, qui legitimam excluſo non debeat.

Ad excluſionem matris pupillares tabulæ patris teſtamentum dicuntur qui nullam vxori ſuæ legitimam debet, licet bona illa poſt mortem patris propria pupilli facta ſint. Vt autem frater teſtatoris turpi etiam perſona ſubſtituta hæreditate priuetur, filij teſtamentum è conuerſo dicentur, qui patruo ſuo *in hac ſpecie* nihil debet. *d.l. fratres, vel ſorores.* 27. *C. hoc noſtro titu.*

Quod in pupilli fratre generaliter ob- 118
tinet ex prædicta ratione, quam *in hoc textu & ſimilibus* ſcribentes magni faciunt, dummodo pupilli frater ob ſubſtitutum excluſus à patre communi in legitima ſua ſit inſtitutus, prætentus enim patris teſtamentum, ac per conſequens tabulas pupillares rumpit, & vtrique, patri videlicet, ac fratris inteſtatis ſuccedit. *l penulti. cum ſimilib. ff de iniuſto rupto.*

Quæ rationes *in ſpecie noſtra* inutiles 119
ſunt, à qua ipſarum variatio diſtona eſt, ſiquidem tam pater, quam filius adſcendenti ſuo, quem nullus præcedit, legitimam debent, qui in vtriuſque teſtamenta inofficioſi querelam habet, vt nullo ex duobus prædictis iure legitima ſua priuari debeat.

Neque lubens patiar ex Vlpiani deciſione ad hanc ſpeciem, in qua nulla ipſius ratio præualet, extenſionem fieri, cum excluſio huiuſmodi odioſa ſit, & odia ex vulgato iuris dicterio reſtringi oporteat. *c. odia. 15. cum complicib. de regul. iur. lib. 6.* quod ex alijs rectè examinat Farinac. *tom. 1. fragmentor. criminal. litt. E. verbo extenſio à, numer. 115. ad 120.*

120 Ex quibus hanc vltimam ſententiam potiorem iudico, cui parum obſunt fundamenta contraria. Non pucmum: nam, licet tempore facti teſtamenti, quo pupillus filius adhuc viuebat, legitimam pater auo non deberet, debuit tamen mortuo ante pubertatem filio, qui eodem obligationis vinculo auo præmoriens obſtrictus erat, de cuius ſucceſſione agebatur *ex adnotatis numer. 115. ad finem,* quod, *vt ibidem prædixi,* tempus in ea ſpectandum eſt. eò ſiquidem inter auum quem nullus præcedit & ſubſtitutum lis inſtituitur, vel inſtituta inuenitur.

121 Præſertim, cum à die mortis eius, cui ſucceditur, non antea teſtamentum confirmetur. *l. 3. & 4. ff de adimend. legat. l. 3. ff. de codicill. l. ſi quis in principio teſtamenti. 23. ff de legat. lib. 3. c. cum Martha. 6. verſicul. nouiſſimum etenim. vbi* Bernat. *verb. non valet de celebratione miſſar. l. 25. titu. 1 parti. 6.* Couarru. *2. parte Rubri. de teſtament. numer. vltim.* Idque filij teſtamentum ſit, cuius intra pubertatem morte, non antea vires recipit, ac de hæreditate agitur, ex ijs quæ poſt alios adnotat Manric. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 5. titul. 11. numer. 2. ex iuribus ab eo ad ſcitis.*

122 Huc pertinere videtur, quod notat Bartol. *in d. l. 2. numer. 34. ff. de vulga.* vbi additio alios adfert. & ſequitur eos Ripa *numer.* 47. ex pupillari tacita ab auo nepoti ex filio emancipato, in poteſtate retento facta filium pupilli patrem non excludi: non enim, inquit Bartol. præſumendus eſt auus alienam ſobolem propriæ anteferre. Quam Bartoli rationem alijs ornat, & confirmat Mantica *proximè relatus titul.* 14. *numero* 17. quamuis ipſe *hoc, & tribus numeris ſequentibus* multis probare contendat, in hac pupillari tacita fortiores, quam in matris ſpecie voluntatis teſtatoris coniecturas inueniri.

123 Ego verò rationem *ſuperius n. 117. ac duobus ſequentibus* ex noſtri textus ſerie deductam, vt filius emancipatus ſubſtitutum tacite vel expreſſe ab auo pupillo extraneum excludat, potiorem iudico, quia ſcilicet tam in patris ſui, quam filii bonis legitimam, & querelam habet, & legitimam ſibi debitam conſequitur.

124 Quod ſi in ſpecie à Bartolo propoſita auus filio ſuo emancipato legitimam ſuam reliquiſſet, nepoti pupillo in reliqua ſubſtantia ſua inſtituto hæredi ex tacita vulgari extraneum ſubſtituiſſet, probabilius eſt, noluiſſe auum, vt filius nepotis hæreditate priuaretur ex propriæ ſobolis prælatione, quam Bartolus conſiderat, & ijs quæ poſt Imol. Alexandr. & alios à ſe relatos adnotat Mantica *dicto titu. 14. nu. 19.* niſi ex conjecturis ſecundum eum *n. 20.* hæc aui voluntas detegatur.

125 Hodie verò iure regio, cùm legitima filiorum ſint omnia patris bona dempta quinta parte liberæ ipſius diſpoſitionis relicta. *l. 12. titul. 6. l. 8. titu. 8. lib. 5. recop.* domin. & auus meus Ioan. Matien. poſt alios à ſe relatos *in l. 1. ſchol. 1. num. 1. l. 2. ſchol. 3. nu. 2. l. 3. ſchol. 3 num. 4. ſchol. 4. num. 1. titu. 6. lib. 5. eiuſd. recopilat.* ſubſtitutio pupillaris etiam expreſſa ab auo facta in tertia bonorum ſuorum parte, in qua nepotem inſtituere poteſt, patrem pupilli aliosque aui teſtantis deſcendentes non excludet, cum eam extra deſcendentes ipſi relinquere non liceat. *l. 11. titul. 4. lib. 5. recop.* atque in ea nepos patri ſuo filio teſtatoris legitimam debeat.

126 Bene tamen poſſet pater in tertia bonorum parte ſubſtituere pupillo extraneum, vt is etiam, ſi teſtatoris deſcendentes pupilli fratres, vel ex ijs filij ſint. eos excludat, quia pupillares tabulæ filij teſtamentum dicuntur, qui fratribus ſuis, eorumque filijs nihil debet teſte eodem domino & auo meo Matien. plures alios adferente *in proximè adducta l. 11. ſchol. 9. n. 4.*

127 In quinta verò parte, quæ liberæ aui, vel patris eſt diſpoſitioni relicta, quilibet ex eis poterit filio, aut nepori, vulgariter, vel pupillariter ſubſtituere, quam alij cuicumque relinquere licet. *ex præadductis iuribus num. 125. argumento l. in re mandata. 21. cum ſimilib. C. mandati.*

128 Neomihi probat contrariam reſolutionem communis adſertio, matris ſpeciem verbis Vlpiani expreſſam ad adſcendentes omnes ampliandam: cum in auo, & aliis adſcendentibus paternis ſit diuerſa ratio, & duplex obligationis vinculum, in teſtatore ſcilicet, & pupillo.

129 Aliorum matris progenitorum, & matris ipſius par cauſa eſt, cùm pupillares tabulæ ad eorum excluſionem patris teſtamentum ſit, qui nullam ipſis legitimam debet.

130 Ex hac & alia inducitur quæſtio, An pupillo ante pubertatem vita functo adhuc ſuperſtite matre, cui ſubſtitutus pupillo etiam in legitima præfertur, poſſit auus, patris pupilli pater querela inofficioſi ſaltem ad legitimam agere? Et quidem ſuperiore admiſſa ſententia, dubia redditur ob matris præcedentiam huius reſolutio.

Dicendum enim prima facie videbatur matre iure ſuo fauore ſubſtituti excluſa auum querela inofficioſi agere poſſe, non ſecus, ac ſi prior filio mater mortua fuiſſet.

Quo

Quo argumento non obſtante contraria ſententia mihi magis placet, cùm conſidero præcedere auo paterno matrem, vt ea viuente ius nullum ipſi competat niſi, ab ea expreſſa repudiatio facta fuiſſet.

131 Matri autem præfecti ſubſtitutum, qui cum eam vincat, & in eius excluſæ locum ſubſtitutionis delato ſibi iure ſuccedat, auum etiam, qui à matre vincitur ſuperabit, *argumento l. de acceßionibus. 14. cum ſimilib. & ijs quæ inibi* ſcribentes adnotã: *ff. de diuerſ. & temporal. præſcriptionib.* quamuis adhuc auunus non redeat, cum matris excluſio alieno iuri non derogat, nec eius poteſtati relinqui fas videatur, ſi nolit iuri ſuo renunciare, ſobſtitutum auo præferre, vel ſi renunciet, auum ſubſtituto. tu cogita.

132 Quid autem iuris ſit, vbi cum auo paterno, maternus concurrit? dubitari poſſet? Ego ſane ſub doctiorum iudicio cenſerem, partem ad auum paternum ſpectantem eidem, quem in ea nullus alter præcedit: quæ auo materno deberetur, ſubſtituto obtingere, qui eum excludit, vt ſimili deciſioni conſulti pateatur, nec vlla contra eam fiat auo paterno iniuria in legitima, quam vel teſtator, vel pupillus ei deberent, hiſque abſoluitur præſens diſputatio, quæ ne propoſita alijs forſan latiùs diſputandi anſam præbebit.

133 Omitto quæſtiones ad compendiuſam ſubſtitutionem ſpectantes tam à milite factam, de qua Fachin. *dicto lib. 4. controuerſiar. iur. cap. 48* ad conciliationem, & intellectum *l. precibus 8 C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib. l. centurio. 15. ff. de vulgar.* quam à pagano, quam diſputat idem Fach *ca 44. & 45.* an, & quando ſubſtitutio iſthæc fideicommiſſaria cenſenda ſit, quam rectiſſime alijs adductis ipſe reſoluit, & egregiè diſputat Surdus *tota deciſ. 27 ... 1. parte.*

134 Quibus ita conſtitutis, vt huic diſputationi finem faciam, rationibus dubitandi ſupra in principio propoſitis ſatisfiet. Non officit prima dubitandi ratio: legitima enim parentibus iure naturali non debetur. *l nam & ſi parentibus. 15 infrà hoc titu.* ſed pietate potius quadam naturali legum latores moti in filiorum amiſſorum ſolatium eis illã in bonis filij nepotis, aut cui ſuis ex deſcendentibus relinqui curatũ. *l ſcript. 7. §. vlt ff vnd. liber. non ſic parentibus* (Papinianus ait) *liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas, cũ parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittat, liberos natura ſimul. & parentũ commune votũ. d l. nam & ſi parentibus. l. iure ſuccurſum eſt. 6. ff de iure dotis,* Bald *in l. 1 §. ius naturale. ff de iuſtit. & iure.* eoq; relato Anton. Gomez. *tom. variar. reſol. 1. c. 4. n. 7. prope fin.* plura inde notabilia deducens.

Quare cum legitima iure naturali matri non debeatur, principis priuilegio, qui ſuprà ius eſt *c. propoſuit 4. de conc ſſio prabend. l. princeps. 31. ff. de legib. l ſi imperialis. vlti. C eod titu. l. 16. titu. 1. part. 1.* iure ipſo, vel ſtatuto potuit matri auferri, prout ex Coſta & Ioan. Garſ. *ſuper. m* probauimus *num* 110. 135

Sed contra hanc ſolutionem vrgent ea verba *d. c. ſi pater. 1. de teſtament. lib. 6. ſiue partis iure naturæ debita.* Quibus ſatisfieri poteſt, ſi debita hæc pars ad eam, quæ matri debetur, referatur, vti notat Coſta *in d. d. c. ſi pater. 3. parte, verb. priuare poßit, numer. 42.* ſummum Pontificem largo modo fuiſſe locutum, non adeo ſtrictè & propriè, ſicut conſulti protulerunt, quorum deciſionibus in illius textos explicatione ſtandum eſt. *l. non eſt nouum. 26. cum dualus ſequentib. & in eis ab interpretibus adnotatis. ff de leg b.* 136 137

Cuius interpretationis veriſſimæ à ciſe Coſta *proximè* adducto, euidens argumentum eſt, naturaliter debitam matri legitimam pupillaris ſubſtitutionis cauſa eidem abl tam eſſe. Quæ ſi omnino iure naturæ debita fuiſſet, tolli non potuiſſet. *§. ſed naturalia, Inſtitut. de iure natura gent & ciuil.* 138

Quò fit, vt ſi ius à pupillo malitia ætatem ſupplente genitus ex pupillari ſubſtitutione legitima iure naturæ ſibi debita priuari nequeat, prout *ſupra ex alijs latius numer* 111. probaui, & aduertit Coſta *d. numer. 42.* 139

Quod ſi in *d c. ſi pater* deductio *Trebellianica, ac partis iure natura debita* ad filios reſtituere grauatos referenda ſit, prout non ſemel *in eo* expendit Coſta, maxime 2. *parte, verb debita,* non tam vtique fauore pauperum, quàm iure ſubſtitutionis, pupillaris ad pauperes pupillis ſubſtitutos: propria etiam eorum bona excluſa quidem à ſua legitimè matre, ex noſtri textus ac ſimilium deciſione ſpectant. 140

Æquiparatio autem adſcendentium, & deſcendentium quoad legitimam in lege regia facta cum qualitate diſcriminis intelligenda eſt quod expreſſit Papinianus *in d. l. ſcripto. 7 ff vnde liberi. l. nam & ſi parentibus. 15. infra hoc tit. l. iure ſuccurſum eſt. 6 ff de iure doti.* diximus ex alijs. *n. 112. & 134.* 141

Nec intereſt poſſe neminẽ cauere ne leges in ſuo teſtamento locũ habeant; nõ enim teſtatur contra legem qui pupillarem ſubſtitutionem facit, quam patri ſpeciali prouidẽtia, tione ac priuilegio lex permittit, ne filius inteſtatus & ſine hærede decedat *d. l ſi pupillus paterna. 42 cum ſimilib ff de acquirend. hæreditat l. 8. & 10 tit. 5 part. 6.* diximus *ſuprà n 58.* Nulla verò matri contra tabulas pupillares inofficioſi actio datur, cùm patris teſtamentum ſit, qui pietatis officium vxori non debet. 142

143 Menochij autem *de præſumptionib. lib. 4. præſumption.* 38. argumentationes ſecundum Fachin. *lib. 4. controuerſ. iur. c.* 42. ex deciſione noſtra eliduntur. In qua tabulæ pupillares patris, & filij teſtamentum diuerſis reſpectibus cenſentur. Patris, vt querelam, quam matri pupillus prohibere non poteſt, pro eo pater in ſuo teſtamento ſpeciali legis priuilegio poſſit. Quam autem per ſe pater filio alteri ſuo, vel fratri turpi perſona inſtituta prohibere non poſſet, pro filio teſtatus poſſit, ex diuerſa conſulti ratione, quia nec mater in patris, nec teſtatoris frater, aut filius in pupilli teſtamentum inofficioſi actionem habent.

144 Hinc patet contra Menochium, eis tantum querelam concedi, quibus legitima debetur, quod *ex verbis d. l. omnimodo.* 30. *C. hoc titul. à ſe relatis* probat Fachin. *dicto cap.* 42.

145 Priuilegium autem patri conceſſum, vt filio impuberi, quem velit ſubſtituat, non tam prouidentiæ ipſius, quam legis beneficio & fauori pupilli adſcribendum eſt, *ex adnotatis ſupr. nu.* 105.

146 Nec ſane melior eſt matris, quàm filiorum conditio, prout *ſupra in dubitandi ratione* contendebam, licet iure antiquo filius indicta vel ſaltem non probata cauſa exhæredari poſſet, mater, non aliter, quàm ſi propoſita probaretur. *l. liberi.* 28. §. *ſin autem. C. hoc noſtro titul.*

147 Quoniam diſcriminis huiuſce ratio ab amore parentum potius, qui facilius in filios deſcendit, quam filiorum adſcendat in parentes quam ab alia qualibet fauoris cauſa petenda eſt, teſte Accurſ. *in d. l. liberi, verb. probato,* quem ſequuntur Salycet. Iaſ. & alij. Hodie
148 nouiori iure tā in filij, quam in parentum exhæredatione pariter cauſam adijci & ab hæredibus probari opus eſt. *l. omnimodo.* 30. *C. hoc noſtro titu. authen. vt cum de appellat. cognoſci. §. ſic igitur, collat.* 8.

149 Secunda dubitandi ratio non obeſt, multi namque ex interpretibus teſte Paulo Caſtren. *in lege noſtra. 2. lectu. num. 7. ad fin.* vt illius deciſio procedere poſſit in vna ex duabus ſpeciebus eam ſore intelligendam cenſent. Prima, cum diuerſa ſunt ea, in quibus variatur, veluti ſi diuerſæ ſunt altera ab altera perſona. Secunda, quando circa idem negotium, & eandem perſonam variatio fit. Tunc aut in eadem inſtantia, & poteſt variatio fieri variatio fieri. Aut in diuerſis inſtantijs, & ſubdiſtinguunt interpretes. Si quis in priore obtinuit, variare non poteſt: quòd ſi ſuccubuerit, poteſt. *l. Aurelius. 29. §. idem quæſiit. ff. de liberation. legat.*

150 Hæc tamen difficultatis ſolutio, ſicuti & alia, quam Accurſius in præſentiarum proponit, perplexitatem continet, nec vlla ex ipſis deciſioni noſtræ apta iudicari poteſt, potiùs enim ad ipſius declarationem iudicio meo nebulam infundunt, quàm rem explicant.

Quapropter Bartol. *in præſent. numer. 2. in fine.* Paul. *1. lectu. numer.* 3. Bartol. *in l. de rebus.* 14. *ff. rer. amotar.* in hac difficultate ſequar adſerens à conſulto nullam fuiſſe variationem factam, quæ diſparis intentionis, vel pugnæ vitio notari poſſit. Non enim contraria inter ſe, aut diſſimilia ſunt, quæ ab Accurſio, & alijs varia reputantur. Verum quippe eſt dicere, non eſſe factum à filio ſed à patre teſtamentum, & ſimul verum eſt, non fuiſſe factum ſuper hæreditate patris, ſed filij cum ad totam ipſius ſubſtāti, referri valeat. 151

Quare ſubſtitutio pupillaris dicitur propriiſſime teſtamentum patris, & filij. *l. patris & filij* 20. *ff. de vulgar.* pars & ſequela paterni teſtamenti. §. *liberis. Inſtitut. de pupillar.* diuerſis reſpectibus, ſeu rationibus, quæ diuerſos operantur effectus, vt plenius teſtantis voluntas ſubſtineatur, quam iura pro lege haberi volunt. *authenti. de nupt. §. diſponat, cum vulgat. collation.* 4 atque impubes teſtatus decedat, *dicta l. ſi pupillus paterna.* 42. *ff. de acquiren. hæreditat.* Idemque operatur differentia hæc vna ipſa lege contenta, quam ſi in diuerſis exprimeretur. 152

Non obſtat denique tertio loco contra deciſionem noſtri textus propoſita argumentatio, qua tuebar teſtamentum patris pro parte petente filio rumpi nō poſſe. Nam aut teſtamentum per ius dicendi nullum, aut per contra tabulas rūpitur, vt ab interpretibus viitata loquendi formula vtar, & pro parte rumpi nequit, licet hoc ſecundo caſu legata conſeruentur. *l. 1. 2 & 3. cum ſequentib. ff. de legat. præſtand.* imo, & ſubſtitutio pupillaris in ſuo robore maneat, ac legata à ſubſtituto relicta præſtentur *l. filium impuberem* 5. *ff. illo tit.* Accurſ. *verb. non valeat in. §. liberis autem, Inſtitut. de pupilla. ſubſtitut.* quamuis alij contra ſentiant. Quod hodie indubitati iuris eſt. *authenti. ex cauſa C. de liber. præterit.* 153

Altera eſt ſpecies ab omnibus indiſcriminatim admiſſa, cum querela inofficioſi proponitur, de qua Vlpianus noſter agit. *l. mater decedens.* 19 *l. circa.* 24. *infrà hoc titu.* poteſt enim teſtamentum *ex textu noſtro, & ſimilibus* pro parte ſubſtineri, pro parte reſcindi. 154

Diſcriminis ratio nō incōgrua ſolet ab interpretibus adſignari. Primo enim caſu teſtamentū in forma, & ſubſtantia, vt ita dixerim, vel ſolennitate peccat, quæ, cū ſit quid indiuiduum, pro parte conſiſtere, & pro parte euerti non poteſt. *d. l. penulti. ff. de iniuſ. rupto.* 155

Secundo

156 Secundo caſu teſtamentum in forma non peccat, quam omnino ſeruat teſtator, etiamſi filium exhæredem faciat. *princip. Inſtitut. de exhæredat. liberor.* tunc propter impietatem teſtatoris reſcinditur, quæ in filium exhæredatum, non in alium exercetur.

157 Quàm ſolutionem ita explicite primus ſignauit Paulus Caſtrenſ. *in præſen. 2. lectur numer. 5. verſic. ſed contra ſecundo*, quam ab eo mutuatus videtur Anton. Pichard. *in §. [illegible] autem. 6. num. 18. Inſtitut. de pupillar.*

158 Hodie quidem ex veriore ſententia, quam eleganter & accuratè defendunt Angel. *in præſen. numer. 1.* Coſta *in d. c. ſi p. ater. 3 parte, verb. cenſendum ex num. 9.* quamuis teſtamentum ex poſſeſſione contra tabulas, vel iure dicendi nullum rumpatur, pupillare ſubſtinetur, legataque & fideicommiſſa in eo relicta conſeruantur. *authentic. ex cauſa. C. de liber. præterit.* vt huic iam difficultati nullus locus vacet. Idemque iuris in tertij & quinti prælegato, vulgò *mejora de tercio y quinto*, vt teſtamento rupto ſubſtineatur, expreſſim decidit *l. 8. titul. 6. lib. 5. recopilation.* Atque iſthæc ad præſentis deciſionis breuem atque vtilem interpretationem ſufficiant.

Ex l. die ſponſaliorum. 25. §. qui pecuniam. ff. depoſiti.

S V M M A R I A.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Concluſio ex littera textus deducitur.*

3 *Actio depoſiti ceſſare videtur, vbi mutuum expreſſum eſt.*

4 *Dominij tranſlatio depoſiti natura repugnat, & mutuo conuenit.*

5 *Pacta in continenti adiecta ſubſtantiam contractus non immutant, ſecùs, ſi ex interuallo.*

6 *Mutuum inducitur ex pactione,* vt accipiens vtatur, *vel* tantumdem reddat.

7 *Id attenditur, quod principaliter agitur.*

8 *Voluntas contrahentium inſpicienda eſt, & ex ea ſpecies contractus deducenda.*

9 *Pactio incontinenti adiecta actionem ipſam informat.*

10 *Depoſitum pecuniæ ea conditione factum,* vt vti liceat, *ante vſum depoſitum, poſt illum mutuum dicitur.*

11 *Pactum in venditione adpoſitum, ne depoſitæ rei dominium in emptorem transferatur, venditionis contractum perimit, & locationem inducit, vel aliud genus contractus pactioni conueniens.*

12 *Pactione adiecta contractui, quæ illum in alium transferat, is dicitur contractus factus, quem pactio ipſa demonſtrat, vt aliquid contrahentes agant.*

13 *Non adeò venditioni competit dominij tranſlatio, quàm depoſita ipſius retentio.*

14 *A depoſiti natura alienum eſt, eamdem rem non reddi.*

15 *Depoſitarius, qui re depoſita vtitur, furtum committit.*

16 *In lege noſtra depoſitum irregulare celebratum eſt, vt Rubrica ſua conuenit.*

17 *Quoties aliquid cuſtodiendum datur, toties verum depoſitum dicitur.*

18 *In depoſito irregulari, quod mutuum ſapit, vſura non præſtanda videbantur, ad inſtar mutui, in cuius locum ſubrogatur.*

19 *Mutuum ad ſtricti iuris contractus pertinet, in quibus poſt moram vſuræ non debentur, niſi in ſtipulatum deducantur.*

20 *Forma diſſimilis pecuniæ tradendæ, ſiue ſacculo clauſa, ſeu numerata contractibus ſubſtantiam non accommodat, qui ſolo conſenſu perficiuntur.*

21 *Lex contractibus adiecta ipſorum ſubſtantiam indicat.*

22 *Interpretum diſtinctio inter pecuniam ſacculo clauſam, & numeratam iuri conſona videtur.*

23 *Ex hac tradendæ pecuniæ diſtinctione diſſimiles contractus non inducuntur.*

24 *Verbum* obſignatam *Papinianus omittere potuiſſet.*

25 *Parum prodeſt numeratio, ſi voluntas vtendi in contrahentibus deficiat.*

26 *Iura conſona, & interpretes de legis noſtræ materia agentes enarrantur.*

27 *Ad vſurarum præſtationem lex noſtra principaliter edita eſt.*

28 *Ioannes tenuit, conuentione depoſito,* vt vti liceat, *adiecta, mutuum fieri.*

29 *Natura mutui eſt, vt in accipientem dominium*

nium tranſeat.

30 *Voluntas contrahentium omnino ſequenda eſt.*

31 *Azo prædicta conuentione,* vt vti liceat, *depoſitum manere. ſed irregulare contendit.*

32 *Pecunia nummulario tradita verumſit depoſitum.*

33 *Principalem depoſiti contractum acceſſoria conuentio non immutat.*

34 *Pacta in continenti depoſita ineſſe contractui cenſentur, actionemq; ipſam informant, quamuis ob ea contractus ſuos fines excedat.*

35 *Lex adiecta depoſito.* vt tantumdem reddat, *depoſitum non ſubuertit, ſed ei vim & proprietatem mutui præbet.*

36 *Leuiſſimam culpam præſtat is, cuius cauſa fit contractus.*

37 *In depoſito cum lege* vtendi *accipiens ad inſtar mutui caſus etiam præſtat.*

38 *Effectus depoſiti irregularis etiam applicant conſulti.*

39 *Ex pactione in continenti adiecta depoſitum in mutuum transformatur.*

40 *Verba l. quod ſi ab initio. 10. ff. ſi cert. petatur, expenduntur.*

41 *Pactio ex interuallo adiecta contractui ineſſe non dicitur, ſed nouum format.*

42 *Contractus iudicatur celebratus, in quem contrahentes tacitè, vel expreſſe conſenſerint.*

43 *Præceptorum Salmanticenſium ad prædicta iura interpretatio proponitur.*

44 *Conuentio,* vt tantumdem reddatur, *depoſiti ſubſtantiam non immutat, ſi pecunia deponatur, res verſatilis & conſumptibilis, in qua, etſi non eadem reddatur, ſemper adeſt paritas.*

45 *Expreſſa rei inhærens qualitas contractus materiam non immutat.*

46 *Pecunia clauſa depoſita,* vt accipiens vtatur, *depoſitum mutuum redditur.*

47 *Diſtinctio inter numeratam pecuniam. & ſacculo clauſam ab interpretibus admittitur.*

48 *Interpretatio verbis magis, quàm rebus impoſita reÿcienda eſt.*

49 *Mens præceptorum Salmanticæ explicatur.*

50 *Obſignata, vel numerata pecunia pariter conſumi, pariter intacta ſeruari ex partium conuentione poteſt.*

51 *Natura pecuniæ non efficit, vt accipiens aliam reddens liberetur, niſi hoc inter partes actum ſit.*

52 *Depoſitarius pecunia apud ſe depoſita vtens, furti ac depoſiti damnatur, vel ſaltem eamdem ſummam, & lucra reddere.*

53 *Obſignatio pecuniæ non prodeſt, vt ex conuentione* vtendi *depoſitum mutuum fiat.*

54 *Laudatur Gabriel Enricus.*

55 *Conuentio in continenti depoſito adiecta,* vt accipiens vtatur, *depoſitū non immutat.*

56 Vtendi *conditio depoſito ex interuallo adiecta, in mutuum ab vſus tempore transformat.*

57 *Depoſito* vtendi adlibitum *conditio adiecta, ex tempore vſus mutuum inducit.*

58 *Accurſius & Cumanus conditiones, in continenti, & ex interuallo adiecta diſtinguunt effectus.*

59 *Fictio breuis manus qua ſit?*

60 *Communis habet ſententia, ex pactione depoſito adiecta, vt tantumdem reddatur, depoſitum contrahi, ſed irregulare.*

61 *Exponitur l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. ſi cert. petatur.*

62 *In ſpecie legis noſtra poſt moram vſuræ debentur.*

63 *Depoſitum eſt contractus bonæ fidei.*

64 *In bonæ fidei contractibus poſt moram vſuræ debentur.*

65 *Interpretes depoſiti effectus & priuilegia recenſentes adducuntur.*

66 *Depoſitum etiam irregulare ad libitum concedentis reuocatur.*

67 *Mutuum ex veriori ſententia reuocari nequit, antequam eo accipiens vtatur.*

68 *Depoſitum executionem paratam habet.*

69 *An, & quando depoſitum retineri poſſit? remiſſiuè.*

70 *In mutuo contra confeſſionem rei pecuniæ exceptio non numeratæ admittitur.*

71 *In alÿs contractibus contra confeſſionem non admittitur non numeratæ exceptio*

72 *In quibuslibet contractibus ex vſu opponi ſolet hæc intra biennium exceptio, quamuis ei renunciatum ſit.*

73 *Inſtrumentis ſolet adÿci huius exceptionis renunciatio, vel pretÿ fidei, vt ceſſet, vel excipienti ſaltem probatio incumbat.*

74 *Verba legis generalia reſtringenda non ſunt.*

75 *Fraudis timor in mutuo conſideratus alÿs etiam eſt contractibus communis.*

76 *Coſta diſtinctio hac in ſpecie in contractibus, in quibus dominium transfertur, locum habet.*

77 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, aduerſus receptæ confeſſionem opponitur.*

78 *In depoſito ac dote confeſſis hæc exceptio non admittitur.*

79 *Ciuilis numerationi à partis confeſſione deducta actualis præfertur.*

80 *Confeſſio depoſiti confitenti, non alÿs nocet.*

81 *Coſta intellectus ad l. in contractibus. 14. §. ſed quoniam, verſic. ideoq;. C. de non numerat. pecu. refellitur.*

82 *Hodie ex renunciatione huius exceptionis ſolita excipienti regulariter probatio incumbit.*

83 *In*

83 *In depoſito etiam irregulari compenſatio non admittitur.*
84 *Compenſationi quando ſit in depoſito locus?*
85 *In mutuo compenſatio admittitur.*
86 *Depoſita alijs creditis præferuntur, nulla inter illa prælatione admiſſa, ſed expenſis deductis.*
87 *Depoſito irregulari confeſſo priuilegia regularis depoſiti competunt.*
88 *Priuilegia depoſiti actualis confeſſo in tertij detrimentum non conceduntur.*
89 *Priuilegia depoſiti amittit deponens ſub vſuris, quod an & quando liceat? remiſſiuè.*
90 *In dubio depoſiti contractus bonus, legitimus, & ab vſuris immunis iudicatur.*
91 *Quis contractus ex ſimplici oblatione pecuniæ inducatur?*
92 *Depoſitum lege* vtendi *factum depoſitum eſt, quamuis eius modum excedat.*
93 *Pactione* vtendi *depoſito adiecta, non videntur ſtatim contrahentes à contractu recedere.*
94 *In l. certi condictio. 9. & ſequenti. ff. ſi cert. petat. pactio ex interuallo adpoſita eſt.*
95 *In l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. eod. titul. mutuum ab initio celebratum eſt.*
96 *Verba intelligi debent cum effectu.*
97 *Bartoli ſententia recitatur.*
98 *In mutuo caſus etiam præſtatur.*
99 *Depoſiti ſubſtantiam acceſſoria*, vt vti liceat, *conuentio non immutat.*
100 *d. l. ſi quis nec cauſam, iuxta d. l. quod ſi ab initio, exponitur.*
101 *In depoſito gratia ſuſcipientis inito culpa leuiſſima, in mutuo caſus etiam præſtatur.*
102 *In d. l. ſi quis nec cauſam mutuum eſt ab initio celebratum, in noſtra depoſitum.*
103 *Conditio in continenti venditioni adiecta*, ne dominium transferatur, *venditionem perimit.*
104 *Translatio dominij in emptione non eſt omnino neceſſaria, contrahentes tamen hunc animum habere debent.*
105 *Pactio* vtendi re depoſita *naturæ depoſiti non repugnat, ſed eius modum excedit.*
106 *In depoſito irregulari ad inſtar mutui caſus etiam præſtatur.*
107 *Furtum non committitur ex vſu pecuniæ lege* vtendi *depoſita.*
108 *Poſt moram in depoſito etiam irregulari vſuræ præſtantur.*
109 *Culpa in depoſito irregulari præſtatur, quæ ſimili contractui conuenit.*
110 *Obſignatio, vel numeratio pecuniæ in contractibus quid ſignificet? quemue effectum habeat?*
111 *Partium conuentio permittens, vel prohibens accipienti vſum obſignationi, vel numerationi præſtat.*
112 *Ad coniecturam dubia contrahentium voluntatis communis diſtinctio proficit.*

PAPINIANVS LIBRO III.

RESPONSORVM.

QVi pecuniam apud ſe non obſignatam, vt tantumdem redderet, depoſitam ad vſus proprios conuertit, poſt moram in vſuras quoque iudicio depoſiti condemnandus eſt. *l. die ſponſaliorum, 25. §. qui pecuniam, ff. depoſit.*

1 Littera hæc diuiſionem non recipit; ſpecies ipſius eſt. Petrus pecuniæ quantitatem non obſignatam quidem, aut ſacculo clauſam apud Ioannem depoſuit, ea adiecta lege, *vt tantumdem, non eamdem ſpeciem redderet.* Ioannes pecuniam hanc ad proprios vſus conuertit. Quæſitum eſt à Papiniano, qua Petrus actione, vt ſuam pecuniam exigat, experiri poſſit? Cui dubitationi reſpondit Papinianus Ioannem depoſiti iudicio damnandum, vt poſt moram vltra ſortem vſuras quoque ſoluat, quæ in bonæ fidei contractibus poſt moram præſtantur, cum ſit ſecus in ſtricti iuris cõtractibus, niſi in ſtipulatum deductæ ſint. Ex qua littera & figura ſequens elicitur

CONCLVSIO.

Actione depoſiti, etiamſi pecunia lege vtendi depoſita in proprios vſus 2
con-

conuertatur, vſuræ poſt moram, ſicut in alijs bonæ fidei contractibus præſtantur.

3 Cui ſic deductæ concluſioni plura obſunt. Imprimis enim videtur actio depoſiti ceſſare, vbi mutuum eſt expreſſum, ſicut in ſpecie *noſtra legis* accidit, in qua ſupponitur facultatem depoſitario conceſſam, *vt pecunia apud ſe depoſita vteretur*, iſque in proprios vſus conuertiſſe fertur, vt conſtet, rei depoſitæ dominium ad accipientem fuiſſe tranſlatum.

4 Quæ omnia nedum ſubſtantiæ depoſiti repugnant. *l. licet.17.§.rei depoſita.ff.depoſiti.* ſed mutuo conueniunt: quod toties contractum cenſetur, quoties dominium pecuniæ depoſitæ, ſiue rei, quæ pondere, numero & menſura conſtet, in accipientem transfertur. *l.2.§.appellata, & §.mutui datio.l.certi condictio.9.§.vltim.ff ſi cert.petat.l 47 titul.28.part.3.* vbi cum pecunia priùs depoſita fuiſſet, deinde inter contrahentes, *vt vti liceret*, conuenit: quærebatur, qua actione experiundum eſſet. reſpondit Vlpianus ex prædicta pactione, antè vſum accipientis mutuum reddi.

5 Quòd ſi obijcias ideò *in d.§.vltim.* hac pactione depoſitum mutuum fieri, quia poſt perfectum contractum non in continenti, ſed ex interuallo adiecta eſt, ſecùs vbi qualitas hæc ab initio exprimeretur, quæ contractus ſubſtantiam non immutaret. *l. pacta conuenta.72.ff. de contrahen.emption. l. iuris gentium. 7.§. quinimo. ff. de pact.* cum his, quæ *vtrobique* latè interpretes adnotarunt.

6 Adhuc ſtabit difficultas attenta Vlpiani deciſione *in l.ſi quis nec cauſam.4.ff.ſi cert.petat.* quo loci probat, depoſitam lege *vtendi* pecuniam, vel in vſus accipientis verſam pacto etiam in continenti adiecto, mutuum potiùs, quam depoſitum iudicandum.

7 Quod idem in Papiniani ſpecie dicendum videbatur, in qua pactio interceſſit depoſiti naturæ aduerſa, quæ depoſitum in aliam ſpeciem contractus transfert. Id enim attenditur, quod principaliter agitur. *d.l.ſi quis nec cauſam, cum vulgat.*

8 Cùm igitur ex præcipua contrahentium mente, quam ad diiudicandos contractus potiſſimam cenſent *in d. l.ſi quis nec cauſam.* poſt Accurſium, Bartol. Paulus Caſtrenſ. *numero 3.in fin.* Socin. *num.*4. Bugrige. *numero* 1. Aretin *num.* 2. Decius *num.*3. Curt Iun. *num.*1. Alciat. *num.* 8. *&* 14. ſcribentes communiter, *vt pecunia vteretur accipiens*, depoſitum ſit celebratum, id quidem principaliter actum eſſe videtur, nec depoſiti mentio quicquam proficit, cum contrahentium voluntas inſpicienda ſit, atque ob eam ſpecies contractus deducenda. *l. iuris gentium. 7. §. quod fere. ff. de pact.*

9 Præſertim ſi pactio incontinenti accedat, quæ ipſam plane actionem informat. *d l.iuris gentium.7.§.quinimo*, vt naturæ, & qualitati contractus, quem refert, adæquetur. Quæ omnia eleganter expendit Decius *in l. 2. nu.2. ff.ſi cert.petat.* & ex eo, Aretin. Cagnol. & alijs Cephal. *conſil. 603. num 41. cum duob. ſequentib. lib.4.*

10 Augetur difficultas ex deciſione *l. quòd ſi ab initio.10.ff ſi cert.petat. l.1.§.eleganter, verſic. ſi pecunia, ſupra hoc titul.* in quibus depoſita pecunia, *vt liceat ad libitum accipientis vti*, eò vſque depoſitum eſt cenſendum, donec accipiens vtatur, à tempore vſus mutuum redditur, vt alia deponenti actio non ſuperſit.

Quod ita *ex illis iuribus* deduxerunt Alexand. *num.* 1. Fulgoſ. *num.*2. Alciat. *num.3.in d.l. certi condictio.9.§. vltim.ff.ſi certum petat.* Quæ ſententia vera videtur, & mentibus conſultorum apta, quicquid fruſtra Conanus contrà exiſtimet *lib. commentarior. iur.ciuil.7.c.4. num.3.*

11 Quæ dubitandi ratio exemplo confirmatur, quo euidentior quæcumque doctrina redditur. Pactum enim venditioni adſcriptum, *ne vendita rei dominium ad emptorem tranſeat*, venditionis contractum perimit, atque in locationem transfundit, vel aliud contractus genus pactioni conueniens. *l. cum manu ſata. 80.§.vltim. ff. de contrahen. emptio. Nemo poteſt*, Iaboleni authoritate inquit Labeo, *videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.*

12 Quæ deciſio ex eo procedit, nam, cùm pactum contractui adijcitur, quod eum in alium vtilem poteſt conuertere, is dicitur contractus factus, quem pactio ipſa demonſtrat, vt aliquid contrahentes agant, prout ex alijs quos refert ſecutus conſiderat dominus & auus meus Ioan. Matien, *in l.7.ſchol.1.num.26. tit.11.lib.5.recopilation.* ita textum illum Labeonis intelligens.

13 Cùm ergo *in præſenti* pactum ſit depoſito adiectum, quod mutui naturæ potiùs, quàm depoſiti conuenit, videbatur ex aduerſo dicendum, in ſpecie noſtra mutuum, non depoſitum fuiſſe factum: non enim adeò venditioni ex Pinelo *in Rub.c. de reſcinden. venditione, 2.parte, num.11. & 16.* conuenit dominij tranſlatio, ſicut depoſito ipſius dominij, imò & poſſeſſionis retentio. *d.l.licet.17.§.rei depoſita, ſupra hoc titul.*

14 A cuius natura longè abhorret, non eamdem ſpeciem depoſitam reddi, mutuo autem conuenit eiuſdem generis, non vtique ſpe-

ciei

cici reſtitutio. *l. 2. ff. ſi cert. petat. l. in naue Saupheij. 34. ff. locat.* Fachin. poſt alios plures à ſe relatos *controuerſiar. iur. lib. 2. c. 29.*

15 Quæ omnia, cum in effigie noſtra euenerint, conuinci videtur, mutuum in ea celebratum fuiſſe aduerſus Papiniani ſententiam, ne aliter furti reus fiat accipiens re depoſi a vius. *l. 3. in fi. C depoſit. l. ſi ſacculum. 29. infrà eod. titul. § placuit, Inſtitut. de obligationib. quæ ex delicto.* Farinac. alios adſerens *in praxi criminal. 5. parte, titul. 15. de furt. quæſt. 169. numer. 3.* cum viius hic depoſiti ſubſtantiæ ac naturæ repugnet. *d. l. licet. 17. cum ſimilib. ſuprà hoc titul.*

16 Deinde aduerſus eamdem concluſionem obeſt, vſuras poſt moram in ſpecie noſtra non deberi. In qua licet fateamur, depoſitum celebratum eſſe, ſaltum illud, quod interpre-
17 tes irregulare vocant, vt deciſio hæc ſuæ Rubricæ conueniat. *l. Imperator. 19. ff. de in diem addictio.* tum maximè, quia quoties aliquid depoſiti nomine cuſtodiendum datur, toties verum depoſitum cenſetur. *l. 1. §. ſi te rogauero. l. Lucius. 24 cum ſimilib. ſuprà hoc tit.* poſt alios Alciat. *in l. 2. n. 9. ff ſi cert petat.*

18 Quia tamen pecunia depoſita eſt, eiuſque vſus depoſitario non eſt prohibitus, vſuræ poſt moram hoc in depoſito præſtandæ non eſſe videbantur, niſi in ſtipulatum deductæ fuiſſent, ſicut in vero mutuo accidit ex ſimilitudine vtriuſque. *l. non poſſunt. 12. ff. de legib. c. tranſlato. 3. & vtrobique* ſcribentes, *de conſtitutionib.* Gregor. *in l. 1. verb. la ſemejanza, titul. 3. partit. 7.* cum in mutui locum, cuius naturam ſapit, ſubrogetur. *l. ſi. eum. 10. §. qui iniuriarum, cum vulgat. ff ſi quis cautionib.* vt eiſdem videatur limitibus & regulis circumſcribendum, teſte ex Baldo, Alexand. Gomez. & aliis Carrocio *de depoſ. 1. parte, tit. de caſu à nu. 42. ad 46.* & in mutuum conuerti, prout ex alijs adnotauit Roman. *conſil. 520. num. 1.* Cephal. *conſ 603. num. 41. lib. 4.*

19 Quamobrem idem omnino in ſpecie noſtra videbatur dicendum, vt in ea poſt moram vſuræ peti nequeant, cum ad inſtar mutui contractus hic depoſiti ſit celebratus, prout *in præſenti* omnes, *& in d. l. ſi quis nec cauſam. 4 ff ſi cert petat. & paſſim alibi* concordi ſuffragio agnoſcunt, nec in aliis, quam bonæ fidei contractibus præſtandæ ſint. *l. mora. 32 §. 1. & ibi* ſcribentes. *ff. de vſur.* conſtat autem mutuum ad ſtricti iuris contractus pertinere, in quibus poſt moram vſuræ non debentur, niſi in ſtipulatum deductæ ſint *l. quamuis. 3. C. de vſur.* notat Iul. Paul. *lib. ſententiar. 2. titu. 14.*

20 Vltimo aduerſus ipſam Papiniani litteram, obſignatam non fuiſſe pecuniam exprimentis, conſidero ſuperfluo verbum hoc, *non obſignatam*, adiecisſe, vt inde inferat lege *vtendi* depoſitam pecuniam, vt in proprios vſus accipiens conuertere impune ac iure poſſet.

Forma enim hæc cõtractibus ſubſtantiam 21
non accommodat, qui ſolo conſenſu perficiuntur. *d. l. iuris gentium. 7. in princip. & §. quod fert. ff. de pact. l. 2. cum ſimilib. ff. de obligationib. & actionib.* ſed lex, quam contrahentes mutuo conſenſu exprimunt, prædictam ſubſtantiam indicat, ſi iuribus & interpretibus fides habenda eſt, ſiue clauſa, ſiue numerata tradatur pecunia, cum vtraque ex partium conuentione pariter ſeruari, & intacta reddi, vtraque conſumi, & alia eiuſdem generis reſtitui poſſit.

Quam ſententiam aduerſus alios his & 22
alijs adductis conſiderationibus tenuit Ioan. Igneus *in l. contractus. 24. numer. 1. ff. de regul. iur.* Petr. Barboſa *in l. ſi mora. 10. num. 85. ff. ſolut. matrimon.* & alij ſubtilioris notæ interpretes, licet communis fuerit antiquorum diſtinctio, inter obſignatam, & ſacculo clauſam pecuniam, aut numeratam, vt ſolennitas illa depoſitum commune illius contractus regulis circumſcriptum ſignificet; hæc autem illud, quod ex Papiniano *in d. l. Lucius,* præcedente *in fine* noviſſimos depoſiti terminos excedit.

Quorum ſententia licet *textus noſtri. l. ſi ſac-* 23
culum. 29. infrà hoc titul. d. l. in naue Saupheij. 34. ff locati deciſionibus, atque alijs veterum reſponſis, conſona videatur in illis tamen legibus conſulti dumtaxat ſtatuunt, hac diſtinctione formæ, ſi clauſa & ſignata tradatur pecunia, tacitè præſumi depoſitam ea lege, *ne vti liceat*, quæ vtique prohibitio depoſiti naturæ propius accedit.

Quòd ſi numerata tradatur, videri ſane ea conditione depoſitam, *vt poſſit accipiens eam in proprios vſus conuertere*, niſi aliud actum ſit. Id tamen non adeò expreſſe ſentire videntur, vt hac de cauſa iuris, & de iure præſumptionem inducendam iudicent. Quod manifeſtè probat Papinianus noſter, ſiquidem non ex eo potiſſimum depoſitum, de quo *in præſenti*, noviſſimos terminos excedere iudicauit, quòd pecunia numerata ſit, ſed ex lege *vtendi* expreſſim adiecta.

Quare profecto Papinianus verbum il- 24
lud, *non obſignatam*, omittere potuiſſet, quo ſublato expreſſa *vtendi* pactio celebratum depoſitum mutui veſte circumdaret, vt alia eiuſdem generis pecunia, non eadem in ſpecie reddenda eſſet.

Vnde qui melius difficultatem hanc eno- 25
daſſe viſi ſunt, voluntatem contrahentium inſpiciendam arbitrantur, *ex ſupra traditu, iuncta l. non omnis. 19. ff. ſi certum petat.* in qua conſultus numerationem parum prodeſſe

Digitized by Google

prodeſſe cenſet, vbi voluntas contrahentium deficit.

26 Sed his & aliis non obſtantibus concluſio noſtra veriſſima eſt, quam probat Papinianus *in præſenti.l.Lucius Titius.24.l.Publia Meuia.26.§.Lucius Titius. l. Quintus Cacilius.28. infrà hoc titul.l.2.& 3.C.eod.l.mora.32 §. in bona fidei. ff.de vſur.l.quero.54. ff.locat.cum ſimilibus in eis* ab Accurſio & ſcribentib. *ad ſcitu.l.72.tit.18. part.3.l.2 in 2.reſponſo.titul.3.part.5.* Agunt de materia vltra ordinarios *in præſenti, & præadductis locis* Iacob. Cuiac. *in commentar. ad Papinian.lib.3.reſponſor.fol.111.colum.1.in operibus poſthum. in paruis*, Connan. *commentarior. iur. ciuil. 7.c.4.* Duaren. *in commentar. ad noſtrum titul. c.4.* Scribentes *in l.2. l.ſi quis nec cauſam.4.l. certi condictio.9.§ vltim l rogaſti.11.ff.ſi cert.petat.* Alexand *conſil* 80.*lib.3* Roman.*conſ.*238. vbi Mandoſ. alios adfert, *verb extendenda.* Cephal. *conſil* 603 *lib.*4. Anton.Natta *conſil* 438. *libr* 2. Purpurat.*conſil.*284.*lib.*1. Auguſtin. Beroi. *conſil.*194 *in multis eius numeris libr.1.* Ioan. Botta *conſil.*74. *ex num.*23. Franciſc.Marc.2. *parte deciſion.Parlamen. Delphinatus quæſtio.*889. Deciſio Genuenſ.34 Matth Matheſilan. *ſingular.5.incip.nota, quòd contractus depoſiti*, vbi additio Caſtellionei, & Gabriel. Saraynæ, Emanuel.Coſta *in l ſi ex cautione.3.limitatio.2. & 4.C. de non numera pecun.* dominus & auus meus Ioan.Matien *in l.9.ſchol.4 num.4 & 5. tit.11.lib.5.recopilation* ac plures alij, quos refert nouiſſimè Anton.Pichard. *in princip.Inſtitut.quibus mod.re contrah.obligat. à numero* 60. *ad* 85.

27 Pro concluſionis huius, & Papiniani verborum explicatione, ac vera ratione decidendi conſiderari oportet, conſultum præcipuè docuiſſe in ſpecie noſtra vſuras, ſicut in alijs bonæ fidei contractibus poſt moram deberi: contractus enim hic depoſitum potiùs, quam mutuum dicendum eſt, licet ex conuentione in continenti adpoſita notiſſimos depoſiti terminos excedat, prout *in d.l. Lucius Titius 24.ſuprà hoc titul.* Papinianus clariùs conſtituerat. Cuius ratio vt perfectiùs examinetur, opus eſt diſcutere, vtrum pecuniæ depoſitum ea lege factum, *vt vti liceat*, ſit verè depoſitum? an verò ex prædicta pactione in mutuum transfundatur?

28 In qua quæſtione antiquiſſima eſt contentio inter Ioannem & Azonem, teſte Accurſ. *in d.l ſi quis nec cauſam.4. verb.periculo.ff.ſi cert petat.* Ioan.Igneo *in l.contractus.24.num.16. ff.de regul.iur.*

29 Ioannes prædictam conuentionem depoſitum non eſſe, imò mutuum voluit, cuius natura eſt, vt in accipientem dominium tranſeat.*l.2.§.appellata ff de reb.credit.§.1.Inſtitut.quib.mod.re contrahi.obligat.* Quod in effigie *dicta l. ſi quis nec cauſam*, ſatis ex Ioanne conſtat: Vlpianus enim ſecundum eum hanc fuiſſe contrahentium voluntatem oſtendit, *vt accipiens vteretur*, his verbis crediti nomine obligatus eſſes.

Quæ omnino ſequenda eſt.*d.l.non omnis. 19. ff. ſi cert. petat.* quippe quæ contractibus ſubſtantiam præbet.*d.l. iuris gentium.7.§.quod ferè, cum ſimilib ff.de pact.* maximè cum deciſio illa ſub titulo *de rebus creditis* collocata ſit *d.l. Imperator.19.ff. de in diem addictio.* 30

Hanc ſententiam probaſſe videtur Hotoman. *in §.præterea.Inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat. verb.de ea re, quam accepit*, eamque Galli amplectuntur teſte Zaſio *in d l ſi quis nec cauſam.4 num.15. & in l.rogaſti.11.num.11.ff ſi cert petat.* licet ipſe ab illa diſſideat, Nicolaus Bellon.*lib ſupputation 1.c.7.* Pro qua opinione faciunt, quæ *in prima dubitandi ratione* contra concluſionem argumenta oppoſui.

Sed hanc Ioannis ſententiam Bartolus, & plerique improbant, prout videre eſt apud Igneum *in d.l.contractus.24.num.16 ff. de regul. iur.* qui eorum fundamenta recitat, quos ſequitur *vbi ſuprà* Zaſius, Carroci.*de depoſ.1.parte, titul.de culpa depoſitar.num.17.& 18.* Iacob.Menoch. *lib.1.de arbitrar iudic.quæſtio.54. num.32.* qui omnes depoſitum eſſe voluerunt. 31

Horum ſententia accedit propiùs deciſioni *d.l. Lucius Titius. 24. & ſimilium, ſuprà hoc titul.* quibus probari communis eſt adſertio, depoſitum durare, etiamſi pecunia ea lege depoſita ſit, *vt tantumdem reddatur*, ſed huiuſmodi depoſitum interpretes irregulare vocant, quia notiſſimos depoſiti terminos excedit. *d.l. Lucius Titius.* in quo dominium aduerſus ordinarias depoſiti regulas ad accipientem transfertur.

Quo in ſenſu iura hæc accipiunt Bartol. Paul. Aretin. Iaſ. & alij omnes *in d.l.2.d.l.ſi quis nec cauſam.4.ff.ſi cert.petat.* & alij quos adfert Pichard. communem hanc, & in praxi omnino admittendam prædicans *in princip. Inſtitut.quib. mod re contrahi.obligatio.n.69.*

Quinimo Carroc. *de depoſito.1 parte, quæſtio. 3.cauſa 6.forma 6.titul. ſi depoſitar. aliam rem, quam accepit.* ex Accurſ. *in præſenti. verb.condemnandus*, & alijs à ſe relatis *num.2.& 4.* pecuniam ad numerum traditam vel conſignatã nummulario depoſitum cenſuit. 32

Verumtamen iudicio meo quæcumque prædictarum opinionum abſolutè ſumpta in aliquibus deficit. Prima enim, quæ ſupponit, ex pacto depoſitæ pecuniæ adiecto, *vt accipiens vtatur, ac tantumdem in genere, non in ſpecie reddat*, depoſitum ſtatim in mutuum transfundi, iniqua videtur, cùm concedenda ſit contrahentium in depoſitum voluntas. argumento *l.1.§.ſi te rogauero, ſuprà hoc tit.* 33

neque

neque ſas videatur, vt principalem contractum acceſſoria *vtendi* conuentio ſtatim immutet. *d.l.Lucius Titius.ac ſimilibus.*

35 Pacta namque incontinenti adpoſita ineſſe contractui cenſentur, actionemq; ipſam informant *d.l.iuris gentium.7.§. quin imo. ff. de pact.* diximus *ſuprà num 9.& 30.* quamuis illorum cauſa contractus ſuos fines excedat *ex lege noſtra,* in qua hæc adiecta pactio, *vt tantumdem reddat* non tollit, nec ſubuertit depoſitum, ſed ei mutui vim, proprietatemque nonnullam accommodat. *l. Publia Meuia. 26. § Lucius Titius, infrà hoc titul* poſt alios Cephal. *conſil. 603.num. 41.cum duob ſequentib lib.4.*

36 Quòd ſi aliquatenus mutui regulis depoſitum hoc irregulare ſubiacere poteſt, hoc ad culparum præſtationes dumtaxat referendum videtur, in quibus regula generalis ſtatuta eſt. *l. ſi vt certo.5.§. nunc videndum. ff. commodat.* vt is leuiſſimam etiam culpam præſtet, cuius gratia contractus factus eſt.

37 At ſi ex vi contractus, veluti in mutuo accidit, poſſit quis rem acceptam in proprios vſus eius dominus effectus conuertere, caſus etiam præſtare cogetur. *l. incendium 11. cum ſimilib.C ſi cert.petat.* ex rationibus, quas *in dicto §.nunc videndum,& iuribus eiuſmodi* ſcribentes conſiderant, & vltra omnes Auguſtin. Beroi. *toto conſil.* 194. *maxime nu.*159 *lib.*1.nos in dicta *l.contractus.24.à num.108.ad* 121. *ff.de reg iur.*

38 In alijs tamen, in quibus hæc regula locum non habet, principalis contractus attenditur. Quo factum eſt, vt in hoc irregulari depoſito conſulti poſt moram vſuras, ſicut in cæteris bonæ fidei contractibus præſtandas eſſe velint. Item, vt quandocumque deponens pecuniam repetere poſſit, nec ſit compenſationi locus, qui omnes, & alij huiuſmodi effectus latius *infrà* proponentur.

39 Sed nec ſecunda hæc opinio, quam communem eſſe liquido conſtitit, rem totam ſatis comprehendit, cum aliquando *vtendi* pactio depoſitum in mutuum transferat. *d.l.quod ſi ab initio.* 10.*ff.ſi cert.petat.l.*1.*§. eleganter, verſicul. ſi pecunia. ſuprà hoc titul.* Quibus iuribus cauetur depoſitum ſub conditione, *vt accipiens, ſi velit, depoſita pecunia vtatur,* ad vſum vſque depoſitum eſſe, ab eo mutuum fieri.

40 Quod vltimum licet Connanus neget *lib.commentarior.iur.7.cap.* 1. *numer.* 4. Vlpiani verba *in d. §.ſi pecunia* recitans, eius tamen ſententiam aperte deſtruit *dicta l. quod ſi ab initio.*10.*Quod ſi ab initio,* Vlpianus ait, *cum deponerem, vti tibi, ſi voles, permiſero, creditam non eſſe antequam mota ſit, quoniam debitum iri non eſt certum.* Cuius reſponſi mens ea eſt, vt à tempore vſus pecuniæ, quando eadem in ſpecie reddi non poteſt, quia mota eſt, credita ſit, conditio enim efficit, vt à tempore implementi nouus videatur contractus celebratus, ſicuti & quando perfecto depoſiti contractu, pecuniæ vſus denuo permittitur.

Pactio enim illa non videtur in conti- 41
nenti adpoſita, ſed ad tempus moræ pecuniæ relata, nec contractui ineſſe dicitur, non aliter, quam ſi ex poſt facto adijceretur, vt ab eo tempore nouus formetur contractus, ſicut accidit in ſpecie *l. certi condictio.* 9. *§.vltim.ff.ſi cert.petat.* quam ibi ſcribentes diſcutiunt, & Raphael Fulgoſ. *in præſenti* hoc diſcrimen inter pactionem in continenti, vel ex interuallu contractui adiectam adnotans.

Ruſus etiam communis opinio defice- 42
re videtur, quoties verbis etiam depoſiti præhabitis partes in mutuum conſenſerunt, *d. l. ſi quis nec cauſam.* 4.*ff. ſi cert. petat. Depoſuerit apud te,* inquit Vlpianus, *hanc pecuniam, vt, ſi iuſſes, crediti nomine obligatus eſſes.* Voluntas enim contrahentium ad dijudicandos contractus principem locum obtinet. *d. l.non omnis.* 19.*ff. de reb.credit.* Is itaque contractus cenſendus eſt, in quem contrahentes expreſſim, vel tacite conſenſerint. Qui caſus, ac difficiliores alij in ſecunda opinione prætermittuntur. Qua ſic abſolute ſumpta argumenta contraria aduerſus conclusionem adnotata in ſuo robore perſeuerant; nec eorum difficultati ſatisfieri facile poteſt.

Quam ob cauſam Pichard. *in dicto* 43
princip. Inſtitut. quib. mod. re contrahit. obligat. à numero 76. vt communes interpretum ſententiæ, ſibi inuicem aduerſæ concilientur, alias duas adfert. Quarum primam à præceptoribus Salmanticenſis academiæ, ſcribentium tamen authoritate deſtitutam communi calculo tradi ſolere adfirmat.

Inquiunt ſecundum eum *in d. l. Lu-* 44
cius Titius, noſtra, & ſimilibus contractum depoſiti manere, quamuis ea lege fiat, *vt tantumdem reddens, in genere ſatisfaciat.* Hæc enim conuentio, aiunt, ſolum exprimit id, quod ex rei depoſitæ natura inerat, quæ pecunia erat numerata, res quidem verſatilis & conſumptibilis, in qua etiam ſi tantumdem, non idem reddatur, ſemper adeſt paritas *ex iuribus* à Pichardo *enunciatis.*

45 Quare ob expreſſionem prædictam, quæ ipſi rei taciè inerat, vtpore inutilem contractus materia non mutatur, *l. 3. ff. de legat. lib.* 1. atque adeo *in his iuribus* inquiunt, numeratam fuiſſe traditam pecuniam.

46 Quod ſecus eſſe aiunt *in d. l. certi condictio. 9. §. vltimo. ff. ſi cert. petat dicta l. 1. §. eleganter, verſic. ſi pecunia, ſuprà hoc titul.* quia pecunia non eſt tradita numerata, ſed obſignata potiùs, & ſacculo clauſa. In qua ſpecie ſecundum eos conuentio, *vt vtatur accipiens*, exprimit plus, quàm ineſt ex natura rei, ideoque voluntate partium ipſi contraria ſuperueniente depoſiti contractum in mutuum transfert.

Vnde inferunt, adiecta conditione *in d. l. Lucius Titius, vt accipiens vtatur*, depoſitam pecuniam in mutuum conuerti, quia plus exprimit, quàm ex natura rei depoſitæ ineſt, ſecundùm quam depoſitum poterat ſtatim reuocari, ea verò conditione ſecundum eos non poteſt.

47 In duobus itaque diſtinctionis ſuæ differentiam conſtituunt. Primò inter pactionem illam, vt tantumdem reddatur, & illam, *vt vti liceat*. Secundò inter obſignatam pecuniam, & numeratam.

Quæ diſtinctio interpretum ferme omnium ſuffragijs confirmata conſpicitur, vt ſpecialem eorum enarrationem, velut prolixam & ſuperfluam omittendam prorſus iudicarim, eam tamen videtur expreſſim adprobaſſe Alphenus *in l. in naue Sauphtij. 34. ff. locat.* teſte Carroc. *de depoſit. 2. parte, quæſtion.* 47. *num.* 16.

48 Hanc ſententiam reijciendam putat Pichard. *in dicto princip. Inſtitut. quibus mod. re contrah. obligat. numero* 78. quoniam interpretatio ad iura propoſita, & diſtinctio in ipſa contenta videtur impoſita magis verbis, quam rebus, contra *l. 1. & 2. in fine, vbi* Accurſ. *ſchol. vltim. C. commun. de legat.* Quid enim, inquit, diſcriminis intereſt inter conditionem illam, *vt tantumdem reddere liceat*, atque illam, *vt depoſita pecunia vtatur accipiens*, cum vtroque caſu depoſitum pariter manere, vel in alium contractum transformari queat, ne quicquam proſit lex ſuperinducta, *vt tantumdem reddatur*, niſi, *vt pecunia vti poßit accipiens?*

49 Ipſi verò præceptores, niſi fallor, non tam vtique ex conditionum diſcrimine, *vt tantumdem reddatur*, vel, *vt pecunia vti liceat*, quæ ſimplex & vna eſt, quam ex obſignatione pecuniæ *in his iuribus* adfectata mouentur. Quod & aliqui ex interpretibus nominatim cenſuerunt, & contraria obſignationi conditione adiecta depoſitum in mutuum transformari iudicarunt. Ipſorum tamen ſententia ex ſequentibus improba redditur.

Imprimis enim ambiguitatem magnam, 50
& ſatis perplexam, cum in ea ſupponatur, ex natura pecuniæ numeratæ ineſſe conſumptionem, quam ab obſignata longè alienam eſſe cenſuerunt, ſiquidem *ex adnotatis in argumento ſuperiùs*, vtraque pariter conſumi, vtraque intacta reddi poteſt. Quid enim intereſt, ſi numeretur, aut fides de quantitate habeatur? cum vtroque caſu pari ratione idem fieri poſſit quoad conſumptionem eius, ſiue retentionem, & voluntas contrahentium ſola ſit attendenda, non huiuſmodi ſolennitates extrinſecæ, quæ neque rei addunt ſubſtantiam, neque auferunt ex his quæ *ſuperiùs* poſt Igneum & Barboſam adnotauimus *numero* 21. & ſanè, quòd in ea opinione firmatur, ex natura depoſitæ pecuniæ ineſſe conſumptionem, nihil intereſt, quia & è conuerſo ſi actum ita fuerit, ineſſe poterit retentio.

Quinimo ſi conuentio illa, & lex ex- 51
preſſa non fuiſſet, *vt tantumdem reddere poſſet accipiens*, vel *ad vſus proprios conuertere*; natura, quam ipſi putant pecuniæ ineſſe, nullius momenti foret, quia ſi factum eſſet ſimpliciter depoſitum, dominium & poſſeſſio huiuſmodi apud deponentem remanſiſſet. *d. l. licet. 17. §. rei depoſita, ſuprà hoc titul.* nec ſatisfaceret iuris rigore attento depoſitarius aliam non eamdem pecuniam reddens, niſi voluntas deponentis accederet. Quod alijs adductis expreſſim adſeruit Farinac. *in praxi criminal. 5. part. tit. 15. de furt. quæſtio. 169. numero 3. & 4.*

Quòd ſi ea vſus deprehenderetur, furti 52
ac depoſiti actione damnari poſſet *l. 3. in fine. C. depoſit. l. ſi ſacculum. 29. infrà hoc eod titul. §. placuit, Inſtitut. de obligationib. quæ ex delicto naſcun.* Farinac. *dicto num.* 3. vel ſaltim depoſitam ſummam, & lucra omnia domino reddere. *l. qui ſine vſuris. 40. ff. de negot. geſt. l. 1. §. hanc autem actionem. ſuprà hoc titul. l. 2. & 4. C. eodem. l. 5. & 8. titul. 3. part.* 5. Franciſcus Marc. *ex dicta l. qui ſine vſuris* alios adferens, *2. parte deciſion. Delphinat. quæſtion.* 889. *numero* 14.

Et quidem opinionis huius lapſus præ- 53
cipuus detegitur in intellectu *d. l. certi cõdictio. 9. §. vltim. ff. ſi cert. petat. d. l. 1. eleganter, verſicul. ſi pecunia, ſuprà hoc titul.* in neutro enim iſtorum loco probatur, obſignatam pecuniam traditam fuiſſe.

Qua in re diuinatio manifeſta eſt, & quod ſupponunt, abſurdum, ſi pecunia hæc non obſignata tradita fuiſſet, nihil pro-

futu-

Digitized by Google

futuram ſuperuenientem ex poſt facto con-
uentionem aduerſus ſcribentes omnes, &
conſultum *in d. l. quòd ſi ab initio in, principio
& fine*, qui ex interuallo adiectam condi-
tionem non requirerent, vt depoſitum ab
eius implemento in mutuum tranſiret, ſi alia
iuſta & potens transformationis huius cauſa
inuenta fuiſſet. Vnde Accurſius *in præſenti
ſchol. vltim.* coniecturæ huic ſolummodo lo-
cum fecit, quando aliter de contrahentium
voluntate non conſtabat.

54 Quare aliam adfert Pichard. *in dicto prin-
cip. Inſtitut. quib. mod. re contrah. obligat. numero
79. & 80.* cuius authorem dicit egregium
moribus & doctrina Gabrielem Enricum
primariæ olim Iuris Cæſarei in Salmanticen-
ſi Gymnaſio Cathedræ interpretem, regium
deinde Senatorem meritiſſimum, iam hodie
vita functum, qui hanc adhibuit diſtinctio-
nem.

55 Aut tempore, quo deponitur pecunia,
hoc enim dumtaxat ad noſtram ſpeciem ad-
tinet, expreſſe actum eſt, *vt tantumdem red-
dere liceat*, vel, *vt fruatur accipiens*: vtrumque
enim idem eſt. Ex hac enim conuentione
in continenti adpoſita non deſinit eſſe de-
poſitum, quia contrahentes hoc expreſſe
agunt, à quo ſtatim recedere non videntur,
licet illius conuentionis cauſa contractus
modum excedat. *d. l. Lucius Titius. 24. noſtra,
& ſimilibus*, niſi ab initio in creditum partes
56 conſentiant. *d. l. ſi quis nec cauſam. 4.* Ibi *cre-
diti nomine obligatus eſſet. ff ſi cert. petat.* hoc e-
nim ex ipſorum expreſſa voluntate actum
conſpicitur. Quod ego primo huic di-
ſtinctionis membro addendum decreui, vt
duæ communes Ioannis & Azonis ſententiæ
ſecum ad inuicem pugnantes concilien-
tur, & Vlpiani ac Papiniani, qui bello
huic cauſam dederunt, mentes exponan-
tur.

57 Aut contractu depoſiti ſolenniter peta-
cto, ex interuallo inter partes conuenit, *vt ac-
cipiens tantumdem reddat*, vel *depoſita pecunia vta-
tur*, & incipit eſſe mutuum *d. l. certi condictio.
9. §. vltim. ff ſi cert. petat.*

58 Quod idem dicendum eſt, quando à
principio contractus celebratus eſt, ſub con-
ditione, *vt pecunia depoſita, ſi voluerit accipiens
vtatur. d. l. quòd ſi ab initio. 10. ff. ſi cert. petat. l. 1.
§. eleganter. verſic. quòd ſi pecunia, ſuprà hoc titul.*
quia cum voluntas hæc incerta ſit, ſaltem ex
parte deponentis, qui neſcit, vtrum alter vo-
let depoſita pecunia vti, imò & accipientis
eiuſdem, qui videtur ambigere, an opus ha-
beat eam ad proprios vſus conuertere? ab
eius tempore nouus contractus ex volunta-
tis, ac neceſſitatis incertitudine celebratus
cenſetur, cùm ſecus ſit dicendum in alijs pa-
ctionibus in continenti adiectis, de quibus
nulla eſt facta conſtitutio.

Quam ſententiam ac diſtinctionem ex 59
Accurſio *in præſenti* deducit acutiſſimè more
ſuo Rapha. Fulgoſ. *verſic. ſed vult differentiam
notare*, quorum authoritas longè alijs præ-
ſtat, præcipuè cum interpretatio hæc rem to-
tam, ni fallor, ſatis comprehendat.

Ratio autem differentiæ inter vtramque
ſpeciem eſt, vt bene adnotat Pichard. *in dicto
princip. Inſtitut. quib. mod. re contrah. obligat. num.
80.* quia in prima contrahentes non viden-
tur velle ſe in continenti corrigere, ſed mo-
dum adijcere depoſito.

In ſecunda contractum depoſiti perfe- 60
ctum noua conuentione transfundunt in
mutuum quaſi pecunia deponenti reddita,
& rurſus mutua accipienti data. *argumento
§. interdum, Inſtit. de rerum diuiſio. l. ſingularia 15.
ff ſi cert. petat.* Quod vtique Duarenus ſenſit
in commentar. ad eum titul. c. 2. colum. 5. & hanc
breuis manus fictionem interpretes dicunt,
de qua latè ſcribentes *in d. l. ſingularia*, Ludo-
uic. Caſſanat. per multa illius exempla pro-
ponens *conſil. 10 à num. 186.*

Nec iſthæc ſententia à communi diſſidet, 61
quæ habet, ex pactione depoſito adiecta, *vt
vti liceat*, vel *tantumdem reddatur*, depoſitum
manere, quamuis eius limites excedat, quam
eruditè probat Coſta *in l. ſi ex cautione. 3. fal-
lent. 2. num. 4. C. de non numerat. pecun.* omnes
communis ſententiæ limitationes breui ver-
borum compendio claudens, atque in dubijs
caſibus, quid ſit iuris? aperte docens, vt nul-
la iudicio meo hac in parte maneat difficul-
tas. quod *inferiùs in ſolutione argumentorum* la-
tiùs conſtabit.

Hæc omnia eò tendunt, vt ſciatur iuſta 62
tatione motum *in præſenti* Papinianum
poſt moram vſuras ab accipiente ſoluen-
das edixiſſe, etiamſi pecuniam apud ſe de-
poſitam ex deponentis conſenſu in pro-
prios vſus conuerterit, quem primum depo-
ſiti effectum, ſeu priuilegium ſcribentes iu-
dicant, cùm *ex præacto* conſtiterit in hac etiam
ſpecie depoſitum fieri, quamuis notiſſimos
ipſius fines excedat.

Qui cum contractus bonæ fidei ſit *ex* 63
noſtro textu. §. actionum, Inſtitut. de actionibus.
cum alijs iuribus, quæ ibi Accurſius &
ſcribentes meminerunt, Maſcard. plures 64
referens *de probationib. lib. 1. concluſio. 509. nu-
mero 1.* poſt moram vſuræ ab accipiente de-
bentur. *l. mora. 32. §. in bonæ fidei ff de vſur.*
in ſpecie noſtra. *l. Lucius Titius. 24. l. Publia
Mæuia. 26. § Lucius Titius in fine, cum ſimilib. ſupra
hoc tit. & in eis iuribus, & l. 2. & 4. ff. ſi cert. pet.* ſcri-
bẽtes, deciſio Genuenſ. 34. alios adducẽs, *n. 1.*

Nec ſolus hic effectus vſurarum poſt mo- 65

ram exactionis à Papiniani ratione profluit, ſed & alij, quos referunt Curt. Iun. *in d. l. 2. num.* 15. Iaſon *num.* 5. poſt alios Gabriel Saray. ad Mattheſilan. *ſingul. 5. in ep. nota, quòd contractus depoſiti.* Cattoci. *de depoſit. 1. parte, quæſtio. 1. à num.* 21. Pichard. *vbi ſuprà, à num. 70. ad 75.* quorum breuem notitiam nobis profuturam exiſtimo.

66 Secundus depoſiti ſit effectus, vt poſſit à concedente quandocumque reuocari ex regula *l. penultim. C. hoc noſtro titul. l. 1. §. eſt autem ſupra. c. vltim. hoc. eod. tit. l. 5. titul. 5. part. 5. cum ſimilib.* quod in ſpecie noſtra defendit Coſta *in d. l. ſi ex cautione. 3. fallent. 2. num. 7. C. de non numerat. pecun.*

67 Id verò ſecus eſt, quoties depoſitum in mutuum tranſit, quod reuocari poſſe ſcribentes negant, antequam beneficio ſibi cõceſſo vtatur accipiens. *l. in commodato. 17. §. ſicut ad finem. ff. commoda.* quam in mutuo pariter procedere docuit Bartol. *in l. ſi pœnam. 68. num. 1. vltim. ff. de verbor. obligationib.* teſte Coſta alios referente *in dicta l. ſi ex cautione. 3. fallent. 2. num. 6.* Menoch. *lib. de arbitrar. 2. centur. 1. caſu* 22. Fachineus, qui veriorem hanc, & communem enixe contendit, *lib. controuerſiar. iur. 2. c. 52.* contra Baldum, Angelum, & alios, quorum argumentis ex profeſſo reſpondent.

68 Tertius depoſiti effectus eſt, vt paratam habeat executionem. *d. l. penultim. C. hoc noſtro titul. d. c. 2. eodem. regia l. 5. tit. 3. part. 5.* quod *ex his iuribus in eis, & in d. l. 2. & 4. ff. ſi cert. petat.* communi ſuffragio ſtatuunt, & alijs adductis probant ſcribentes *num. 65. ſuperiùs* enarrati, Cephal. *conſil. 603. num. 35. lib. 4.* Coſta *dicta limitatio. 2. num. 7.*

69 Sed an, & quando depoſitum retinendum ſit ab accipiente, nec commendanti tradendum? exponitur *in l. bona fides 31 infrà hoc titul. l. 6. l. 9 tit 3. part. 5.* poſt alios Gabr. Saray. ad Mattheſilan. *dicto ſingular. 5. à num. 4.*

70 Quartus eſt effectus, vt qui depoſitam pecuniam ſe accepiſſe confeſſus eſt in ſpecie *legis noſtra ac ſimilium.* exceptionem non numeratæ pecuniæ obijcere non valeat quæ in ſolo mutuo admittitur. *d. l. ſi ex cautione. 3. l. in contractibus. 24. l. vltim. C. de non numerat. pecun.* Couarru. *2. parte Rubri. de teſtament. num. 12. in principio.*

71 Non ſic in alijs contractibus. *l. generaliter.* 13 & in ſpecie noſtra *l. in contractibus. 24 §. ſed quoniam. verſic. ideoq́ C. de non numerat. pecun. l. Publia Mænia. 26. §. vltim. infrà hoc titul. l. 7. titul. 13. part. 3.* alijs relatis Marc. Anton. Natta *conſil. 478. num. 4 & 5. lib. 2.* dominus atque auus meus Ioan. Matien. *in l. 9. ſchol. 4. num. 2. titul. 11. lib. 5. recopilation.* quamuis ipſe ab ea diſcedere videatur, Paul. Coſta, & alij, quos refert Pichard. *in princip. Inſtitut. quib. mod. re contrah. obligat. num. 33.* Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſio. 509. num. 2.*

72 Quæ tamen differentia videtur admittenda non eſſe, cum imò praxis obtineat, vt in quibuſcumque contractibus non numeratæ pecuniæ exceptio intra biennium opponatur. quod apertius conſtat in emptionibus, in dotis ſolutione, atque ijs omnibus, quibus dominium ad accipientem transfertur. Sed an vltra biennium opponi poſſit Iure ciuili vel Canonico inſpecto? latè diſcutit Fachin. *lib. controuerſ. iur. 2. c. 81. & 82.* negatiuam veriorem ratus.

73 Quare in omnibus receptæ pecuniæ inſtrumentis exceptioni non numeratæ renunciari ſolet, vel tabellio fidem de pretij numeratione ob oculos eius propoſita facit, vt illa exceptio ceſſet, vel excipienti ſaltem probatio incumbat.

74 Quod videtur ſatis Iuſtinianus exprimere. *d. l. in contractibus 24. C. de non numerat. pecun.* In *contractibus*, inquit, *in quibus pecunia, vel alia res numerata, vel data eſſe conſcribuntur.* Quæ verba adeò expreſſa, & generalia non videntur poſſe ad vnum mutui contractum referri, *l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtan. l. de pretio. 10. cum vulgat. ff de Publicia. in rem actio.*

75 Idque ex ratione prædictæ exceptionis inducendæ ſatis elucet, fraudes etenim, ad quas tollendas inducta eſt, in alijs etiam contractibus inueniri propter hominum perfidiam poſſunt. Quod *in ſpecie noſtra* ex pluribus alijs à ſe relatis tenuit dominus & auus meus Ioan. Matien. *in dicta l. 9. ſchol. 4. num. 5. titul. 11. libro 5. recopilation.* Quæ omnia ex profeſſo expendit Coſta *in d. l. ſi ex cautione 3. §. vltim. numero 2. C. de non numerat. pecun.*

76 Qua non obſtante nebula opinio prior communis eſt, ac vera videtur, quam Coſta *in dicta l. ſi ex cautione. fallent. 2. à numero* 4. rectè defendit, in alijs enim contractibus confeſſio receptæ pecuniæ ſufficit, vt non numeratæ pecuniæ exceptio opponi nequeat. *d. l. generaliter. 13. C. de non numerat. pecun. l. 7. titul. 13. part. 3.* vel ſaltem, vt excipienti probatio incumbat, cùm ſit ſecus in confeſſione receptæ mutui cauſa pecuniæ, mutuum enim accipientes, inquit, ſpe futuræ numerationis & vſus ſe recepiſſe facilius fatebuntur. *d. l. vltim. C. de non numerat. pecun.* Coſta & alij, *ſuperiùs* adducti.

77 Ego verò, quò res noſtra clarior fiat, contra Coſtam *vbi proximè*, eius veſtigia ſecutus *in d. §. vltim.* mutui mentione omnes alios contractus comprehendi debere iudico, eos maximè, in quibus dominium ad

ac-

accipientem transfertur ex eadem ratione ad
ſpem futuræ numerationis relata, prout &
ipſe Coſta probat *in d.l.ſi ex cautione.d.§.vltim.
incipien. nouiſſime operæpretium,num.4.* excepto
78 depoſito, ac dote ex ratione Imperatoris *in d.
l.in contractibus.24.§.ſed quoniam, verſicul. ideo-
que, C.de non numera.pecun.* de cuius interpreta-
tione & effectu latè Couarru.*lib.variar.1.c.7.
num.6.* dominus & auus meus Ioan. Matien.
in l.9.ſchol.4.titul.11.libr.5.recopilation. Qui
79 *numero 5.* ciuilem hanc, & fictam numeratio-
nem dicit, actualem, vel eam, de qua expreſ-
ſim conſtat ex mente aliorum prætetens, &
in num.6. deciſionem *d.l. Publia Meuia.26.§.
vltim.infrà hoc titul. dictæl. in contractibus* habe-
80 re locum docuit aduerſus confitentem
ipſum, non etiam aduerſus alios, etiamſi
confeſſio iurata ſit *ex iuribus, & interpretibus à
ſe congeſtis.* Quam veram diſtinctionem in
ſpecie pluribus alijs tenuit Maſcard. *de proba-
tionib.lib.1.concluſ.509.à num.3.ad 7.*

81 Sed Coſta *in d.§.vltim. num 4.ad finem,* in
depoſito etiam ac dote non numeratæ pecu-
niæ exceptionem contra confeſſionem ad-
mittendam conatur, Imperatoris verba ad
tempus, non ad effectus referens. Quod ta-
men non omnino admittam, cum contra-
rium verba Imperatoris expreſſerint.

82 Hodie cum inſtrumentis, quibus receptæ
pecuniæ confeſſio continetur, ex tabellio-
num ſtylo & conſuetudine renunciatio ex-
ceptionis non numeratæ adſcribatur, tam in
mutuo, quam in alijs contractibus idem ius
obtinet, vt ceſſet exceptio, vel excipienti ſal-
tem probatio incumbat, ex veriore ſenten-
tia, quam ex Alberico & alijs toto in orbe
admiſſam teſtatur Coſta *in d.l.ſi ex cautione.3.
§.compellitur, ſi velit obtinere.num 2. C.de non nu-
mera.pecun.* adducens pro hac ſententia *l.9.ti-
tul.1.part.5.* & Luſitaniæ praxim lege regia
confirmatam, quamuis ex eo non deſint
contrariæ ſententiæ adſertores.

83 Quintus effectus, iſque certiſſimus, iudi-
cio meo proponitur in depoſito modum
etiam ſuum excedenti compenſationem
non admitti. *d. c. vltim. de depoſit. l. vltim. C.
eodem titul. l.5. titul.3.part.5.* poſt alios Ema-
nuel Coſta *in d.l. ſi ex cautione, fallen. 2. nu-
mero* 8.

84 Quam concluſionem admitterem cum
moderamine ac diſtinctione domini & aui
mei Ioan. Matien. *in d.l. 9.ſchol.4.numero 6.
titul. 11. libr. 5. recopilation.* vt compenſatio
contra confeſſum depoſitum non admit-
tatur, niſi tertio iniuria fiat. quod priùs
in ſpecie ex aliis, quos adfert, ſcripſit Gre-
gorius Lopez *in d.l.5. verb.compenſatio, tit.3.
part.5.*

85 At in mutuo compenſatio admittitur.
*l.vltim.C.de compenſationib.§.in bonæ fidei iudicij,
Inſtitut. de actionib.* Thom.Parpal. *in l.2.num.9.
ff.ſi cert.petat.* Marcus Anton. Natta *conſil.438.
num.1.lib.2.*

Sextus iſque indubitatus, vt pecunia apud 86
nummularios depoſita alijs omnibus credi-
tis præferatur. *l.ſi hominem 7.§. quotiens, ſuprà
hoc titul.l.9. titul. 3.part. 5.* nec inter depoſita
ordinem ſpectari, ſed ſimul admittenda re-
ſpondit Vlpianus *in d.l ſi hominem, §.vlt.* de-
ductis tamen expenſis *l.quod priuilegium.8. ſu-
prà hoc titul.* Quod qualiter accipiatur, docet
Accurſ. *ibidem*, quem cæteri ſequuntur, *regia
l.16.titul.3.part.5.*

Sed adhuc quæſtionis eſt an in depoſito 87
irregulari priuilegia hæc regulari competen-
tia locum habeant? In qua communis eſt
omnium concluſio, depoſito etiam irregu-
lari depoſiti communis priuilegia conceſſa
eſſe: quam poſt alios à ſe relatos docta diſpu-
tatione comprobat Vincent. Cartaci. *de depo-
ſit.1.parte, quæſtion. 2.à numero 22* Marc. An-
ton. Natta *dicto conſil.438. num.2. lib.2.* Gabr.
Saray. ad Matheſilan. *ſingulari 5.num. 2.* Fa-
chin. *libr.2. controuerſ. iur. c.92. verſic. probatur
ſecundò.*

Eadem etiam priuilegia in depoſito con-
feſſo ex veriore ſententia obtinent, quam de-
fendunt Curtio & alijs relatis Saray. *dicto nu-
mero 2.* Emanuel Coſta *in dicta l.ſi ex cautio-
ne.3. limitatio.2.à numero 4. C.de non numera. pe-
cun.* quamuis Baldus, Socinus & alij, quos
refert dominus & auus meus Matien. *in d.l.
9.ſchol. 4. numero 4. titul.11. libr. 5. recopilation.*
& ſequitur Maſcard. *dicta concluſio. 509. nu-
mero 6.* priuilegia iſthæc ipſi denegauerint.
Quod & adnotauit Fachin. *d.c.92.* priori ſe
adſcribens ſententiæ.

Ipſe tamen dominus meus *dicto ſchol.4.nu- 88
mero 6.* has opiniones aduerſas conciliat,
vt prior locum habeat contra confitentem,
poſterior, ſi ex confeſſione tertio detrimen-
tum inferatur. Quam diſtinctionem vltra
eos, quos ipſe adducit, expreſſerant Couarr.
*lib.variar.1.c.7.num.6.verſic.de creditoribus mariti
difficilis eſt quæſtio.* Gregor. *in d.l.5 verb. compen-
ſatio, tit.3.part.5.* Maſcard. *dicta concluſio.509.à
num.3.ad 7.*

Priuilegia vero depoſiti amittit ſub vſuris 89
deponens. *d. l. ſi hominem. 7.§. quotiens, ſuprà
hoc titul.* quem ita communiter interpretes
accipiunt, Decian. alijs relatis *conſil.109.num.
82.lib.2.* Quod an, & quomodo permitta-
tur? diſcutiunt Alexand. *conſil.80. lib.3.* Ro-
man. *conſil.238.maximè à num.4.* vbi Horatius
Mandoſ. *in varijs eius conſilij notis* alios adfert.
Auguſtin. Beroi. *conſil.194.à num.43.lib.1.* de-
ciſio Genuenſ.34.*n.3.&* 5. Franciſc. Marc. *de-
ciſionum Delphinat.2.parte, quæſt.889.*

90 In dubio tamen depoſiti contractum legitimum, verum, licitum, bona fide factum, & abſque vſurarum labe celebratum præſumi ex Baldo, Decio, Craue. Socin. Rolan. Parſ. & alijs multis probare nititur Ioan. Botta *conſil. 74. à num. 25.*

91 Quæſtio tamen eſt apud interpretes controuerſa, cùm quis ſimpliciter amico dixit, *accipe hanc pecuniam*, videaturne mutuaſſe, depoſuiſſe, donaſſe, ſimpliciterùe tradidiſſe? & an ius ad repetendum, vel actionem præſcriptis verbis habeat? quam mouet Fachin. *lib. controuerſ. tit. 2. c. 53.* qui omnium ſententias, earumque rationes proponit, ſextam quinque à ſe relatis adijciens, *in verſicul. ego vero*, totam hanc diſputationem iudicis arbitrio cauſis, & circumſtantijs locorum, occaſionum, verborum, & perſonarum diligenter inſpectis, committendam.

92 Quibus ita ſuppoſitis reſtat nunc ad dubitandi rationes *ſuperius* propoſitas reſpondere. Quod vt facilius adimpleatur, conſtituo, depoſitum, *de quo in præſenti*, regulas, & terminos depoſiti excedere, non tamen ipſis aduerſum eſſe.

93 Imprimis non obeſt, translationem dominij à depoſito alienam eſſe. *d. l. licet. 17. §. rei depoſitæ. ff. depoſit.* & mutuo conuenire. *l. 2. §. appellata, & §. mutui datio. ff. de reb. credit.* nam hæc translatio, ſi liceat ex conuentione partium, depoſiti naturæ prorſus aduerſa non eſt, ſed potiùs in continenti adiecta ipſi contractui ineſt, nec in alterum immutat, depoſiti ſemper actione permanente, à quo contrahentes, *vt prædixi*, ſtatim recedere noluerunt, nec priuata conuentione, quæ forſan inter eos ſecreta manſit, ſe corrigere.

94 Cui reſolutio non officit *d. l. certi condictio. 9. §. vltim. ff. ſi cert. petat.* in quo *ex ſuperius numero 5. adnotatis* pactio ex poſtfacto interuenit. Quo factum eſt, vt ad eum ſtatum contrahentes perueniſſe intelligantur, quo pecunia in deponentis poteſtate fuiſſet, atque adeò nouus contractus initus, vt quaſi mutua condici poſſit, nec vlterius depoſiti ſuperſit actio ex mente conſulti, & *in ipſa difficultatis applicatione* adnotatis.

Quod idem accidit in ſpecie *d. l. quod ſi ab initio. 10. ff. ſi cert. petat. & ſimilium*, quoniam à tempore impletæ conditionis videtur nouus mutui contractus ex breuis manus fictione celebratus, quicquid fruſtra contra ſtimulum calcitret Conanus *lib. comment ar. iur. ciuil. 7. c. 4. nu. 7.* quod rectè agnouit Duaren *in horum iurium expoſitione, ad titul. ff. ſi cert. petat. c. 2. column. 5.* diximus *ſuperiùs num. 59.*

95 Sed adhuc præcipua manet difficultas circa intellectum *d. l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. ſi cert. petat.* in qua depoſitum ea lege factum Vlpianus ait, *vt ſi accipiens emiſſet prædia crediti nomine obligatus eſſet*, atque adeò ſtatuit, periculo eius eſſe, qui ſuſceperit. Vnde fateri opus eſt, mutuum, non depoſitum, verbis hiſce inductum eſſe, licet hac in re duplex ſit communis opinio, & antiquiſſima inter Azonem & Ioannem *ſuperiùs ex n. 28.* recitata contentio.

Ioannes enim mutuum eſſe voluit tum ex conſtitutione Rubricæ, tum quia principaliter actum eſt, *vt accipiens, ſi emiſſet, crediti nomine obligatus eſſet*, finis enim conuentionis illius vtendi facultas fuiſſe præſumitur, quæ in omnem euentum, *vt illa vti poſſet accipiens*, conceſſa videtur, vt verba cum effectu intelligantur. *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iure patronat. c. relatum. 4.* vbi Bernard. *verb. cum effectu* iura ſimilia congerit *de cleric. non reſidentib.* 96

Siue igitur ea ſit vſus accipiens, ſiue non, vtroque caſu ad debitorem dominium videtur translatum, vel ſaltim, vt transferretur deponens paſſus eſt. quod ſufficit, vt verum mutuum dicatur. Neque hoc in loco prodeſt Conani obiectio *dicto lib. 7. c. 4. n. 7.* depoſitum eſſe volentis, quia ad libitum reuocari poteſt, quæ deciſioni potiùs illi aduerſa videtur, in qua accipientis electioni relicta eſt prædiorum emptio, tempuſque vtendi expectatur. Quod eo magis conſultus ad periculi cuiuslibet præſtationem accipientem, quaſi dominum obligans oſtendit.

Ex aduerſo Azo, Bartol. & alij *ſuperiùs* enarrati *num. 31.* eam legem exiſtimant in depoſito habere locum, nec ex conuentione *vtendi* noui aliquid inductum fuiſſe, verbumque illud, *periculo eſt eius*, vltra leuiſſimam culpam non extendunt, quæ in bonæ fidei contractibus *periculi* nomine venire præſumitur, fortuitum caſum ab hoc ſeiungentes, quem omnino in mutuo præſtari oportet. *l. incendium. 11. cum ſimilib. C. ſi cert. petat.* 97

Depoſitum enim, inquiunt, *in eo textu* celebratum eſt, conſultus ſiquidem nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi habuiſſe dominum, & proficiſcentem eum, quam alter mutuam poſtulauerat, pecuniam depoſuiſſe ait: cuius mens ea fuiſſe videtur, vt depoſitum fieret, cuius ſubſtantiam aeceſſoria, *vt vti liceat*, conuentio etiam impleta non immutat *ex lege noſtra, præcedente, ſequente, ac ſimilibus*, & in terminis Conan. *d. lib. 7. c. 4. num. 9.* ex repetita ratione, quia poteſt ad libitum concedentis reuocari. 98 99

Equidem in hac controuerſia cum neutra prædictarum opinionum *in dicta l. ſi quis nec cauſam.* ſatis probari videatur, neutra refelli, forſan tentari poſſit, *in ea lege* depoſitam ea conditione pecuniam, *vt ſi accipiens emiſſet prædia, crediti nomine haberet*, eò vſque depoſitum eſſe cenſendũ, donec prædia emerit, ab emptio- 100

emptionis tempore in mutuum conuerti, ſi-
cut accidit in ſpecie *d. l. quod ſi ab initio.*10. *ff.*
ſi cert. petat. in conditione illa depoſito adie-
cta, *vt accipiens, ſi velit, depoſita pecunia vtatur.*
nihil enim aliud efficit indefinitè concepta
conditio, *ſi voluerit*, quam definitè, *ſi prædia*
emerit.

101 Ex prædictis tamen ſententijs vnaquæ-
que vera fieri poteſt. Prima Ioannis & alio-
rum *in d.l. ſi quis nec cauſam.* 4. *ff. ſi cert. petat.*
mutuum ab initio celebratum, quod Vlpia-
nus ipſe ſuis verbis expreſſit, *crediti nomine ob-*
ligatus eſſes, cuius ideo deciſionem Iuſtinianus
ſub titu. de rebus creditis collocauit. argumento
*l. Imperator.*19.*ff. de in diem addictio.* imputet er-
go ſibi ſuſcipiens ea facultate non vſus.
Quod vtique dumtaxat attendunt interpre-
tes, & nos *ſuperius n.*61.

Azonis verò, Bartoli, & aliorum ſenten-
tia in ſpecie *noſtri textus*, *& ſimilium* obtinet,
in quibus depoſitum præcipue contrahen-
tes celebratum eſſe voluerunt, quamuis
enim depoſito adſcripta in continenti *vtendi*
pactio ipſius modum & limites excedat, de-
poſitum tamen manere iudicatur.

102 Reſtat difficultas circa verbum illud, *peri-*
culo eius eſſe, quod variante deciſionis effectu,
diuerſimode intelligi neceſſum eſt: etenim
dum depoſitum durat, cum illud gratia ſit
accipientis factum, tenebitur accipiens de
leuiſſima culpa ex regula. *d. l. ſi vt certo.*5.*§.*
*nunc videndum. ff. commoda. l.*1 *§. ſæpe, ſupra hoc*
titu. Fachin. ex alijs *lib.* 2. *controuerſ. iur. numer.*
70. hæc & alia fundamenta proponens, quia
mutuo adhuc nullam proximitatem habet,
ſed ſtatim ac mutuum eſſe incipit, vel ad in-
ſtar mutui, ſecundùm ſubiectam mutui ma-
tui materiam caſus etiam fortuitos accipiens
præſtabit. *d. l. incendium.* 11. *C. ſi cert. petat. l. vltim.*
in fine titu. 1. *part.* 5. vt ex hac diſtinctione ſen-
tentiæ inuicem pugnantes concilientur,
quas ad illius verbi, *periculo*, interpretatio-
nem *in l. contractus.* 24. *numer.* 109. *& ſequenti*
latius protulimus. Quæ diſtinctio, niſi fal-
lor, à mente Fachinei *in d. c.* 70 *in primo funda-*
mento aliena non eſt.

103 Deinde non viget nimis argumentatio à
ſimili ſumpta in caſu emptionis *ex d l. cũ ma-*
*nu ſata.*80. *in fine. ff. de contrahen. emptio.* vbi pu-
re ab initio interuenit conuentio, ne domi-
nium transferretur, & nihilominus contra-
ctus venditionis perimitur. Nam pactum
illud contractus naturæ ac ſubſtantiæ repu-
gnat, cum nihil contrahentes agant, niſi ani-
mum habeat venditor in emptorem dominij
transferendi.

104 Quod vt rectius perſpiciatur, animaduer-
tendum eſt tranſlationem dominij non eſſe
in emptione omnino neceſſariam. *l. ſi ita.*25 *l.*
ſi rem alienam. 28. *ff. de contrahen. emptio. §. ſi quis*
à non domino. Inſtitut. de rer. diuiſio. l. 19. *titu.* 5. *part.*
5. ex Bartolo, & alijs à ſe relans Pinel. *in Rubr.*
C. de reſcinden. vendition. 2. *parte, cap.* 3. *numer.* 16.
contrahentes tamen eo animo eſſe debere,
vt, ſi fieri poſſit, puta, ſi venditor dominus
ſit, dominium in emptorem transferatur.
quod palam docuit Bartol. *in l. in conuentiona-*
*libus.*52.*§. ſi quis vacuam. ff. de verbor. obligationib.*
quem ſibi contrarium putauit Arias Pinel.
dicto numer. 16. vnde conſultius merito pa-
cto, *ne dominium transferatur*, emptionem pe-
rimi edocuit.

Pactio verò, *vt tantumdem reddat accipiens*, 105
naturæ depoſiti non repugnat, cum idem in
effectu reſtituat, quod cõſulti dumtaxat de-
ſiderant, idq́ue Carroc. *de depoſi.* 1. *parte, quæſi.* 2.
*num.*25.*&* 26. ex Bartolo, & alijs contra De-
cium à ſe relatum adfirmauit, & nos *ſuperius*
n. 44. *&* 45. *& in d. l. contractus.* 24. *ff. de regul. iur.*
num. 117. *&* 118. quamuis eius vſus depoſiti
modum excedat. *d. l. Lucius Titius.*24. *ſupra hoc*
titu. poteſt ergo adhuc depoſitum manere,
ſaltem, vt recipiens gratis cuſtodiam præſtet,
& ad vſuras poſt moram depoſiti actione te-
neatur.

Sed quoniam periculum, & dominium 106
in accipientem tranſeunt, egreditur depoſiti
terminos. *d. l. Lucius*, & caſus ad inſtar mutui
ſuſcipiens præſtat. Quam ſolutionem ex a-
lijs, non tamen ita dilucidè adfert Pichard.
in dicto princip. Inſtitut. quib. mod. re contrahi. oblig.
num. 83. *&* 84.

Nec intereſt, depoſitarium re apud ſe 107
depoſita vtentem furti reum fieri, quoniam
hæc concluſio fallit in numerata pecunia
depoſita, cuius vſus expreſſim à deponente
accipienti conceditur, cum nulla ſit alienæ
rei inuito domino contrectatio, ex qua fur-
tum inducatur, prout rectè poſt alios à ſe
adductos probat Farinaci. *in praxi crimi-*
nal. 5. *parte, titu.* 15. *de furt. quæſtio.* 169. 1. *parte,*
num. 4.

Secundæ argumentationis nodus faci- 108
lius explicatur, vſuræ namque depoſiti a-
ctione poſt moram peti poſſunt, cum ſit
contractus bonæ fidei. *l. mora.* 32. *§. in bonæ fi-*
dei iudicijs. ff. de vſur. Nec refert mutuo ſimi-
lem contractum ex *vtendi* pactione fieri, cum
enim duret ipſum depoſitum, quamuis adie-
ctæ legis cauſa eius terminos excedat, in il-
lius tamen actione, quæ permanente depo-
ſito, & ipſa permanet, poſt moram vſu-
ræ iudicis officio præſtantur, ſicut in alijs bo-
næ fidei contractibus fieri ſolet. *d. §. in bonæ*
fidei.

Quod ſecus eſt in culparum & caſuum 109
præſtationibus, quæ cùm contractibus ip-
ſis non inſint, ſed foris petantur ex adnotatis

 à no-

à nobis *in l. contractus. 24. numer. 1. ff. de regul. iuris*, illa præſtanda ſunt, quæ in ſimili contractu præſtari ſolent. *l. in rebus. 17. ff. de iure doti. l. ſi vt certo. 5. §. vltim. cum ſimilib. ff. commoda.*

110 Vltima dubitandi ratio parum, aut certe nihil obeſt: non enim Papinianus *in preſenti, & alijs in locis ſuperius allegatis* neceſſario deſiderat obſignationem, vel numerationem pecuniæ, vt ex hac diſtinctione nunc depoſitum, nunc mutuum inducatur, cum ad hoc, vt depoſiti terminos excedat, pactionem potius ſemper adijciat, *vt tantumdem reddatur*, vel, *vt vti liceat*. quæ clarius contrahentium voluntatem oſtendit, ſed quia ex hac diſtinctione conijci videtur, niſi contrarium, vel ex verbis, vel veriſimili contrahentium mente adpateat, eo animo clauſam tradi pecuniam, *ne vti liceat, neue ſufficiat, in genere tantumdem reddi*, & omnino contrario numeratam eſſe. Qua de cauſa, ni fallor, diſtinctionem hanc ſcribentes communiter amplexi ſunt.

Quòd ſi meum liceat interponere iudicium, nec numeratio, nec obſignatio quicquam proderit, ſi partium voluntas, quæ ſola contractus perficit. *l. conſenſu. 2. ff. de obligationib. & actionib. princip. Inſtitut. de obligationib. ex conſenſu*, vel ex verbis, aut mẽte ipſarum conijci potuit, *ne accipiens vtatur*, vt vtroque caſu ſemper ſit regulare depoſitum, ſicuti ex aduerſo, cum pecuniæ vſum permiſſum eſſe conſtat, etiamſi clauſa & obſignata tradita ſit, irregulare, ac mutuo ſimile, ſiue aliquando in mutuum *ex preadductis iuribus* conuertatur. 111

Quare Igneus *in d. l. contractus. 24. ff. de regul. iur. numer. 1.* & alij, quos adfert eos ſecutus Barboſa *in dicta l. ſi mora. 10. num. 85. ff. ſoluto matrimon.* communiter acceptam diſtinctionem ad coniecturam dumtaxat voluntatis contrahentium probant, quam ad hanc diſparitatem agnoſcendam omnes neceſſariam arbitrantur. quibus libenter adſentior, vt breuis hæc noſtra diſputatio abſoluatur. 112

Ex l. quidam decedens. 6. ff. de adminiſtrat. tutorum.

S V M M A R I A.

1 *Diuiditur textus littera.*
2 *Species illius fingitur.*
3 *Verbum* aneclogiſtos, *quid ſignificet?*
4 *Concluſio ſignatur.*
5 *Generalis liberatio tutorem à reddendis rationibus liberat.*
6 *Generaliter liberatus nec de dolo poteſt conueniri.*
7 *Quoad remiſſionem doli ius idem in contractibus, & teſtamentis obtinet.*
8 *Liberationis legatum quomodocumque relinquatur, valet.*
9 *Tantum valet generalis diſpoſitio quoad genus, quantum ſpecialis quoad ſpecies.*
10 *Ad certum tempus teſtamento dilatum debitum, ante illud elapſum peti non poteſt.*
11 *Scriptura vel chirographo debiti à teſtatore debitori tradito, nulla datur hæredi actio, niſi probet dolo ſubtracta.*
12 *Si teſtator tertio ſcripturam, vel chirographum leget, debitum quoque in eo contentum legaſſe videtur.*
13 *Qui renunciat inſtrumento, debito in eo contento renunciaſſe non preſumitur.*
14 *Si debitum continens ſcriptura vendatur, vel donetur, tacitè videtur vendita, vel donata res, ſeu pecunia in ea contenta.*
15 *Liberatio à teſtatore legata, hæredibus etiam, & fideiuſſoribus prodeſt.*
16 *Liberatio debitori à teſtatore facta eſt contra hæredem exceptio.*
17 *Is cui liberatio facta eſt, iudicis officium implorare poteſt, vt eum abſoluat.*
18 *Voluntas teſtatoris pro lege obſeruanda eſt.*
19 *Interpretes materiam tractantes recenſentur.*
20 *Adſignatur decidendi ratio à conſulto expreſſa.*
21 *Cauſa pupillorum communis eſt, quia ipſi ſe defendere neſciunt.*
22 *Principis generale priuilegium liberam teſtandi facultatem concedens vltra conſuetos teſtandi limites non protrahitur.*
23 *Stultus appellatur teſtator, qui formam legis tranſgredi, vel mutare ſe poſſe putauit.*

24 *Teſtan-*

24 *Teſtantis voluntas pro lege ſeruanda eſt.*

25 *Baldus tenuit, voluntate teſtantis formam & conditionem fieri.*

26 *Pleniſſima indulgentia eſt, quam leges teſtantibus conceſſerunt.*

27 *Lex ex Baldo pedetentim vadit poſt mentem teſtatoris, ſicut venator poſt leporem.*

28 *Teſtandi poteſtas iuri propius accedit naturali, quàm filiorum ſucceſſio.*

29 *Facultas teſtandi ampliſſima eſt.*

30 *Teſtatoris voluntas à principe immutari non poteſt, à S.P. ex cauſa poteſt.*

31 *Voluntas teſtatoris iuri contraria ſeruanda non eſt.*

32 *Solennitatum ſi qua deficiat, teſtantis voluntas non obſeruatur.*

33 *Intelligitur authent. de nupt. §. diſponat, collatio. 4.*

34 *Imperialis conceſſio libere teſtandi intra legum limites intelligenda eſt.*

35 *Imperialis conceſſio aliquid vltra ordinariam teſtandi facultatem concedit.*

36 *Solennitas, vel ſubſtantia teſtamenti prouenit à iure publico, quod nemo remittere poteſt.*

37 *Ius formas teſtamentorum ad fraudes in eis vitandas induxit.*

38 *Leges, quæ fraudibus obuiant, ſunt iuris publici.*

39 *Intelliguntur lex noſtra, & l. nemo poteſt. 55 ff. de legat. lib. 2.*

40 *Solus princeps* clauſula legis non obſtante *diſponere poteſt.*

41 *Legum, & canonum ſenſum omnes obſeruare tenentur, nec ſubdito licet legis præcepta contemnere.*

42 *Teſtatoris clauſula,* vt in executione legatorum ſummarie procedatur, *ex Baldo reijcienda eſt.*

43 *Prætoris edictum à teſtamento, vel eius executione teſtator excludere non poteſt.*

44 *Turpis aut inepta teſtantis voluntas reſpuitur.*

45 *Conſuetudini aduerſa teſtantis voluntas ſuſtineri non debet.*

46 *Tanta eſt vis conſuetudinis, vt legem vincat.*

47 *Iudex contra conſuetudinem iudicans facit litem ſuam, veluti ſi contra legem iudicaret.*

48 *Teſtator nihil diſponere poteſt, quod humanitati, & ciuilibus moribus obuiet.*

49 *Nec id ex reſcripto principis ſibi licebit.*

50 *Intelligitur l. 13. tit. 6. lib. 5 recopilation. eiuſque rationes expenduntur.*

51 *Omnia bona patris ſunt legitima filiorum, dempta quinta parte liberæ ipſius diſpoſitioni relicta.*

52 *Filijs legitimam ſuam pater adimere non poteſt.*

53 *Tertiam bonorum ſuorum partem poteſt pater filio, vel filijs quibus malit, prælegare, vel alio titulo relinquere.*

54 *Diſpoſitio dicta regiæ l. 13. in patre dumtaxat filios habente procedit.*

55 *Deficiente ratione legis deficit ipſius diſpoſitio.*

56 *Funeris impenſæ pro modo facultatum, & dignitate perſonæ regulariter facienda ſunt.*

57 *Funeris impenſis certus, ac determinatus modus lege regia ſtatutus eſt.*

58 *Funeris impenſa iure communi attento qualiter deducenda ſit? & an debitis præferenda?*

59 *Iure autem regio quid iuris obtineat?*

60 *Bona propria non dicuntur, niſi deducto ære alieno.*

61 *Iure regio funeris impenſæ nondum extractis debitis deducuntur.*

62 *Legum correctio vitanda eſt.*

63 *Reſpondetur difficultati ex comparatione filiorum & creditorum ortæ.*

64 *Creditorum iura poſitiua lege inducta ſunt, quo & actiones prodita.*

65 *Filijs naturali iure, quod immutari nequit, legitima debetur.*

66 *Immoderati ſumptus in exequijs etiam ex voluntate teſtatoris fieri non debent.*

67 *Rationi dubitandi ſatisfieri incipit.*

68 *Pater filij tutor, nec de dolo tenetur, niſi aliud teſtator iuſſerit.*

69 *Debiti iam contracti liberatio prodeſt, ne quis de dolo teneatur, ſecus in debito futuro.*

70 *Dolus proprius nemini prodeſſe debet.*

71 *Liberatio iuri contraria non valet, princeps tamen clauſula legis non obſtante eam facere poteſt.*

72 *Præter principem ſuis & alienis legibus ſolutum, omnes illis ſubſunt.*

73 *Difficultas ex § ſi quis debitori. Inſtitut. de legat. orta proponitur.*

74 *Intelligitur dictus § ſi quis debitori.*

75 *Verba debent intelligi cum effectu.*

76 *Expenduntur verba l. ſi ita ſcripſiſſet. 46. ff. de legat. lib. 2.*

77 *Teſtatoris mandatum,* vt ſua perſoluantur debita, *ad ea, quæ nulli ſunt exceptioni reſtringitur.*

78 *Præteriti doli remiſſio valet, futuri non valet.*

79 *Teſtator ſuos curatores liberans, dolum remiſiſſe non cenſetur.*

80 *In generali liberatione dolus etiam præteritus non comprehenditur.*

81 *Nemo facultates ſuas iactare præſumitur.*

82 *Gene-*

82 *Generali liberatione facta ſcrupuloſa inquiſitio facienda non eſt.*

83 *Expreſſa doli præteriti remiſſio vtilis eſt, à qua peccati perpetrandi timor abeſt*

84 *Verba l. ſi vnus 27. §. illud nulla. ff. de pact. recitantur.*

85 *§. Illud nulla in dolo futuro interpretes intelligunt.*

86 *Scribentium interpretatio ex conſideratione Accurſii dubia redditur.*

87 *Remiſſa actione dolus remittitur ex Accurſio in contractu, quo is ſolus præſtatur.*

88 *In depoſito lata etiam culpa cum dolo pariter coërcetur.*

89 *Dolus ex malitia, culpa ex ignorantia deſcendit.*

90 *Lata culpa etiam futura expreſſe, vel tacite condonari poteſt.*

91 *Lata culpa dolus præſumptus appellatur.*

92 *Teſtator tutori filij ſui confectionem inuentarij remittere poteſt.*

93 *Tacita doli futuri remiſſio ex Accurſio vtilis eſt.*

94 *Doli futuri remiſſione quomodolibet facta fraudibus locus vacat.*

95 *Oblique admitti non debet, quod directè prohibetur.*

96 *Pronomen*, nulla, *indefinitum eſt, & negatiuum, quod vniuerſali æquipollet.*

97 *In legem committit, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem.*

98 *Limitatur regula*, Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

99 *Conuentio ex Donello*, ne depoſiti agam, *vtilis eſt, ſed exceptionem doli non excludit.*

100 *Verbum* videtur, *improprietatem denotat.*

101 *Ex generali etiam, vel vniuerſali liberatione dolus futurus non remittitur.*

102 *Latæ culpæ remiſſio tacita, vel expreſſa valet.*

103 *Donelli ſententia ex diuinationis vitio impugnatur.*

104 *Principali actione extincta, nihil poſtea ex ea peti poteſt.*

105 *Rei depoſitæ vindicatio actione remiſſa domino competit, ſi dolus poſtea ſit admiſſus.*

106 *A contractibus mala fides abeſſe debet.*

107 *Dolus futurus an modo aliquo remitti poſſit?*

108 *L. ſi quis rationes. 10. ff. de liberatio. lega. deciſio temperatur.*

IVLIANVS LIBRO XXI.

DIGESTOR.

l. quidam decedens. 6 alias. l. ita autem. 5. §. Iulianus lib. 21. Digeſtorum. ff. de adminiſtratio. tutor.

QVidam decedens filijs ſuis dederat tutores, & adiecerat, eoſque aneclogiſtos eſſe volo. Et ait Iulianus, tutores, niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari debere, quamuis teſtamento comprehenſum ſit, vt anecllogiſti eſſent, nec eo nomine ex cauſa fideicommiſſi quicquam conſequi debebunt, vt ait Iulianus, & eſt vera iſta ſententia. Nemo enim ius publicum remittere poteſt, aut mutare formam antiquitus conſtitutam. Damnum verò quodcumque ex tutela quis ſenſerit, & legari, & per fideicommiſſum eis relinqui poteſt.

1 DIuiditur huius textus littera in quatuor partes. In prima Iulianus ſpeciem proponit. In ſecunda ſententiam ſuam explicat. In tertia rationem adijcit. In quarta, & vltima ex ratione ad aliam ſpeciem infert. Prima eſt *in principio*. Secunda, *ibi, & ait Iulianus*. Tertia *in verſicul. nemo enim*. Quarta, *ibi, damnum vero.*

Facti effigies eſt. Petrus elogio ſuo liberos hæredes inſtituit, tutoreſque ipſis dedit, ea lege, vt à reddendis rationibus immunes eſſent. Tutores hi à teſtatore dati generalis libe- 2

liberationis cauſa minotum ſuotum bona,
vel diſſiparunt, vel dolo aliqua eorum ſub-
traxerunt. Quo in facto cum Iulianum filij
conſuluiſſent, reſpondit, exceptionem illam
ex clauſula teſtatoris deſcendentem, qua
ſe tutores defendebant, ipſis non profutu-
ram, ne de dolo tenerentur. Licet enim teſta-
toris voluntas pro lege ſit ad vnguem ob-
ſeruanda, ſi tamen legum diſpoſitioni repu-
gnet, prout inutilis abijcienda eſt. *Nemo
enim*, conſultus ait, *ius publicum remittere po-
teſt, aut mutare formam antiquitus conſtitutam.*
Damnum vero, vel detrimentum, quod ex
tutela tutoribus à teſtatore datis obuenerit,
recte poteſt eis legari, vel ex fideicommiſſo
relinqui.

3 Facti ſpecie propoſita explicationem no-
ſtræ legis ingrediar, cuius verba venuſtis,
vtilibus & elegantibus quæſtionibus anſam
præbent. Sed antequam ad concluſionem
accedam, operæ pretium duxi ſignificatio-
nem verbi *anecloguſtos* proponere: quod ita
legendum eſt ex Alciato, qui rerum om-
nium difficilium diligens indagator fuit, *lib.
2. parerg. iur. cap.* 25. licet vulgata in editione
alogiſtas legatur, quam probat Accurſius, cui
in prædicti verbi explicatione conſentit Al-
ciatus illud explicans, id eſt à reddẽdis ratio-
nibus immunes, ac liberos, Cornelij Taciti,
quem refert, authoritate ductus. Deriuatur-
que ſecundum eos ab *anes*, quod eſt, *ſine*, & *lo-
gos*, *ſermo*, quaſi ſine ſermone, id eſt à ſermoni-
zatione, vt me ita explicem, aut à reddenda
ratione ſolutos & exemptos. inde logiſta
ex Accurſio dicitur, qui rationes accipere ac
reddere tenetur, iſque iure Codicis Cæſaris
procurator appellatur. *l. curator.* 3. *C. de modo
mulctar.* cuius forſan hodie munus à regio
ſacri patrimonij ſenatu apud nos expeditur,
& in regia domo, ni fallor, dictus vulgo *Gra-
phier*, exercet. Quæ ad huius dictionis ſigni-
ficationem ſufficient. Deducta à Bartolo ſe-
quens eſt

CONCLVSIO.

4 *Tutor de dolo tenetur, etiamſi
expreſſa patris voluntate à reddendis
tutelæ rationibus ſit immunis.*

5 Prima dubitandi ratio ex eo profluit, quòd
generalis liberatio tutori à teſtatore legata à
reddendis rationibus eum liberat. *l. Aurelius
Symphorinus.* 28. §. *Titius teſtamẽto facto. ff. de libe-
ratio. legat.* Is enim qui generaliter liberatus
eſt, nec de dolo poteſt cõueniri. *l. ſi vnus.* 27. §.
illud nulla. ff. de pact. quamuis, ait Paulus, *ſi quis pa-
ciſcatur, ne depoſiti agat, re ipſa id pactus videatur,
ne de dolo agat, quod pactum proderit.* Pauli deci-
ſionem confirmat Iuſtinianus *in* §. *ſi quis debi-
tori. Inſtitut. de legatis. ſi quis*, ait, *debitori ſuo libera-
tionem legauerit, legatum vtile eſt, & neque ab ipſo
debitore, neque ab hærede eius poteſt hæres petere, ne-
que ab alio, qui hæredis loco ſit.*

Ex quibus verbis aperte conuincitur opi- 6
nio eorum, qui *dictum* §. *illud nulla.* in contra-
ctibus, noſtram legem, & ſimiles in legatis,
alijſque vltimis voluntatibus procedere ad-
firmant, cum idem, quod in cõtractibus diſ-
ponitur *in d.* §. *illud nulla*, in legatis Iuſtinia-
nus expreſſerit *in d.* §. *ſi quis debitori*, & Vlpianus
in l. ſi quis rationes. 9. Iul. Paul. *in l. et cui.* 18. *ff. de* 7
liberatio. lega. vbi legata conductori liber. tio-
ne omne id quoque legatum videtur, quod
perſonali actione peti poterat; quam conclu-
ſionem pluribus alijs relatis comprobat Co-
uarru. *lib. variar.* 2. *c.* 14. *n.* 1. *verſ. ſecundo ex eadem.*
Proſper Farinac. 1. *parte fragmentor. criminal. lit-
te. D. verb. dolus. n.* 151.

Quorum iurium deciſionibus Antonius 8
Gomez. *tomo variar.* 2. *cap.* 12. *num.* 82. dixit, le-
gatum liberationis quomodocumque reli-
ctum, eo modo, quo relictum eſt, valere. Si
generaliter, & abſolute relinquatur, tunc ſa-
ne generaliter quacũq; actione hæredes pri-
uari, vt aliquid à liberato debitore exigere
poſſint. *l. plurib.* 6. *ff. de acceptilationib.* poſt alios
multos à ſe relatos Maſcard *de probationib. lib.*
3. *concluſ.* 1252. *ex c.* 1. *de tranſactionib. l. emptor.* 48.
§ *Lucius. ff. de pact.* Roland. *conſil.* 49. *n.* 42. *lib.* 1.
Verba enim liberationis generalia adeo poſ-
ſunt, vt nullo in caſu tutor rationes reddere
teneatur: alioqui parum, aut certe nihil con-
tra ſuam naturam operarentur ſecundùm
Menoch. *conſil.* 22. *numer.* 7. *verſicul.* 4. & *vlt.* &
num. 8. *lib.* 1. ex Gozadino, quem refert, ſic ar-
guentem.

Quòd ſi ſpecialis liberatio legata ſit, ad 9
eam rem pertendam, cuius liberatio legata
eſt, nulla in poſterum actio hæredi ſuper-
eſt: tantum enim valet generalis diſpoſitio
quoad genus, quantum ſpecialis quoad ſpe-
cies. *l. omnes.* 4. *C. de præſcriptio. trigint. vel
quadragin. annor. l. qua de tota.* 76. *ff. de rei vendi-
catio.*

Idemq́ue obtinet, ſi ad certum tempus de- 10
bitor teſtamento liberatus fuerit, donec enim
id fuerit elapſum tempus, exactio differenda
eſt. *d.* §. *ſi quis debitori.*

Vnde ſi teſtator debitori ſcripturam vel 11
chirographum tradiderit, quo debitum con-
tineatur, hæredibus actio nulla manet ad cõ-
ſequendum debitum, niſi probent, eam ſcri-
pturam dolo ſubtractam, vel inuito teſtatore
traditam fuiſſe. *l.* 1. & 3. *ff. de liberatio. lega.* latiſ-
ſime dominus & auus meus Matien. *in ſtilo
cancellar. tit.* 2. *praeminen.* 17. *caſu* 20. *declaration.*

Quòd

4.*ſchol.* 6.Maſcard. *de probationib. lib.* 1.*concluſio*.476.

12 Quòd ſi alteri, quam debitori ſcripturam vel chirographum debiti teſtator legauerit, debitum quoque in eo contentum legaſſe videtur. *l. ſeruum filij.* 46 §. *eum qui. l. huiuſmodi.* 86 § *ſi ita legatum. ff. de legat. lib.* 1. *l. qui chirographum.* 57. *ff. de legat lib.* 3. *l penulti. titul.* 9. *parti.* 6. *ſi al carta,* inquit, *mandaſſe el teſtador a algun home, entiendeſe que le manda aquel debdo, que le deben por aquella carta,* cuius rationem ſcripſit *ibi* Greg. Lop. *ſchol.* 1.

13 Quoniam, inquit, ſi chirographi legatum, debiti quoque legatum non contineret, nullam vtilitatem ex eo legatarius conſequeretur vnde ſi quis instrumento renunciet, non videtur renunciare debito in eo contento, ſed probationi, quam inſtrumentum faceret. quod alijs exemplis propoſitis ex Baldo, Imola, Cuma. Decio, Alexand. & alijs Greg. *vbi ſuprà* comprobat.

14 Nec id ſolum obtinet in legatis, verum etiam in omnibus tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris contractibus, quia ſi debitum continens ſcriptura vendatur, vel aliquo iuſto titulo alienetur, tacite videtur vendita, donata, vel alienata res, ſiue pecunia in ea contenta. *l.* 1. *C. de donationib. l. creditricem.* 7 *C. de remiſſio. pignor. l. Labeo.* 2. §. 1. *ff. de pact. l.* 11. *titul.* 19. *parti.* 3. *l.* 40. *titul.* 13. *l.* 9. *titul.* 14 *part.* 5.

15 Superius autem generalis liberationis legatum nedũ debitori legatario, ſed & ipſius hæredibus ac fideiuſſoribus prodeſt. *l.* 2. *l. ſi quis reum.* 5. *ff de liberatio. legat* vbi expendit Accurſ. & ex eo Bald. Alberic. & cæteri interpretes, licet ſit ſecus in liberatione fideiuſſori legata, quam principali debitori non prodeſſe *ex præadductis iuribus* poſt alios edocet Anton. Gomez. *dicto tomo variar.* 1. *cap.* 12. *num.* 82.

16 Potiſſimus autem legatæ huius liberationis effectus eſt exceptio, quæ conuento debitori aduerſus hæredem competit, vel ſi alij, quam teſtatori fuerit obligatus, vt hæres cum prædictæ liberationis cauſa à debito abſoluat. *d.* §. *ſi quis debitori. inſtitut. de legat. Sed & poteſt,* Iuſtinianus ait, *à debitore conuentus, vt liberet eum.* Roland. poſt alios *conſil.* 49. *num.* 42. *lib.* 1.

17 Vltimo hæc liberatio efficit, vt is, cui facta eſt, iudicis officium implorare poſſit, vt eum abſoluat, nihilque debere pronunciet, hæredique ad id petendum debitum perpetuum ſilentium imponat. *l. Aurelius.* 28. §. *centum. ff. de liberation. legat* Quæ omnia & ſimilia accuratè notat Anton. Gomez. *dicto ca.* 12. *num.* 82.

18 Ex his igitur, & ſimilibus videbatur dicendum, voluntatem teſtatoris, vt tutores filiorum rationes reddere non cogerentur, omnino implendam, quæ pro lege obſeruanda eſt. *authenti de nupt.* §. *diſponat, collatio.* 4. primumque locum in teſtamentis obtinet *l.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ. l. in conditionibus.* 19. *l. pater Seuerinam.* 100. *cum ſimilib. ff. de conditionib & demonſtrationib.*

His tamen non obſtantibus veriſſima eſt 19
ſuperius elicita concluſio, quam probat *l. ſi ſeruus vetitus.* 119. vbi Accurſ. & Gotofred. iura conſona adducunt. *ff. de legat. lib.* 1. *l. Aurelio.* 20. §. *Caius. ff de liberatio lega l.* 14 vbi Gregor. Lop. *ſchol.* 1. & 2. idem *ſchol.* 1. & 2. *in l.* 102. *titul.* 18. *part* 3 *l* 30 *titul.* 11 *parti.* 5.

Diſputant noſtri textus materiam vltra ordinarios *in præſenti. & prædictis iuribus* ſcribentes *in l. nemo poteſt.* 58. *ff. de legat. lib.* 1. Bartol. *in dicto* §. *Caius.* idem *in l. ex facto.* 43. *numer.* 8 *ff. de vulgar.* Iaſ. *in l. actione.* 2. *num. penulti. & vltim. C. de tranſactionib.* Alciat. *libro parergon* 2. *cap.* 25. Decius *in l. contractus.* 24. *num.* 4. *ff de regul. iur.* idem *conſil.* 278. & 612. Anton. Gomez. *tomo variar. reſolution.* 1. *cap.* 12 *num.* 82. Couarru. *lib. variar.* 2. *cap* 14. dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l.* 14 *ſchol.* 1 *num.* 66. & 67. *titul.* 4. *lib.* 5. *recopilation.* Roland. *conſil.* 49. *lib.* 1. Menoch. *conſil* 22. *lib* 1. idem *de præſumptionib. l.* 4. 2. *parte, præſumptio.* 164. *num.* 7. & 8. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 309. & *caſu* 337. *num.* 14. *de recuperan. poſſeſſio remed.* 15. *numer.* 138. Maſcard. *de probationib. lib* 1. *concluſio.* 125. Surd. *deciſio.* 184. 1. *parte.* latiſſime Anton. Sola in *commentar. ad antiq. Sabaud conſtitutiones, titul. de minorib. eorum inuentar. & quietationib. in decreto quietationem.* 1. *parte, ſchol.* 1. *ex n.* 11. Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 5. *c.* 51. Farinac. 1 *parte fragmentor. crimin. litte. D. verb Dolus.*

Veriſſimam noſtræ deciſionis rationem 20
adſignat idem Iulianus, *nemo enim,* ait, *ius publicum remittere poteſt, aut mutare formam antiquitus conſtitutam.* Quare cùm in pupilli fauorem teneatur tutor rationes reddere, ne aliquid ex eius facultatum adminiſtratione ſibi commiſſa ſubtrahat, & teſte Cicerone *actio.* 21
3. *in Verrem* cauſa pupillorum communis ſit, cum ipſi ſe defendere neſciant propter ætatis imbecillitatem, & fragile ipſorum conſilium. *l* 1. *ff de muner* vbi ſcribentes, nullo modo potuit teſtator id commune ius ex ſpeciali voluntate remittere *l. ius publicum.* 38. *ff. de pact.* voluntas enim, quæ legi repugnat, formam antiquitus conſtitutam mutans ſeruanda non eſt. *l nemo poteſt.* 58 *ff. de legat. lib.* 1. *Nemo poteſt,* inquit Pomponius, *cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.*

Quam decidendi rationem adiuuat Diocletiani & Maximiani ſanctio *in l. teſtandi.* 13. *C. de teſtament.* vbi cum certis legibus teſtandi

facul-

facultatem cuiquam permiſſam eſſe dixiſſet, quod & optimè *multis alijs iuribus & interpretibus* comprobat Couarru.*lib.variar.3.c.6.num.* 7. verba hæc adijciunt, *Non autem iuriſdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare cuiquam permiſſum eſt.*

22 Imo nec principis priuilegium generale liberam teſtandi facultatem concedens vltra ordinarios & conſuetos teſtandi limites porrigitur *l. ſi quando.35.C.de inofficio.teſtament.c. requiſiſti.15.* vbi Bernard.*verb.conſtitutionem canonis* iura ſimilia refert *de teſtament.*

23 Vnde Accurſius *in l.codicillis.91.§.vltim.ſchol. 1. ff.de legat.lib.2.* ſtultum eum teſtatorem appellat, qui formam legis tranſgredi, vel mutare ſe poſſe putauit, quod & rationibus, & argumentis quamplurimis ornat Menchac. *de ſucceſſion.creatio.§.2.nu 5.ad finem & §.3.numer.5. cum pluribus ſequentib.*

24 Sed huic decidendi rationi non parum obeſſe videtur Imperator *in authenti. de nupt.§. diſponat.collatio.4. Diſponat teſtator*, inquit, *& erit lex. l. ſi fratres.53.§. idem reſpondit ſocietatem. ff.pro ſocio. l 1.C.de ſacroſanct.eccleſ.c.vltima voluntas.13.quaſt.2.*

Quæ iura, & ſimilia teſtatori liberam teſtandi facultatem concedunt, vt ad libitum de rebus ſuis in vltima voluntate diſponat, quam ex his quæ breuiter & doctè iungit ex more Gotofredus *in d. §. idem reſpondit ſocietatem.* cuiquam auferre piaculum eſſet, vt non immerito Imperator *in d §. diſponat* teſtantis voluntatem, legem dixerit. cuius deciſio adeo difficilis, & Iuliani noſtri reſponſo aduerſa videtur, vt ab eo prima facie recedendum videatur: quoniam ſi voluntas teſtatoris lex eſt, ergo legem poterit tollere immutare, irritamue conſtituere, cum legi priori poſterior deroget.

25 Quare Bald. *in c. cum in veteri. 52. in princip.numer.2.de electio.* tenuit voluntate teſtantis formam, & conditionem fieri, cuius ſententiam recitans ſecutus eſt Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb.libertis, nu. 42. C.de reuocand. donationib.*

26 Pleniſſimam enim indulgentiam iura teſtatoribus conceſſerunt. *l. verbis legis. 120. ff.de verbor. ſignificatio. l.1. in princip. ff. ad leg. falcid. princip. Inſtitut. eod. titul. l. ex facto proponebatur. 35. §. rerum autem. Et facit totum*, inquit Vlpianus, *voluntas defuncti, nam quid ſenſerit, ſpectandum eſt. ff. de hæredib. inſtituend. l. quia. 5.* ibi, *quia ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſtatorum. C. de neceſſar. ſeru. hæredib. inſtituend.*

27 Ex quo textu, *in eo* Bald. *in fine* ſubtiliter dixit, vt eius verbis vtar, *quod lex pedetentim vadit poſt mentem teſtatoris, ſicuti venator poſt leporem.* quem ad hoc ipſum omnes *paſſim* adſerunt teſte Tiraquel. *dicto numer. 42.*

Item infert Bald. *in l. lege duodecim tabula-* 28
rum.14.numer.1.verſicul. ex teſtamento autem.C de legitim. hæredib. poteſtatem hanc ad libitum diſponendi teſtatori conceſſam naturali iuri proprius, quam filiorum ſucceſſionem accedere, ad cuius ſententiæ confirmationem multa & vtilia congerunt Decian. *conſil. 70. à numero 30. lib. 3.* & *vbi ſuprà* Tiraquell.

Quam teſtandi facultatem ampliſſimam 29
defendunt *paſſim* ſcribentes, inter quos nouiſſimi aliorum omnium teſtimonia proferunt Arius Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. venditio.2.parte, cap 1.num. 12.* Didac. Spin. *in ſpecul. teſtamentor. 1. parte Rubri. ex numer. 16.* Anton. Pichard. *in dicto princip. Inſtitut. ad leg. falcid. num. 15. & 16.* Ioan. Guter. *in repetitione d. l. nemo poteſt.58.numer. 81. cum duob. ſequentib. ff. de legat.*
lib. 1. poteſtatem hanc adeo amplam adſe- 30
rens, vt nec princeps pro libito poſſit teſtantis voluntatem immutare. Quod multis confirmat Couarru. *lib.variar.reſolution.3.c. 6.num.* 7. vbi concluſionem hanc communi ſuffragio receptam dicit, licet id cum cauſa ſummo Pontifici liceat. *clement. quia contingit, de religioſ. domib.* cuius tamen deciſionem ad abſolutam ſacræ ſedis illius poteſtatem refert Bald. *in l. ſi teſtamentum.10 nu.1.C. de teſtament.* Ex quibus omnibus nulla iuſta ratione motus videbatur *in præſenti* Iulianus, vt ex eo teſtantis voluntatem improbet, quòd legi aduerſa ſit.

Sed præadducta iura, omiſſis alijs 31
conciliationibus, quas *in varijs locis* tradunt ſcribentes, tunc demum locum obtinent; quando teſtantis voluntas non eſt omnino aduerſa ſubſtantiæ, ac formæ ſolennitatis à iure traditæ: hæc enim obſeruanda non eſt, verbi gratia:

De ſubſtantia & forma teſtamenti eſt, 32
vt certus numerus teſtium ad illud comprobandum adhibeatur, atque vt hi teſtes liberi ſint, puberes, & rogati: item, vt in quocumque teſtamento fiat hæredis inſtitutio iuxta textum has & alias ſolennitates complectentem *in l. hac conſultiſſima. 21. C. de teſtament. §. ſed cum paulatim. Inſtitut. eod. titul. l. inter cætera. 30. cum pluribus ſimilibus ff. de liber. & poſth.* ſolennitates apud nos neceſſarias exprimunt *l.1. & 2. vbi* late dominus & auus meus Ioan. Matien. *titu. 4. lib. 5. recopilation.*

Quarum ſolennitatum ſi qua deficiat, etiam ſi teſtator hanc expreſſim remiſſam eſſe

voluiſſet, teſtamentum nihilominus non valeret, nec in eo contenta vuluntas ſeruanda eſſet ob ſubſtantiæ defectum, cuius cauſa teſtamẽtum eſſe deſinit, ne abſurdam ſit opus concedi repugnantiam, vt ſit teſtamentum, quia teſtator ita voluit, ac teſtamentum non ſit, quia in eo aliquid ex ſubſtantia deficit, ſine qua nullus actus valet. *l. cum hi.8.§.ſi prætor aditus, cum vulgat. ff. de tranſact.*

33 Superior conciliatio deducitur ex ipſius Imperatoris verbis *in d. authenti. de nupt. Diſponat itaque*, ait, *vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas.* Quod verbum, *vt dignum eſt*, palam oſtendit, legibus aduerſam voluntatem tam quam indignam non valituram, atque ita *inibi* nominatim profitetur Accurſius, quem cæteri ſequuntur, immo & Imperator ipſe *in illius paragraphi proſecutione*, Martianus *in l. ſi quis inquilinos.* 115. §. *ſi quis ſcripſerit*, vbi Accurſ. iura ſimilia refert. *ff. de legat. lib.1.l.32. titul.9. parti.6.* ſcribentes *in l. nemo poteſt.58. ex ea. ff. de legat. lib.1.* Cuiac. *lib. obſeruation.1.c.24.*

34 Hinc inſero interpretationem ad textum *in l. ſi quando.* 35. C. *de in officio. teſtament.* quo in loco imperialis conceſſio teſtatori facta, vt libere teſtari poſſit, intra legum limites intelligenda eſt, & limitanda; *neque enim*, ait Imperator, *credendum eſt, Romanum principem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo totam obſeruantiam teſtamentorum multis vigilijs excogitatam atque inuentam velle euerti.*

Quòd ita in propoſita effigie docuit Innocent. *in c. dudum.* 31 *de decim. in fine c. innotuit.* 3. *de eo, qui furti. ordines ſuſcepit.* Angel. *in l. bene à Zenone.* 3. *& vltim. c. de quadrienna. præſcriptio.* Imola *in l. ex facto* 43. *ex ea. ff. de vulgar.* Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus.* 32. *limitat. 2. ad l.5. fori in fine, fol. mihi.* 69. C *de inofficio. teſtamen.* Ioan. Crott. *in repetitio. d. l. nemo poteſt. n.2.*

35 Quam doctrinam non ita ſimpliciter accepit Accurſ. *in d. l. ſi quando, verb. tuetur*, aliquid vltra conſuetam teſtandi formam regio reſcripto concedi exiſtimans, vt aliquem effectum ſortiatur, cuius ſententiam multorum teſtimonijs confirmat eam ſecutus Ioan. Guter. *in d. l. nemo poteſt. num.9.* Didacus Spin. late diſputans *in ſpecul. teſtamentor. ſchol.1. Rubrica, à num.3.*

36 Nec mirum, iura omnia liberam teſtandi hominibus facultatem tribuentia ad eam voluntatem reſtringi, quæ iuri conſona ſit: ſolennitas enim, ſubſtantia, ſiue forma teſtamenti prouenit à iure publico. *l. teſtamenti factio.3. ff. de teſtament.* ius autem publicum remittere nemo, vel immutare poteſt. *l. ius publicum.38. ff. de pact. l. teſtandi.* 13. C. *de teſtament. lege noſtra, & ſimilibus.*

Quam rationem ſignarunt Imola *in l. quicquid adſtringenda.* 99. *ff. de verb. oblig.* Alexand. & alij *in l. teſtamentum.17. C. de teſtament.* quos ſequitur Ripa *in d. l. nemo poteſt, num.2.* vbi Ioan. Anibal *numer. item 2.* Felin. *in c. cum dilecta.* 22. *num.6. verſicul. geſta contra formam, de reſcript.* Idem *in c. ſi diligenti.* 12. *numer.7. verſicul ſecundo fallit, de foro competen.* Qui omnes docent iuris ſolennitati renunciationem à teſtatore factam ex eo non valere, quod ad ius publicum dirigatur, quod priuatorum pactionibus, vel remiſſionibus, *ex ſupra traditis*, imminutari, ſeu remitti non poteſt.

Ius enim eas formas conficiendi teſtamenti induxit, quas Iuſtinianus multis vigilijs excogitatas & inuentas dixit *in d. l. ſi quando.* 35. *C. de inofficio. teſtament.* vt vitentur fraudes, quæ in huiuſmodi diſpoſitionibus adhiberi ſolebant. *l. hac conſultiſſima.* 21. *l. iubemus.* 29. *C. de teſtament. l. vltim. verſicul. lex etenim. C. de fideicommiſſ.* 37

Leges autem quæ fraudibus obuiant ſunt iuris publici, ſi Bernardo credimus recte diſtinguenti, ac iuribus comprobanti *in c. de cauſis.* 4. *verb. conſenſu partium, de officio delega.* Ripæ, qui Bernardum adfert *in l. nemo poteſt.58 ff. de legat. lib.1.* quos, & alios à ſe relatos ſequuntur Ioan. Guter. *ibidem numer.* 11. Didac Spin. *in dicta 1. parte Rubr. n.11.* 38

Ex quibus ad multa iura interpretatio deſcendit: Imprimis *ad d. l nemo poteſt cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant*, cui conſonat Iulianus *in præſenti, Quamuis*, inquit, *teſtamento comprehenſum ſit, vt aneclogiſti eſſent. l.1. C. de vſufruc.* in qua remiſſio cautionis à marito vſufructuario iuxta *l. 1. ff. vſufructuar. quemadmod. caue.* præſtandæ non admittitur. *c. tua nobis.* 17. *de teſtament.* vbi generalis conſtitutio canonis contraria teſtantis voluntate immutari non poteſt. *l.* 32. *titul.* 9. *parti.* 6. *Non puede*, inquit, *ningun teſtador facer manda en ninguna manera, que por derecho deſtas leyes non ſea juzgada. l.* 30. *Tauri*, hodie *l.* 3. *titul.6. lib.5. recopilation.* ibi, *aunque el teſtador lo mande.* 39

Nec mirum, hanc iniquam, abſolutam, & iuri contrariam poteſtatem teſtatoribus à iure denegatam, cum nullus præter principem, qui ſuperiorem non agnoſcat, *clauſula legis non obſtante* diſponere poſſit ex communi omnium ſcribentium ſchola *in d. l. nemo poteſt. & præadductis iuribus*, vt nemo, quem adhuc viderim ab hac recepta concluſione diſcedat. 40

Cui fauet communis omnium ſubditorum ad legum & canonum obſeruantiam incon- 41

inconcuſſa obligatio. *l. cunctos populos.* 1.C. *de ſumma trinita & fide cathol.* *l. leges vt generales.* 3.*l.leges ſacratiſſimæ.* 9. *c. de legib.cap.* 1.*de conſtitutionib.c. quod clericis.*9 *de foro competen l.*15.*ac* 16. *titul.*1.*parti.*1.*l.vltim titul.*14.*parti.* 3. *l.* 3. *titul.*1. *lib.* 2.*recopilation.* abſurdum ſiquidem eſſet, ſubditum legi, eius præcepta & ſolennitates poſſe contemnere *l.non dubium.* 5. *cum ſimilib.* C *de legibus.l.*28.vbi Gregor. *tribus vltimis ſchol. titul.*21.*part.*5. poſt alios Cotraſ. *de iur. arte.* 3. *parte*,*c.*1.

42 Vnde Bald.*in dicta l.nemo poteſt.numer.*1. ait teſtatoris clauſulam, *vt in executione legatorum plane quidem ac ſummarie procedatur*, omnino reijciendam fore, iudiciorum enim frequens & vſitatus ordo teſtatoris voluntate mutari non debet. Quod multis exemplis *ibidem* Baldus confirmat; noſque iterum hæc Deo fauente latiùs diſputabimus.

43 Hæc autem decidendi ratio, & quæ ipſius occaſione ſummatim adnotauimus, ampliãda ſunt, vt in prætoris edicto locum ſibi vendicent, quod à teſtamento, eiuſque executione excludi minime poteſt. *d.l. ſi quis inquilinos.* 115.§ *ſi quis ſcripſerit.ibi contra edictum prætoris.ff. de legat.lib.*1.vbi Accurſ.& ſcribentes.

44 Eodemque modo turpis aut inepta teſtantis voluntas reſpuitur. *d.§.ſi quis ſcripſerit.*ibi,*vel turpe aliquid.l.ſeruo alieno.*116.§.*vltim. ff.de legat. lib.*1.& *vtrobique* Accurſ.Gotofred.& ſcribentes iura ſimilia,& exempla proferunt.*l.*32.*tit.* 9 *parti.*6.Cuiac.*lib.obſeruation.*1.*c.*24.dominus & auus meus Ioan.Matien. *in l.* 2. *ſchol.*10.& 11.*titul.*5 *lib.*5 *recopilation.*

45 Secundò prædicta decidendi ratio amplianda eſt ad conſuetudinem, illi enim aduerſa teſtantis voluntas ſubſtineri non debet ex Ioan.Fabro *in* §.*vltim.num.*3.*ad finem.* cuius ſententiam expreſſim iuuant §.*ex non ſcripto, Inſtitut.de iure natura princip Inſtitut.de offi.iudic. l.de quibus.*32.*inueterata enim*, ait, *conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur.ff.de legib.l.*1. §.*denique, vetuſtatem*, inquit, *legis vicem obtinere ff. de aqua pluuii.arcen.l.*2.*C.quæ ſit longa conſuetu.l.*1.*& toto ferme titul.*2.*parti.*1.multos refert Azebed. *in l.*3.*à n.*18.*titul.*1.*lib.*2.*recopilation.*

46 Ex quibus patet tantam eſſe vim conſuetudinis, vt ſæpenumero legem vincat. *d.l.de quibus.c.vltim.de conſuetudi.* vt non immerito Bald. adſerat *in authenti. iubemus nu-*
47 *mer.*2.*C.de iudic.* quem ſequitur Iaſ.*in d. l. de quibus,numero*10. iudicem contra conſuetudinem iudicantem litem ſuam facere, ſicuti ſi contra ius expreſſum iudicaſſet, quam concluſionem aliorum teſtimonijs confirmat Farinac. *in praxi criminal.* 3.*parte,titul.*12. *de var.& extraordinar.criminib. queſt.*111.*n.*500. *& ſequenti.*

48 Tertiò ampliatur hæc noſtra decidendi ratio, vt nedum teſtatori aliquid contra leges & conſuetudines patriæ, ſed nec quicquam præcipere liceat, quod humanitati, & ciuilibus moribus obuiet. *l. quæ ſub actione.* 8. *l. conditiones.*9.*l.conditiones.*14. *l.filius.*15.*l. quidam in ſuo* 27. *ff. de conditionib. inſtitution.l.* 3. *titul.* 4. *l.* 32.*titul.*9.*parti.*6.poſt alios Boer.*deciſio.* 287.*n.* 5.Caſſiodor. *in catalo.gloſſar* 2.*parte,conſiderat.* 3.Didac.Spin.*in ſpecul.teſtamentor. dicta* 1. *parte Rubric.n.*5.*ad med.*

Quartò & vltimo ampliatur, etiamſi teſtator principis reſcriptum ad liberè teſtãdum habeat, conſuetos enim teſtandi limites excedere non poterit. *d.l.ſi quando.*35. C *de inoffic. teſtament.* diximus *ſuprà* latiùs *n.* 34. 49

Hinc profluit genuina decidendi ratio ad ſpeciem *l.*13.*titul.*6.*lib.*5.*recopilation.* qua diſponitur, *que la cera, y miſſas, y gaſtos del enterramiento ſe ſaquen con las otras mandas graciosas del quinto de la hazienda del teſtador, y no del cuerpo de la hazienda, aunque el teſtador mande lo contrario*: ideo hanc prohibitionem *in ea lege* factam, quia in fauorem filiorum aduerſæ voluntati *ex eius verbis* ius reſiſtit, quæ pro hac ratione ponderat *in ea ſchol.*2. dominus & auus meus Ioan.Matien. 50

Quod vt clarius perſpiciatur, ac verus regiæ legis intellectus adpareat: Primo ſupponendum eſt, iure regio Hiſpano omnia bona patris dempta quinta parte, quæ liberæ ipſius diſpoſitioni relinquitur, filiorum eſſe legitimam,*l.*1.*& ſequentib.dicto titul.*6.*l.*5.*recopilation.* quam concluſionem indubitatiſſimam cenſet dominus meus *in dicta l.* 1 *ſchol.* 1. *in princip. d.l.* 13.*ſchol.* 1. & *vbique paſſim* dempto nemine noſtrates agnoſcunt. 51

Quæ in ſpecie procedit. *d l.* 13. In qua *ex conſtitutione Rubrica* ſupponendum eſt filios ſuperſtites remanſiſſe, quibus legitimam ſuam pater adimere non valuit. *l. omnimodo.*30.*l. quoniam in prioribus.*32.*l. ſcimus.*36. C.*de inofficioſ. teſtament.l.* 2. *C.quando, & quibus quarta pars debeat.* cum multis alijs deciſionibus *iuris communis & regij*, quas meminit dominus meus Matien.*in l.*3.*ſchol.*1.*n.*1 *titul.* 6.*lib.* 5.*recopilation.* 52

Poteſt tamen pater vltra quintam hanc partem liberæ ipſius diſpoſitioni relictam, tertiam filio, vel filijs quibus malit adſignare. *l.* 9. *Tauri*, hodie *l.*3.*titul.* 6. *lib.*5. *recopilation. el padre*, inquit, *o la madre, y abuelos en vida, o al tiempo de ſu muerte puedan ſeñalar en cierta coſa, o parte de ſu hazienda el tercio y quinto de mejora, en que lo aya el hijo, e hijos, o nietos, que mejoraren, con tanto, que no exceda el dicho tercio de lo que montare, o valiere la tercia parte de todos ſus bienes al tiempo de ſu muerte.* 53

Quamuis enim & hæc tertia pars *ex pratotatis* filiorum legitima ſit, duobus tamen,

vel pluribus extantibus filijs nepotibus, aut deſcendentibus legitima neceſſaria non eſt, ſed arbitraria, quia pendet à patris voluntate *ex legis diſpoſitione*, quem ex eis prædilexerit, hoc fauore proſequi ex veriore ſententia, quam pluribus aliorum teſtimonijs confirmat dominus & auus meus Matien. *in d. l. 3. ſchol. 1. numero 1.* Quod, & in filio vnico contra communem omnium interpretum ſententiam lata diſputatione defendit, Ioan. Parlador. *lib. rerum quotidianar. 1. poto. c. 7.*

54 Secundo deducitur, repetitam *l. 13. titul. 6. lib. 5. recopilation.* cuius rationem, & verum ſenſum inueſtigamus, locum non habituram, cum teſtator ſubolem non habuerit: fauor enim filiorum, deſcendentium, atque adſcendentium, quem conſiderauimus, in alijs eos non habentibus ceſſat, cum nulli alij naturali ac neceſſario iure teſtatoris etiam inuiti debeatur hæreditas.

55 Quo fauore deficiente, deficere quoque legis illius deciſionem, neceſſario fatendum eſt. *c. cum ceſſante. 60. de appellationib. l. adigere. 6. §. quamuis, cum ſimilib. ff. de iure patronat.* late vt ſolet poſt alios Tiraquell. *de ceſſan. cauſa. 1. parte à numer. 130. ad 179.* Padilla ex alijs multis *in l. tranſigere. 18. n. 78. C. de tranſactionib.*

65 Cui ſententiæ in ſpecie noſtra adſtipulatur Anton. Gomez. *in dicta l. 30. Tauri, verſic. hodie*, nihil *ex ea* immutatum adſerens, quando teſtator ſuperſtites filios deſcendentes, vel adſcendentes non reliquit, vt tunc iuris communis diſpoſitioni ſtandum ſit, quo cauetur funeris impenſam pro modo facultatum faciendam eſſe ex his quæ adnotát idem Anton. Gomez. *vbi ſuprà*, Greg. Lop. *in l. 2. titul. 11 parti. 6. ſchol. magno colum. 2.* late Ioan. Guter. *lib. 2. practicar. quaſt. 70.* dominus & auus meus Matien. *in dicta l. 13. ſchol. 1. n. 5.*

Quos mouet Vlpiani deciſio *in l. ſi quis ſepulchrum. 12. §. ſumptus funeris. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Sumptus*, inquit, *funeris arbitrantur pro facultate, vel dignitate defuncti. l. at ſi quis. 14. §. hæc autem ff. illo titul. AEquum autem*, ait, *accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, & ex bona fide, vt neque plus imputetur ſumptus nomine, quam factum eſt, neque tantum, quantum factum eſt, ſi immodicè factum eſt: deberet enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum eſt, & ipſius rei, quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur. l. 12. titul. 13. parti. 1. ſolo, que aqueſtas deſpenſas ſean fechas meſuradamente, catando la perſona de aquel, por quien ſon fechas.* Quibus hodie modum certum ſtatutum eſſe *in l. 2. titul. 5. lib. 5. recopilation.* ex alijs aduertit Pichar. *in §. cum autem num. 12. Inſtitut. de lege falcid.*

57 Vltimò diſputandum eſt in propoſita ſpecie, vtrum ſumptus funeris ex quinta bonorum teſtatoris parte nondum extractis debitis, an verò illis deductis ex reliquis bonis deducendi ſint? vt conſtet, quænam ex his, quæ vltra quintum ſuperſint, facultates ad filiorum legitimam ſpectent. Quæ quæſtio alteri connexa eſt, imo ab ea pendere videtur, vt noſtri exiſtimant, an ſcilicet impenſa funeris ſit omnibus creditoribus præferenda? Qua in re duplex eſt ſententia altera alteri contraria.

58 Prima defendit, funeris impenſam nondum extractis debitis ex defuncti facultatibus deducendam eſſe. *l. Iulianus. 24. cum duabus ſequentib. l. impenſa funeris. 45. ff. religioſ. & ſumptib. funer. §. vltim. Inſtitut. de lege falcid.* poſt alios dominus meus Matien. *in d l. 13. ſchol. 3 numer. 2.* adijciens non ſolum perſonalibus creditoribus, ſed tacitam, vel expreſſam hypotecham habentibus anteferri, Ioan. Guter. *in d. l. nemo poteſt. 58. num. 95. de legat lib. 1.* quam ſentẽtiam communem dixit Anton. Gomez. *in d. l. 30. Tauri, num. 2.* eamque expreſſim probat regia *lex. 12 vbi* Gregor. Lop. *verb. deudas, tit. 13 parti. 1.*

Quæ ſententia vera eſt *ex præadductis iuribus*, quicquid ex aduerſo altera communis adſtruat vt ſaltem creditores tacitam, vel expreſſam hypothecam habentes funeris impenſæ præferantur, quam ex alijs communem adſerens tenuit Ripa *in l. quæſitum, 2. num. 8.* & Petr. Vanderan. *ibidem ad finem. ff. de priuileg. creditor.* Neguſanct. Fanen. *de pignorib. 2. memb. 5. partis, num. 28.* & alij, quos retulit ſecutus *vbi ſuprà* Ioan. Guter. vt hac in re diutius immorari non liceat.

59 Sed altera poſt dictam *l. 13. titul. 6. lib. 5. recopilationis* orta eſt controuerſia. Anton. enim Gomez. *vbi ſuprà* dixit in teſtatore filios vel deſcendentes non habente ius commune immutatum non eſſe. Quod tamen *in d. l. 13. ſchol. 3.* dominus meus negat, quoniam, inquit, legis illius prohibitio filiorum, qui patris quaſi creditores ſunt, fauorem reſpiciens, multo magis veris eius creditoribus fauere viſa eſt.

60 Deinde quoniam lex regia ex quinta bonorum patris parte funeris impenſam deducendam ſtatuit, cum tamen bona proprie non dicantur, ære alieno non deducto. *l. ſubſignatum. 39. § bona. vbi* Accurſ. & ſcribentes iura, & exempla ſimilia proferunt. *ff. de verbor. ſignificatio. l. 8. titul. 33. parti. 7.*

61 Ego tamen in hac opinionum varietate libentius Antonio Gomezio adſentior, cui reliqui adſtipulantur *in d. l. 3. Tauri*, imo & ipſe dominus meus Matien. *in locis numer. 55. & 58. relatis*, *vbi* alios pro hac ſententia memi-

62 meminimus, ne vltra caſum expreſſum iuris communis correctio admittatur. *c. cum expediat. 29. de electio.lib.6.l. pracipimus. 32. C. de appellationib.* cum multis alijs iuribus, rationibus,& interpretibus lata diſputatione propoſitis à Marco Mantua Bonaui. *de legitim. filior. in principio, 3. ſuppoſito , vel præmiſſo,* Farinac. 1. *parte, fragmentor. criminal. litte. E. verb. Extenſio , n.* 130. *cum multis ſequentib.*

65 Nec priori Gomecij ſententiæ obeſt prima difficultas ex comparatione filiorum, & creditorum inſtituta; nam licet hi potius in bonis defuncti ius habeant, nec bona
64 dicantur, niſi deducto ære alieno. Cùm tamen ipſorum ius lege poſitiua ſit inductum quo & actiones proditæ ſunt ex veriore ſententia, quam tuetur Accurſ. *in princip. Inſtitut. de actionib. verb. quamuis ſimilis.* idem *in l. ex hoc iure. 5. ſchol. penulti. verſicul. obligationis. ff. de iuſtit. & iure,* & *in l. rerum amotarum iudicium, ſchol. vltim. ff. de actio. rer. amotar.* Iaſon. *in d. princip. Inſtitut. de actionib. numero* 44. *vbi* late Ludouic. Gomez. *à numero* 32. Lex ciuilis potuit funeris impenſam creditoribus præferre, prout dotem, fiſcum, rempublicam, & his ſimiles prætulit.

65 Quod ſecus eſt in filijs, quibus legitima portio in bonis parentum naturali iure debetur. *l. ſcripto. 7. §. vltim. ff. vnde liberi. l. cum ratio, in princip. ff. de bonis damnator. l. nam & ſi parentibus. 15. cum ſimilib. ff. de inoffic. teſtament.* quod nulla ciuili lege poteſt immutari. *§. ſed naturalia, cum vulgat Inſtitut. de iure natura.*

Quòd ſi adhuc inſtes creditores debitoribus naturaliter obligatos, quod adeo verum fateor, vt comprobatione non egeat. Reſpondeo, aliud eſſe funeris impenſam alijs debitis præferri cum bona ſoluendo non ſunt, in qua ſpecie nulla filijs legitima relicta eſt, cum bona patris nulla inueniantur: aliud & longe diuerſum, reliqua bona ære alieno deducto, & quinta parte funeris impenſis apta, filiorum eſſe legitimam, quam ſi eis pater auferret, iuſtis de cauſis eius voluntas irrita fieret. *d l.* 13. ibi, *aunque el teſtador lo mande.*

66 Regulariter verò in funeralibus exequijs immoderati ſumptus prohibentur, licet teſtator diues ſit, nec deſcendentes habeat, atque illos ipſe fieri præcipiat. *l. at ſi quis,* 14 §. *hæc autem actio. in ſi. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Sciendum eſt,* inquit Vlpianus, *nec voluntatem ſequendam, ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem.* poſt alios Vanderan. *in dicta l. quæſitum. 2. à num. 67. ff. de priuileg. creditor.* hodie apud nos huiuſce ſumptus certus modus ſtatutus eſt *in l. 2. titul. 5. lib. 5. recopilation. vbi* recte dominus & auus meus Matien. noſque *ſuprà numer.* 57. tetigimus.

Reliquum eſt argumentis *in dubitandi ratione* congeſtis ſatisfacere. Qua in re non parum 67
elaborandum eſt: interpretes enim in eorum ſolutione, noſtræ legis, & aduerſorum iurium conciliatione diuerſas adeo ſententias proferunt, vt vix veritas agnoſci queat.

Primo Accurſius, cuius mentem exponit Bartol. *in l. Aurelio. 2. § Caius, numero 1. ff. de liberatio. legat.* ad *l. Aurelius Symphorinus. 29. §. Titius teſtamento facto. ff. illo titul.* reſpondet, eius 68
deciſionem in patre tutore procedere, verbis conſulti motus, *Seium patrem meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ*, rationem adijcit Scæuola *præſumptio enim propter naturalem adfectum facit omnia patri videri conceſſa, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab heredibus eius adprobetur.* cuius ratio confirmatur *in l. ſi ſeruus plurium. 50. §. vlti ff. de legat. lib. 1. l. cum tale legatum. 72. l. cum auus. 102. ff. de conditionib. & demonſtrationib l. generaliter. 6. §. vltim. C de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* Iacob. Menoch. poſt alios *conſil. 22. num. 3. lib. 1.*

Nec obſunt *l. ſi quis rationes.* 10 *l. ſi ei cui.* 17. 69
ff de liberatio. legat. vbi actionis liberatione legata, omne id remiſſum cenſetur, quod ex ea teſtatori debebatur. Nam, Iulij Pauli, & Vlpiani verba ad debitum iam contractum, dolumque præteritum referenda ſunt, quem expreſſe remitti poſſe poſt multos alios à ſe relatos lata diſputatione probat Farinac. 1. *parte fragmentor. criminal. litte. D. verb Dolus, num.* 151. 152 Iulianus verò noſter futurum dolum remitti negat, ne via ſceleribus aperiatur. *l. 1. §. illud, cum ſimilib. ff depoſit. l. 5. titul. 10. parti. 5. Ca los pleytos, ait, que dan carrera à los homes para facer engaño, non deben valer.* late ex alijs probat Farinac. *dicto verb. Dolus, numero* 165. directe, nec indirecte *numero* 172. nec tacite *numero* 174.

Neſas enim eſt, vt proprius dolus cui- 70
quam proſit. *l. 1. §. ideo. ff. de doli mali, & metus exceptio. l. 1. l. ne ex dolo. 13. ff. de dolo. l. non fraudantur. 117. §. nemo, ff. de regul iur. l. dubium. 5. C. de repud. l. ſi legatarius. 15. C. de legat. c. ſedes Apoſtolica. 15. c. ex tenore. 16. c. ſuper litteris. 20. de reſcript. l. 15. titul. 7. l. 36. titul. 18. parti. 3. l. 33. titul. 14. parti. 5. l. 4. titul. 16. parti. 7.*

Quam ſolutionem ſignauit Bartol. *in præſenti* Dyni authoritate motus. Alexand. *conſil. 62. lib. 4.* Barbac. *conſil. 68. lib. 2.* Fachin. multos referens *lib. controuerſ. iur. 5. cap.* 51. Farinac. *in praadductis locis.*

Nec mirum videri debet, eiuſmodi li- 71
berationem irritam cenſeri, cum iuri repugnet *iuxta d. l. nemo poteſt. 58. ff. de legat. lib. 1. noſtram, & ſimiles.* Nulli enim præter principem facultas conceditur, vt *clauſula*

legis non obſtante diſponat, ita tenuit Angel. *in*
d. l. nemo poteſt, quem refert ſecutus Franciſc.
Ripa *in hi* *num.* 4. Iaſ. *numer.* 5. Quod indubi-
tatum diximus *ſuprà numer.* 40. etiamſi te-
ſtator exprimat clauſulam legis non obſta-
turam. *d. l. nemo poteſt, ac ſimilibus.* nullus enim
72 præter principem ſuis & alienis legibus ſolu-
tum. *l. princeps.* 31. *ff. de legib.* qui poteſt ſupra
ius diſpenſare. *c. propoſuit.* 4. *de conceſſio. praben.*
cui Deus leges ipſas ſubiecit *authenti. de conſu-*
lib. in fine, collatio. 4. inuenitur, qui earum vin-
culo non ſit adſtrictus *l. leges vt generales. l. leges*
ſacratiſſima. 9. *C. de legib. l.* 2. *ff. eod. titul. cum alijs iu-*
ribus ſuperius n. 41. *congeſtis.*

73 His duabus ſuccedit tertia difficultas de-
ducta *ex §. ſi quis debitori. Inſtitut. de legat.* vbi le-
gata debitori liberatione, hæredis actio ex-
tinguitur, imo & iudicis officio cogi poteſt,
vt debitorem liberet. Quò pertinent ſimi-
lia iura, & exempla *in dubitandi ratione* propo-
ſita.

74 Cui difficultati reiectis alijs ſolutionibus
Bartolum *in præſenti* ſecutus *in ſolutione ad d. l. ſi*
quis rationes. 10. *ff. de liberatio. legat.* breuiter re-
ſpondeo, textum illum intelligendum eſſe,
cum res ex liberatione remiſſa debita iam
fuerat ipſi teſtatori, *ſi quis*, inquit Iuſtinianus,
debitori ſuo liberationem legauerit, legatum vtile
eſt, ecce quomodo eum debitorem appel-
lat, cui liberatio legata eſt, non autem debi-
tor eſſe poſſet, niſi prius obligatio inita eſ-
75 ſet, vt verba effectui mancipentur. *l.* 1. *§. hac*
autem verba. ff. quod quiſque iur. c. relatum. 4. cum
his quæ *vtrobique* ſcribentes adnotant, Decius
conſil. 147. *circa finem* Tiraquell. *de retrac. lignag.*
§. 1. ſchol. 8. *n.* 33.

Hanc autem ſolutionem, quam ex Bartoli
mente propoſuimus, licet obſcurius defen-
dit Anton. Gomez. *tomo variar.* 1. *cap.* 12. *num.*
82. *verſicul. item adde quòd facta remiſſione.* ex tex-
tu, quem ipſe notabilem appellat *in l. ſi ita*
ſcripſiſſet. 47. *ff. de legat. lib.* 2. cuius elegantia
76 verba in noſtra effigie aureis erant litteris in-
ſcribenda. *Si ita ſcripſiſſet, qui legabat, quicquid*
mihi Lucium Titium daro, facere oportet, Sempronio
lego, nec adiecit, præſens, in diemue. Non dubitarem
quantum ad verborum ſignificationem adtinet, quin
ea pecunia comprehenſa non eſſet, cuius dies morien-
te eo, qui teſtamentum feciſſet, nondum veniſſet. Ec-
ce verba, quibus conuincitur, debitum illud,
de quo in §. ſi quis debitori, Inſtitut. de legat. præte-
ritum, ſeu præſens fuiſſe, cum futuri tem-
poris mentio nulla fiat, quæ omnino neceſ-
ſaria eſt, vt & futurum debitum compre-
hendatur ex vltimis Proculi verbis: *Adij-*
ciendo autem has verba præſens, in diemve, apertè
mihi videtur oſtendiſſe, eam quoque pecuniam legare
voluiſſe.

77 Quam ſententiam alijs quoque iuribus
adiuuat Anton. Gomez. *vbi ſuprà*, eamque
aperta ratione confirmo, nam quotieſcum-
que tam inter viuos, quam mortis cauſa iu-
bet quis, vt ſua debita perſoluantur, manda-
tum ad præterita & præſentia, quæ pura ſint,
reſtringitur, contra quæ nulla poteſt compe-
tere exceptio, non etiam ad alia, quæ non-
dum debentur. *l. ſi is cui.* 94. *§. Flauius Ianua-*
rius ff. de ſolutionib. l. is cui. 41. *ff. de obligat. & actio-*
nib. l. creditores. 10. *cum duab. ſequentib. ff. de verb.*
ſignificatio. c. quintaualis. 23. *de iureiuran. l.* 27.
titul. 11. *parti.* 3. *l.* 10. *titul.* 33. *parti.* 7. Anton.
Gomez. *vbi ſuprà.*

Cum autem *d. §. ſi quis debitori* deciſio 78
debito præteriti temporis applicetur, præ-
ſenti conſonat Iuliani reſponſo, quo futuri
dumtaxat doli remiſſio prohibetur, licet præ-
teriti vtilem eſſe doceant communiter ſcri-
bentes *in præſen. l. ſi vnus.* 27. *§. illud nulla. ff. de*
pact. Hugo Donel. *lib.* 16. *de iure ciui cap.* 6. *co-*
lum. 3 *in fine, verſic. ſed meminerimus hic loqui*, ex *l.*
iuris gentium. 7. *§. ſi paciſcar. ff. de pact. l. actione.* 4.
in fine. C. de tranſact. ex alijs multis Sebaſtian.
Medic. *de caſib. fortuit.* 1. *parte, quæſt.* 10 *num.* 21.
Didac. Couar. *lib. variar.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *verſic.*
quartum licet dolus. Farinac. 1. *parte fragmen. crimi-*
nal. litte D verb. Dolus, num. 151. *l.* 29. *verſic. mas los*
otros. titul. 11. *part.* 5.

Contra quam concluſionem dimicat Mo- 79
deſtin. *in l. Aurelio.* 20. *§. Caius. ff. de liberatio. le-*
gat. in qua etiamſi teſtator curatores ſuos à
reddendis adminiſtratæ tutelæ rationibus
liberauerit, eius tamen liberatio ad dolum
non extenditur, ſiue is futurus ſit, quod ne-
mo dubitat; ſiue præteritus, in quo de-
ciſionem illam intelligi omnes conue-
niunt.

Cui difficultati reſpondeo, in generali li- 80
beratione dolum etiam præteritum non
comprehendi. *d. §. Caius. d. l. ſi quis rationes.* 10. *ff.*
de liberat. legat. poſt alios Decius *in l. contractus.*
24. *numer.* 44. *ff. de regul. iur.* ex Bartolo, &
alijs Maſcard. *de probationib. lib.* 3. *concluſio.*
1252. *numero* 1. Sebaſtian. Medic. *dicto numero*
21. Couarru. *dicto cap.* 14. *numer.* 3. Farinac. *vbi*
ſuprà num. 153. & 154. licet principali actione
remiſſa dolus etiam *ex infrà dicendis* remiſſus
cenſeatur.

Neque enim in ſpecie *d. §. Caius* præſumi- 81
tur voluiſſe teſtator, vt in hæredum ſuorum
detrimentum rebus ſuis curatores abuteren-
tur, cum nemo facultates ſuas iactare iudice-
tur. *l. cum de indebito.* 25. *verſic. qui enim ſoluit. ff.*
de probationib. c. ſuper hoc. 5. *cum ſimilib. de renun-*
ciatio.

Quam ſententiam in ſpecie expreſſis ver- 82
bis docet Martianus *in l. ſi ſeruus vetitus.* 119. *ff.*
de legat. lib. 2. volens liberationem à redden-
dis rationibus, eò tantum prodeſſe, ne ſcru-
pulosa

pulofa inquiſitio fiat, non vt quod apud tutorem ſit, doloſe lucrifaciat. ita ſentiunt Philip. Decius *conſil.* 178. *nu.* 3. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *caſu* 209. *num.* 3. Couarru. *lib. variar.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l.* 14. *ſchol.* 1. *num.* 67. *titul.* 4. *lib.* 5 *recopilation.* Maſcard. *dicta concluſ.* 1252. *nu.* 13. & 14. Anton. Sola *in commentar. ad antiq. Sabaud. conſtitut. titul. de minorib. in decr. quietationem, ſchol.* 1. *n.* 11.

Sed aduerſus hanc communem & receptam ſententiam ſcribunt Accurſ. Oſaſc. alios referens, Cephal. Celſ. Bargal & alij teſte Farinacio eos referente *dicto verb. Dolus, numero* 155. Qui omnes volunt, in generali liberatione dolum præteritum contineri.

Quas duas opiniones contrarias ex Alexand. Curt. Cotta, Couarru. Bargal. & alijs conciliat Farinacius *numero* 156. vt ſecunda obtineat, quando liberationis verba adeo fœcunda ſunt, vt dolum apertè includat. Prima, quoties in generali liberatione qualitas hæc, & verborum fœtus non inuenitur.

83 At vbi expreſſim, & ſpecialiter præteritus dolus remittitur, liberatio vtilis eſt *ex ſuperius adnotatis,* Bartol. *in d. §. Catus num.* 6. *verſicul. pone, quod aliquis liberat tutorem.* Bald. Imol. & alijs quos refert Alexand. ad Bartolum *verb. an videatur remiſſus dolus?* Anton. Gomez. *var.* 1. *cap.* 12. *num.* 86. *verſic. quod tamen.* Gregor. Lop. *in l.* 102. *ex ea* ibi, *nin querellar, que por engaño, nin por culpa, titul.* 18 *partit.* 3. Farinac. *dicto verb. Dolus, num.* 153. 154. in præteriti enim doli remiſſione ceſſat peccati admittendi timor, qui in futuro dolo verſatur: quo ceſſante prohibitio remiſſionis ceſſat. Quam diſtinctionem edocet regia *l.* 29. *titul.* 11. *parti.* 5. *què non vala,* inquit, *pleyto, ni promiſſion en los engaños, e en los furtos, que pudieſſe facer deſpues del dia, en que fue fecha la promiſſion, mas los otros, que ouieſen ya fechos, en ante de la promiſſion, bien ſe podrian quitar por pleyto, o por poſtura.*

84 Obſtat adhuc *in ratione dubitandi* propoſita difficillima ſuperiorum omnium deciſio *in l. ſi vnus.* 27. §. *illud nulla. ff. de pact.* cuius verba repetere non erubeſcam, *quamuis ſi quis paciſcatur, ne depoſiti agat, re ipſa pactus videatur, ne dolo agat, quod pactum proderit.*

85 Quam difficultatem vt componant interpretes, volunt *in d.* §. *illud nulla,* præteritum, non vtique futurum dolum remiſſum eſſe. ita ſoluit Bartol. *in dicto* §. *illud nulla,* quem *ibidem* cæteri ſequuntur, & alij plures, quos referunt Maſcard. *dicta concluſio.* 1253. *numero* 12. Medices. *dicta quæſtio.* 10. *numero* 21. Couarru. *dicto c.* 14 *numero* 3. Farinac. *dicta* 1. *parte fragmentor. criminal. litter. D. verb. Dolus. num.* 138.

Sed contrariam tenuerunt plurimi, quos refert idem Farinac. *numero* 159. eas concilians *numero* 160. vt prior locum habeat in dolo vero, poſterior in præſumpto. Deinde *numero* 161. vt prior procedat in actione vniuerſali, prout petitio hæreditatis, aut generali, veluti pro ſocio; ſecunda in ſpeciali depoſiti, ex empto, locato, & ſimilibus. Tertiò *numero* 162. vt prima locum habeat, quando doli conſcius dominus actionem remiſit; ſecunda in ſpecie contraria. Vltimò, vt prior ad generalem actionis remiſſionem, ſequens ad eam, quæ vltra generalia verba, prægnantia, dolumque includentia contineret.

At legem noſtram, & ſimiles ad dolum 86
futurum referendas iudicant, qui nulla pactione remitti poteſt. *d.* §. *illud nulla, l.* 1. §. *illud ff. depoſit.* Hæc tamen conciliatio minimè ſubſtineri poteſt, licet communis ac recepta opinio præteritum dolum hac in parte à futuro diſtinguat: Conſultus enim in primo & ſecundo reſponſo. *d.* §. *illud nulla.* de dolo dumtaxat futuro agit, ex mente Accurſ. *verb. agat, in princip.* Cum enim priùs dixerit dolum nulla pactione remitti poſſe, ſubijcit ſequentem periodum cum aduerſatiua dictione, *quamuis,* quæ ſecundùm Decium *in d. l. contractus.* 24. *numero* 45. *ff. de regul. iur.* præcedentium qualitates repetit; aliter nihil ex Accurſio operaretur expreſſio illa conſulti, *ne depoſiti agat,* quæ veluti neceſſaria proponitur, ne de dolo agi poſſit, cum enim præteriti vtilis ſit ex præactis remiſſio, hac nube, hoc velamine regi opus non eſſet, conſultique verba abundarent *in dicto* §. *illud nulla.* quod ſanè concedendum non eſt.

Quapropter Accurſius, vbicumque il- 87
lius paragraphi mentionem facit, vtriuſque ipſius reſponſum in dolo futuro intelligit, & *in d.* §. *Catus, ſchol. vltim.* ſecundam illius partem procedere exiſtimat, quando doli debitor eſt is, cui remiſſio legatur. Remiſſa enim actione principali, in qua dolus dumtaxat venit, vt accidit in ſpecie illius textus, cuius verba ad depoſiti actionem diriguntur, in qua ſolus dolus præſtatur. *d. l. contractus.* 24. *ff. de regul. iur. l. quod Nerua.* 32. *cum ſimilib. ff. depoſi.* remiſſus etiam dolus cenſetur. Quòd ſecus eſt in effigie *legis noſtræ,* qua tutor nedum ad dolum, ſed ad leuiſſimam quoque culpam ex officij ſuſceptione tenetur. §. 1. *in fine. ff. de ſuſpect. tutorib. l.* 3. §. *vltim. cum ſimilib. ff. eodem.* Hieronym. Cagnol. *in d. l. contractus, à num.* 61. *ad* 66. & nos *num.* 237. *cum nouem ſequentib.*

Quæ Accurſij conciliatio non plus mihi, 88
quam ſuperior placet. Fundamentum enim ipſius potiſſimum iniquum eſt, cum in depoſiti actione, nedum verus dolus, ſed &

à nobis *in l. contractus. 24. numer. 1. ff. de regul. iuris*, illa præſtanda ſunt, quæ in ſimili contractu præſtari ſolent. *l. in rebus. 17. ff. de iure doti. l. ſi vt certo. 5. §. vltim. cum ſimilib. ff. commoda.*

110 Vltima dubitandi ratio parum, aut certe nihil obeſt: non enim Papinianus *in præſenti, & alijs in locis ſuperius allegatis* neceſſario deſiderat obſignationem, vel numerationem pecuniæ, vt ex hac diſtinctione nunc depoſitum, nunc mutuum inducatur, cum ad hoc, vt depoſiti terminos excedat, pactionem potius ſemper adijciat, *vt tantumdem reddatur*, vel, *vt vti liceat.* quæ clarius contrahentium voluntatem oſtendit, ſed quia ex hac diſtinctione conijci videtur, niſi contrarium, vel ex verbis, vel veriſimili contrahentium mente adpateat, eo animo clauſam tradi pecuniam, *ne vti liceat, neue ſufficiat, in genere tantumdem reddi*, & omnino contrario numeratam eſſe. Qua de cauſa, ni fallor, diſtinctionem hanc ſcribentes communiter amplexi ſunt.

Quòd ſi meum liceat interponere iudicium, nec numeratio, nec obſignatio quicquam proderit, ſi partium voluntas, quæ ſola contractus perficit. *l. conſenſu. 2. ff. de obligationib. & actionib. princip. Inſtitut. de obligationib. ex conſenſu*, vel ex verbis, aut mēte ipſarum conijci potuit, *ne accipiens vtatur*, vt vtroque caſu ſemper ſit regulare depoſitum, ſicuti ex aduerſo, cum pecuniæ vſum permiſſum eſſe conſtat, etiamſi clauſa & obſignata tradita ſit, irregulare, ac mutuo ſimile, ſiue aliquando in mutuum *ex præadductis iuribus* conuertatur. 111

Quare Igneus *in d. l. contractus. 24. ff. de regul. iur. numer. 1.* & alij, quos adfert eos ſecutus Barboſa *in dicta l. ſi mora. 10. num. 85. ff. ſoluto matrimon.* communiter acceptam diſtinctionem ad coniecturam dumtaxat voluntatis contrahentium probant, quam ad hanc diſparitatem agnoſcendam omnes neceſſariam arbitrantur. quibus libenter adſentior, vt breuis hæc noſtra diſputatio abſoluatur. 112

Ex l. quidam decedens. 6. ff. de adminiſtrat. tutorum.

S V M M A R I A.

1 *Diuiditur textus littera.*
2 *Species illius fingitur.*
3 *Verbum* aneelogiſtos, *quid ſignificet?*
4 *Concluſio ſignatur.*
5 *Generalis liberatio tutorem à reddendis rationibus liberat.*
6 *Generaliter liberatus nec de dolo poteſt conueniri.*
7 *Quoad remiſsionem doli ius idem in contractibus, & teſtamentis obtinet.*
8 *Liberationis legatum quomodocumque relinquatur, valet.*
9 *Tantum valet generalis diſpoſitio quoad genus, quantum ſpecialis quoad ſpecies.*
10 *Ad certum tempus teſtamento dilatum debitum, ante illud elapſum peti non poteſt.*
11 *Scriptura vel chirographo debiti à teſtatore debitori tradito, nulla datur heredi actio, niſi probet dolo ſubtracta.*
12 *Si teſtator tertio ſcripturam, vel chirographum leget, debitum quoque in eo contentum legaſſe videtur.*
13 *Qui renunciat inſtrumento, debito in eo contento renunciaſſe non præſumitur.*
14 *Si debitum continens ſcriptura vendatur, vel donetur, tacitè videtur vendita, vel donata res, ſeu pecunia in ea contenta.*
15 *Liberatio à teſtatore legata, heredibus etiam, & fideiuſſoribus prodeſt.*
16 *Liberatio debitori à teſtatore facta eſt contra heredem exceptio.*
17 *Is cui liberatio facta eſt, iudicis officium implorare poteſt, vt eum abſoluat.*
18 *Voluntas teſtatoris pro lege obſeruanda eſt.*
19 *Interpretes materiam tractantes recenſentur.*
20 *Adſignatur decidendi ratio à conſulto expreſſa.*
21 *Cauſa pupillorum communis eſt, quia ipſi ſe defendere neſciunt.*
22 *Principis generale priuilegium liberam teſtandi facultatem concedens vltra conſuetos teſtandi limites non protrahitur.*
23 *Stultus appellatur teſtator, qui formam legis tranſgredi, vel mutare ſe poſſe putauit.*

24 *Teſtan-*

24 Teſtantis voluntas pro lege ſeruanda eſt.
25 Baldus tenuit, voluntate teſtantis formam & conditionem fieri.
26 Pleniſſima indulgentia eſt, quam leges teſtantibus conceſſerunt.
27 Lex ex Baldo pedetentim vadit poſt mentem teſtatoris, ſicut venator poſt leporem.
28 Teſtandi poteſtas iuri propius accedit naturali, quàm filiorum ſucceſſio.
29 Facultas teſtandi ampliſſima eſt.
30 Teſtatoris voluntas à principe immutari non poteſt, à S.P. ex cauſa poteſt.
31 Voluntas teſtatoris iuri contraria ſeruanda non eſt.
32 Solennitatum ſi qua deficiat, teſtantis voluntas non obſeruatur.
33 Intelligitur authenti. de nupt. §. diſponat, collatio. 4.
34 Imperialis conceſſio libere teſtandi intra legum limites intelligenda eſt.
35 Imperialis conceſſio aliquid vltra ordinariam teſtandi facultatem concedit.
36 Solennitas, vel ſubſtantia teſtamenti prouenit à iure publico, quod nemo remittere poteſt.
37 Ius formas teſtamentorum ad fraudes in eis vitandas induxit.
38 Leges, quæ fraudibus obuiant, ſunt iuris publici.
39 Intelliguntur lex noſtra, & l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. lib. 2.
40 Solus princeps clauſula legis non obſtante diſponere poteſt.
41 Legum, & canonum ſenſum omnes obſeruare tenentur, nec ſubdito licet legis præcepta contemnere.
42 Teſtatoris clauſula, vt in executione legatorum ſummarie procedatur, ex Baldo reijcienda eſt.
43 Prætoris edictum à teſtamento, vel eius executione teſtator excludere non poteſt.
44 Turpis aut inepta teſtantis voluntas reſpuitur.
45 Conſuetudini aduerſa teſtantis voluntas ſubſiſteri non debet.
46 Tanta eſt vis conſuetudinis, vt legem vincat.
47 Iudex contra conſuetudinem iudicans facit litem ſuam, veluti ſi contra legem iudicaret.
48 Teſtator nihil diſponere poteſt, quod humanitati, & ciuilibus moribus obuiet.
49 Nec id ex reſcripto principis ſibi licebit.
50 Intelligitur l. 13. titu. 6. lib. 5 recopilation. eiuſque rationes expenduntur.
51 Omnia bona patris ſunt legitima filiorum, dempta quinta parte libera ipſius diſpoſitioni relicta.
52 Filijs legitimam ſuam pater adimere non poteſt.
53 Tertiam bonorum ſuorum partem poteſt pater filio, vel filijs quibus malit, prælegare, vel alio titulo relinquere.
54 Diſpoſitio dicta regia l. 13. in patre duntaxat filios habente procedit.
55 Deficiente ratione legis deficit ipſius diſpoſitio.
56 Funeris impenſa pro modo facultatum, & dignitate perſonæ regulariter facienda ſunt.
57 Funeris impenſis certus, ac determinatus modus lege regia ſtatutus eſt.
58 Funeris impenſa iure communi attento qualiter deducenda ſit? & an debitis præferenda?
59 Iure autem regio quid iuris obtineat?
60 Bona propriè non dicuntur, niſi deducto ære alieno.
61 Iure regio funeris impenſa nondum extractis debitis deducuntur.
62 Legum correctio vitanda eſt.
63 Reſpondetur difficultati ex comparatione filiorum & creditorum ortæ.
64 Creditorum iura poſitiua lege inducta ſunt, quo & actiones proditæ.
65 Filijs naturali iure, quod immutari nequit, legitima debetur.
66 Immoderati ſumptus in exequijs etiam ex voluntate teſtatoris fieri non debent.
67 Rationi dubitandi ſatisfieri incipit.
68 Pater filij tutor, nec de dolo tenetur, niſi aliud teſtator iuſſerit.
69 Debiti iam contracti liberatio prodeſt, ne quis de dolo teneatur, ſecus in debito futuro.
70 Dolus proprius nemini prodeſſe debet.
71 Liberatio iuri contraria non valet, princeps tamen clauſula legis non obſtante eam facere poteſt.
72 Præter principem ſuis & alienis legibus ſolutum, omnes illis ſubſunt.
73 Difficultas ex § ſi quis debitori. Inſtitut. de legat. orta proponitur.
74 Intelligitur dictus §. ſi quis debitori.
75 Verba debent intelligi cum effectu.
76 Expenduntur verba l. ſi ita ſcripſiſſet. 46. ff. de legat. lib. 2.
77 Teſtatoris mandatum, vt ſua perſoluantur debita, ad ea, quæ nulli ſunt exceptioni reſtringitur.
78 Præteriti doli remiſſio valet, futuri non valet.
79 Teſtator ſuos curatores liberans, dolum remiſiſſe non cenſetur.
80 In generali liberatione dolus etiam præteritus non comprehenditur.
81 Nemo facultates ſuas iactare præſumitur.

82 Gene-

82 *Generali liberatione facta ſcrupuloſa inquiſitio facienda non eſt.*

83 *Expreſſa doli præteriti remiſſio vtilis eſt, à qua peccati perpetrandi timor abeſt*

84 *Verba l. ſi vnus 27. §. illud nulla. ff. de pact. recitantur.*

85 *§. Illud nulla in dolo futuro interpretes intelligunt.*

86 *Scribentium interpretatio ex conſideratione Accurſii dubia redditur.*

87 *Remiſſa actione dolus remittitur ex Accurſio in contractu, quo is ſolus præſtatur.*

88 *In depoſito lata etiam culpa cum dolo pariter coërcetur.*

89 *Dolus ex malitia, culpa ex ignorantia deſcendit.*

90 *Lata culpa etiam futura expreſſe, vel tacite condonari poteſt.*

91 *Lata culpa dolus præſumptus appellatur.*

92 *Teſtator tutori filij ſui confectionem inuentarij remittere poteſt.*

93 *Tacita doli futuri remiſſio ex Accurſio vtilis eſt.*

94 *Doli futuri remiſſione quomodolibet facta fraudibus locus vacat.*

95 *Oblique admitti non debet, quod directe prohibetur.*

96 *Pronomen*, nulla, *indefinitum eſt, & negatiuum, quod vniuerſali æquipollet.*

97 *In legem committit, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem.*

98 *Limitatur regula*, Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

99 *Conuentio ex Donello*, ne depoſiti agam, *vtilis eſt, ſed exceptionem doli non excludit.*

100 *Verbum* videtur, *improprietatem denotat.*

101 *Ex generali etiam, vel vniuerſali liberatione dolus futurus non remittitur.*

102 *Latæ culpæ remiſſio tacita, vel expreſſa valet.*

103 *Donelli ſententia ex diuinationis vitio impugnatur.*

104 *Principali actione extincta, nihil poſtea ex ea peti poteſt.*

105 *Rei depoſitæ vindicatio actione remiſſa domino competit, ſi dolus poſtea ſit admiſſus.*

106 *A contractibus mala fides abeſſe debet.*

107 *Dolus futurus an modo aliquo remitti poßit?*

108 *L. ſi quis rationes. 10. ff. de liberatio. lega. deciſio temperatur.*

IVLIANVS LIBRO XXI.

DIGESTOR.

l. quidam decedens. 6 alias. l. ita autem. 5. §. Iulianus lib. 21. Digeſtorum. ff. de adminiſtratio. tutor.

QVidam decedens filijs ſuis dederat tutores, & adiecerat, eoſque anecclogiſtos eſſe volo. Et ait Iulianus, tutores, niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari debere, quamuis teſtamento comprehenſum ſit, vt anecclogiſti eſſent, nec eo nomine ex cauſa fideicommiſſi quicquam conſequi debebunt, vt ait Iulianus, & eſt vera iſta ſententia. Nemo enim ius publicum remittere poteſt, aut mutare formam antiquitus conſtitutam. Damnum verò quodcumque ex tutela quis ſenſerit, & legari, & per fideicommiſſum eis relinqui poteſt.

1 DIuiditur huius textus littera in quatuor partes. In prima Iulianus ſpeciem proponit. In ſecunda ſententiam ſuam explicat. In tertia rationem adijcit. In quarta, & vltima ex ratione ad aliam ſpeciem infert. Prima eſt *in principio*. Secunda, *ibi, & ait Iulianus*. Tertia *in verſicul. nemo enim*. Quarta, *ibi, damnum vero*.

2 Facti effigies eſt. Petrus elogio ſuo liberos hæredes inſtituit, tutoreſque ipſis dedit, ea lege, vt à reddendis rationibus immunes eſſent. Tutores hi à teſtatore dati generalis libe-

liberationis cauſa minorum ſuorum bona, vel diſſiparunt, vel dolo aliqua eorum ſubtraxerunt. Quo in facto cum Iulianum filij conſuluiſſent, reſpoodit, exceptionem illam ex clauſula teſtatoris deſcendentem, qua ſe tutores defeodebant, ipſis non profuturam, ne de dolo tenerentur. Licet enim teſtatoris voluntas pro lege ſit ad voguem obſeruanda, ſi tamen legum diſpoſitioni repugnet, prout inutilis abijcienda eſt. *Nemo enim*, conſultus ait, *ius publicum remittere poteſt, aut mutare formam antiquitus conſtitutam.* Damnum vero, vel detrimentum, quod ex tutela tutoribus à teſtatore datis obuenerit, recte poteſt eis legari, vel ex fideicommiſſo relinqui.

3 Facti ſpecie propoſita explicationem noſtræ legis ingrediar, cuius verba venuſtis, vtilibus & elegantibus quæſtionibus anſam præbent. Sed aotequam ad concluſionem accedam, operæ pretium duxi ſignificationem verbi *aneclogiſtos* proponere: quod ita legendum eſt ex Alciato, qui rerum omnium difficilium diligens indagator fuit, *lib. 2. parerg. iur. cap.* 25. licet vulgata in editione *alogiſtas* legatur, quam probat Accurſius, cui in prædicti verbi explicatione conſentit Alciatus illud explicans, id eſt à reddē lis rationibus immunes, ac liberos, Cornelij Taciti, quem refert, authoritate ductus. Deriuaturque ſecundum eos ab *anec*, quod eſt, *ſine*, & *logos, ſermo*, quaſi ſine ſermone, id eſt à ſermonizatione, vt me ita explicem, aut à reddenda ratiooe ſolutos & exempros. inde logiſta ex Accurſio dicitur, qui rationes accipere ac reddere tenetur, iſque iure Codicis Cæſaris procurator appellatur *l. curator. 3. C. de modo mulctar.* cuius forſan hodie munus à regio ſacri patrimonij ſenatu apud nos expeditur, & in regia domo, ni fallor, dictus vulgo *Graphier*, exercet. Quæ ad huius dictionis ſignificationem ſufficient. Deducta à Bartolo ſequens eſt

CONCLVSIO.

4 *Tutor de dolo tenetur, etiamſi expreſſa patris voluntate à reddendis tutelæ rationibus ſit immunis.*

5 Prima dubitandi ratio ex eo profluit, quòd generalis liberatio tutori à teſtatore legata à reddendis rationibus eum liberat. *l. Aurelius Symphorinus.*28.§.*Titius teſtamēto facto. ff. de liberatio. legat.* Is enim qui generaliter liberatus eſt, nec de dolo poteſt cōueniri. *l. ſi vnus.*27.§. *illud nulla. ff. de pact quamuis*, ait Paulus, *ſi quis paciſcatur, ne depoſiti agat, re ipſa id pactus videatur, ne de dolo agat, quod pactum proderit.* Pauli deciſionem confirmat Iuſtinianus *in §. ſi quis debitori. Inſtitut. de legatis, ſi quis, ait, debitori ſuo liberationem legauerit, legatum vtile eſt, & neque ab ipſo debitore, neque ab herede eius poteſt hæres petere, neque ab alio, qui heredis loco ſit.*

Ex quibus verbis aperte conuincitur opinio eorum, qui *dictum §. illud nulla.* in contractibus, noſtram legem, & ſimiles in legatis, alijſque vltimis voluntatibus procedere adfirmant, cum idem, quod in cōtractibus diſpooitur *in d. §. illud nulla*, in legatis Iuſtinianus expreſſerit *in d. § ſi quis debitori*, & Vlpianus 6
in l. ſi quis rationes. 9. Iul. Paul. *in l. et cui. 18. ff. de* 7
liberatio. lega. vbi legata conductori liberatione omne id quoque legatum videtur, quod perſonali actione peti poterat; quam concluſionem pluribus alijs relatis comprobat Couarru. *lib. variar. 2. c. 14. n. 1. verſ. ſecundo ex eadem.* Proſper Farinac. *1. parte fragmentor. criminal. litte. D. verb. dolus. n.* 151.

Quorum iurium deciſionibus Antonius Gomez. *tomo variar.* 1. *cap.* 12. *num.* 82. dixit, legatum liberatioois quomodocumque relictum, eo modo, quo relictum eſt, valere. Si generaliter, & abſolute relinquatur, tunc ſane geoeraliter quacūq; actione hæredes priuari, vt aliquid à liberaro debitore exigere poſſint. *l. plurib. 6. ff. de acceptilationib.* poſt alios multos à ſe relatos Maſcard *de probationib. lib. 3 concluſ.* 1252. *ex c. 1. de tranſactionib. l. emptor.* 48. § *Lucius. ff. de pact.* Roland. *conſil.* 49. *n.* 42. *lib.* 1. Verba enim liberationis generalia adeo poſſunt, vt nullo in caſu tutor rationes reddere teneatur: alioqui parum, aut certe nihil contra ſuam naturam operareutur ſecundùm Menoch. *conſil. 22. numer. 7. verſicul. 4. & vlt. & num. 8. lib. 1.* ex Gozadino, quem refert, ſic arguentem. 8

Quòd ſi ſpecialis liberatio legata ſit, ad eam rem petendam, cuius liberatio legata eſt, nulla in poſterum actio hæredi ſupereſt: tantum enim valet generalis diſpoſitio quoad genus, quantum ſpecialis quoad ſpecies. *l. omnes. 4. C. de præſcriptio. trigint. vel quadragin. annor. l. quæ de tota. 76. ff. de rei vendicatio.* 9

Idemque obtinet, ſi ad certum tempus debitor teſtamento liberatus fuerit, donec enim id fuerit elapſum tempus, exactio differenda eſt. *d. § ſi quis debitori.* 10

Vnde ſi teſtator debitori ſcripturam vel chirographum tradiderit, quo debitum contineatur, hæredibus actio nulla manet ad cōſequendum debitum, niſi probent, eam ſcripturam dolo ſubtractam, vel inuito teſtatore traditam fuiſſe. *l. 1. & 3 ff. de liberatio. lega.* latiſſime dominus & auus meus Matien. *in ſtilo cancellar. tit. 1. præeminen. 17. caſu 20. declaration.* 11

Quòd

4.*ſchol.* 6.Maſcard. *de probationib. lib. 1.concluſio.*476.

12 Quòd ſi alteri, quam debitori ſcripturam vel chirographum debiti teſtator legauerit, debitum quoque in eo contentum legaſſe videtur *l.ſeruum filij.*46 §.*cum qui. l. huiuſmodi.* 86.§ *ſi ita legatum.ff.de legat.lib.1.l. qui chirographum.*57.*ff.de legat lib.*3.*l.penult. titul.*9.*parti.*6. *ſi al carta*,inquit,*mandaſſe el teſtador a algun home, entiendeſe que le manda aquel debdo, que le deben por aquella carta*, cuius rationem ſcripſit ibi Greg.Lop.*ſchol.*1.

13 Quoniam, inquit, ſi chirographi legatum, debiti quoque legatum non contineret, nullam vtilitatem ex eo legatarius conſequeretur vnde ſi quis inſtrumento renunciet, non videtur renunciare debito in eo contento, ſed probationi, quam inſtrumentum faceret. quod alijs exemplis propoſitis ex Baldo, Imola, Cuma. Decio, Alexand. & alijs Greg.*vbi ſuprà* comprobat.

14 Nec id ſolum obtinet in legatis, verum etiam in omnibus tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris contractibus, quia ſi debitum continens ſcriptura vendatur, vel aliquo iuſto titulo alienetur, tacite videtur vendita, donata, vel alienata res, ſiue pecunia in ea contenta. *l.* 1. *C. de donationib. l. creditricem.*7 *C.de remiſſio.pignor.l.Labeo.*2. §. 1.*ff. de pact.l.*11.*titul.*19.*parti.*3.*l.*40.*titul.*13.*l.*9.*titul.*14 *part.*5.

15 Superius autem generalis liberationis legatum nedũ debitori legatario, ſed & ipſius hæredibus ac fideiuſſoribus prodeſt. *l.* 2.*l. ſi quis reum.*5.*ff de liberatio.legat* vbi expendit Accurſ. & ex eo Bald. Alberic. & cæteri interpretes, licet ſit ſecus in liberatione fideiuſſori legata, quam principali debitori non prodeſſe *ex præadductis iuribus* poſt alios edocet Anton.Gomez.*dicto tomo variar.*1. *cap.* 12. *num.*81.

16 Potiſſimus autem legatæ huius liberationis effectus eſt exceptio, quæ conuento debitori aduerſus hæredem competit, vel ſi alij, quam teſtatori fuerit obligatus, vt hæres eum prædictæ liberationis cauſa à debito abſoluat. *d.* §.*ſi quis debitori. Inſtitut. de legat.Sed & poteſt*, Iuſtinianus ait, *à debitore conueniri, vt liberet eum.* Roland. poſt alios *conſil.*49.*num.*42. *lib.*1.

17 Vltimo hæc liberatio efficit, vt is, cui facta eſt, iudicis officium implorare poſſit, vt eum abſoluat, nihilque debere pronunciet, hæredique ad id petendum debitum perpetuum ſilentium imponat. *l. Aurelius.* 28. §. *centum. ff. de liberation. legat* Quæ omnia, & ſimilia accuratè notat Anton. Gomez.*dicto ca.* 12.*num.*82.

18 Ex his igitur, & ſimilibus videbatur dicendum, voluntatem teſtatoris, vt tutores filiorum rationes reddere non cogerentur, omnino implendam, quæ pro lege obſeruanda eſt.*authent. de nupt.*§.*diſponat, collatio.* 4. primumque locum in teſtamentis obtinet *l.* 1.*C.de ſacroſanct.eccleſ.l.in conditionibus.* 19. *l. pater Seuerinam.*100.*cum mille ſimilib. ff. de conditionib & demonſtrationib.*

His tamen non obſtantibus veriſſima eſt *ſuperius* elicita concluſio, quam probat *l.ſi ſeruus vetitus.* 119. vbi Accurſ. & Gotofred. iura conſona adducunt.*ff.de legat.lib.*1.*l. Aurelio.*20. § *Caius.ff de liberatio lega l.*14 vbi Gregor. Lop. *ſchol.*1.& 2.idem *ſchol.*1. & 2. *in l.*102.*titul.* 18. *part* 3 *l* 30.*titul.*11 *parti.*5. 19

Diſputant noſtri textus materiam vltra ordinarios *in præſenti. & prædictis iuribus* ſcribentes *in l.nemo poteſt.*58.*ff. de legat. lib.* 1. Bartol. *in dicto* §.*Caius*.idem in *l.ex facto.* 43. *numer.* 8 *ff. de vulgar.*Iaſ.*in l actione.*2.*num.penulti. & vltim. C. de tranſactionib.* Alciat. *libro parergon* 2.*cap.* 25. Decius *in l.contractus.*24.*num* 42.*ff de regul. iur.* idem *conſil.*278. & 612. Anton. Gomez. *tomo variar.reſolution.*1.*cap.*12 *num.* 82. Couarru.*lib. variar.*2.*cap* 14. dominus & auus meus Ioan. Matien.*in l.*14 *ſchol.*1.*num.*66.& 67.*titul.*4.*lib.* 5.*recopilation.*Roland.*conſil.*49 *lib.*1. Menoch. *conſil* 22.*lib* 1.idem *de præſumptionib.l.*4.2. *parte, præſumptio.*164.*num.*7.& 8.*de arbitrar. iudic. lib.* 2.*centur.*3.*caſu* 309.& *caſu* 337.*num.* 14.*de recuperan. poſſeſſio remed.*15.*numer.*138. Maſcard.*de probationib.lib* 1.*concluſio.*125. Surd. *deciſio.* 184. 1.*parte.*latiſſime Anton Sola in *commentar. ad antiq. Sabaud conſtitutiones. titul. de minorib. eorum inuentar. & quietationib. in decreto quietationem.*1.*parte.ſchol.*1.*ex n.*11.Fachin. *lib.controuerſ. iur.*5.*c.*51.Farinac.1 *parte fragmentor.crimin.litte. D.verb Dolus.*

Veriſſimam noſtræ deciſionis rationem adſignat idem Iulianus, *nemo enim*, ait, *ius publicum remittere poteſt, aut mutare formam antiquitus conſtitutam.* Quare cùm in pupilli fauorem teneatur tutor rationes reddere, ne aliquid ex eius facultatum adminiſtratione ſibi commiſſa ſubtrahat, & teſte Cicerone *actio.* 3.*in Verrem* cauſa pupillorum communis ſit, cum ipſi ſe defendere neſciant propter ætatis imbecillitatem, & fragile ipſorum conſilium. *l* 1. *ff de minor* vbi ſcribentes, nullo modo poteſt teſtator id commune ius ex ſpeciali voluntate remittere *l. ius publicum.* 38. *ff. de pact.* voluntas enim, quæ legi repugnat, formam antiquitus conſtitutam mutans ſeruanda non eſt.*l nemo poteſt.* 58 *ff.de legat. lib.* 1.*Nemo poteſt*, inquit Pomponius, *cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.* 20 21

Quam decidendi rationem adiuuat Diocletiani & Maximiani ſanctio *in l. teſtandi.*13. *C. de teſtament.* vbi cum certis legibus teſtandi facul-

facultatem cuiquam permiſſam eſſe dixiſſēt, quod & optimè *multis alijs iuribus & interpretibus* comprobat Couarru.*lib.variar.3.c.6.num.7.* verba hæc adijciunt, *Non autem iuriſdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare cuiquam permiſſum eſt.*

22 Imo nec principis priuilegium generale liberam teſtandi facultatem concedens vltra ordinarios & conſuetos teſtandi limites porrigitur *l.ſi quando.35.C.de inofficio.teſtament.c.requiſiſti.15.* vbi Bernard.*verb.conſtitutionem canonis* iura ſimilia refert *de teſtament.*

23 Vnde Accurſius *in l.codicillis.91.§.vltim.ſibol.1.ff de legat.lib.2.* ſtultum eum teſtatorem appellat, qui formam legis tranſgredi, vel mutare ſe poſſe putauit, quod & rationibus, & argumentis quamplurimis ornat Menchac. *de ſucceſſion.creatio.§.1.nu 5.ad finem & §.3.numer.5. cum pluribus ſequentib.*

24 Sed huic decidendi rationi non parum obeſſe videtur Imperator *in authent. de nupt.§.diſponat.collatio.4.Diſponat teſtator*, inquit, *& erit lex.l.ſi fratres.53.§.idem reſpondit ſocietatem.ff.pro ſocio.l 1.C.de ſacroſanct.eccleſ.c.vltima voluntas.13.quæſt.2.*

Quæ iura, & ſimilia teſtatori liberam teſtandi facultatem concedunt, vt ad libitum de rebus ſuis in vltima voluntate diſponat, quam ex his quæ breuiter & doctè iungit ex more Gotofredus *in d.§.idem reſpondit ſocietatem.* cuiquam auferre piaculum eſſet, vt non immerito Imperator *in d §.diſponat* teſtantis voluntatem, legem dixerit. cuius deciſio adeo difficilis, & Iuliani noſtri reſponſo aduerſa videtur, vt ab eo prima facie recedendum videatur: quoniam ſi voluntas teſtatoris lex eſt, ergo legem poterit tollere immutare, irritamue conſtituere, cum legi priori poſterior deroget.

25 Quare Bald. *in c. cum in veteri. 52. in princip.numer.2.de electio.* tenuit voluntate teſtantis formam, & conditionem fieri, cuius ſententiam recitans ſecutus eſt Tiraquel. *in l.ſi vnquam, verb.libertis, nu. 42. C.de reuocand. donationib.*

26 Pleniſſimam enim indulgentiam iura teſtatoribus conceſſerunt. *l.verbis legis.120.ff.de verbor. ſignificatio.l.1.in princip. ff. ad leg.falcid. princip. Inſtitut.eod titul. l.ex facto proponebatur.35.§.rerum autem. Et facit totum*, inquit Vlpianus, *voluntas defuncti, nam quid ſenſerit, ſpectandum eſt. ff. de hæredib. inſtituend. l. quia. 5.* ibi, *quia ſemper veſtigia voluntatis ſequimur teſtatorum. C. de neceſſar. ſeru. hæredib. inſtituend.*

27 Ex quo textu, *in eo* Bald. *in fine* ſubtiliter dixit, vt eius verbis vtar, *quod lex pedetentim vadit poſt mentem teſtatoris, ſicuti venator poſt leporem.* quem ad hoc ipſum omnes *paſſim* adferunt teſte Tiraquel. *dicto numer. 42.*

Item infert Bald. *in l. lege duodecim tabularum.14.numer.1.verſicul. ex teſtamento autem.C.de legitim.hæredib.* poteſtatem hanc ad libitum diſponendi teſtatori conceſſam naturali iuri propius, quam filiorum ſucceſſionem accedere, ad cuius ſententiæ confirmationem multa & vtilia congerunt Decian. *conſil. 70. à numero 30. lib. 3. & vbi ſuprà* Tiraquell. 28

Quam teſtandi facultatem ampliſſimam defendunt *paſſim* ſcribentes, inter quos nouiſſimi aliorum omnium teſtimonia proferunt Arius Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. venditio.2.parte,cap.1.num.12.* Didac. Spin. *in ſpecul. teſtamentor.1. parte Rubri. ex numer. 16.* Anton. Pichard. *in dicto princip.Inſtitut.ad leg.falcid.num.15.& 16.* Ioan.Guter. *in repetitione d. l.nemo poteſt.58.numer. 81. cum duob. ſequentib. ff. de legat.* 29
lib. 1. poteſtatem hanc adeo amplam adſerens, vt nec princeps pro libito poſſit teſtan- 30
tis voluntatem immutare. Quod multis confirmat Couarru.*lib.variar.reſolution.3.c.6.num.7.* vbi concluſionem hanc communi ſuffragio receptam dicit, licet id cum cauſa ſummo Pontifici liceat. *clement. quia contingit, de religioſ. domib.* cuius tamen deciſionem ad abſolutam ſacræ ſedis illius poteſtatem refert Bald. *in l.ſi teſtamentum.10 nu.1.C. de teſtament.* Ex quibus omnibus nulla iuſta ratione motus videbatur *in præſenti* Iulianus, vt ex eo teſtantis voluntatem improbet, quòd legi aduerſa ſit.

Sed præadducta iura, omiſſis alijs conciliationibus, quas *in varijs locis* tradunt ſcribentes, tunc demum locum obtinent; quando teſtantis voluntas non eſt omnino aduerſa ſubſtantiæ, ac formæ ſolennitatis à iure traditæ: hæc enim obſeruanda non eſt, verbi gratia: 31

De ſubſtantia & forma teſtamenti eſt, vt certus numerus teſtium ad illud comprobandum adhibeatur, atque vt hi teſtes liberi ſint, puberes, & rogati: item, vt in quocumque teſtamento fiat hæredis inſtitutio iuxta textum has & alias ſolennitates complectentem *in l. hac conſultiſſima. 21. C. de teſtament. §. ſed cum paulatim.Inſtitut.eod.titul.l.inter cætera.30.cum pluribus ſimilibus ff de liber. & poſth.* ſolennitates apud nos neceſſarias exprimunt *l.1.& 2.* *vbi* late dominus & auus meus Ioan.Matien.*titu. 4.lib.5. recopilation.* 32

Quarum ſolennitatum ſi qua deficiat, etiam ſi teſtator hanc expreſſim remiſſam eſſe

voluiſſet,

voluiſſet, teſtamentum nihilominus non valeret, nec in eo contenta voluntas ſeruanda eſſet ob ſubſtantiæ defectum, cuius cauſa teſtamẽtum eſſe deſinit, ne abſurdam ſit opus concedi repugnantiam, vt ſit teſtamentum, quia teſtator ita voluit, ac teſtamentum non ſit, quia in eo aliquid ex ſubſtantia deficit, ſine qua nullus actus valet. *l. cum hi.8.§.ſi prætor aditus, cum vulgat. ff. de tranſact.*

33 Superior conciliatio deducitur ex ipſius Imperatoris verbis *in d. authent. de nupt. Diſponat itaque*, ait, *vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas.* Quod verbum, *vt dignum eſt*, palam oſtendit, legibus aduerſam voluntatem tam quam indignam non valituram, atque ita *ibi* nominatim profitetur Accurſius, quem cæteri ſequuntur, immo & Imperator ipſe *in illius paragraphi proſecutione*, Martianus *in l. ſi quis inquilinos.* 115. §. *ſi quis ſcripſerit*, vbi Accurſ. iura ſimilia refert. *ff. de legat. lib.1. l.32. titul.9. parti.6.* ſcribentes *in l. nemo poteſt.58. ex ea. ff. de legat. lib.1.* Cuiac. *lib. obſeruation.1. c.24.*

34 Hinc infero interpretationem ad textum *in l. ſi quando.* 35. *C. de inofficio. teſtament.* quo in loco imperialis conceſſio teſtatori facta, vt libere teſtari poſſit, intra legum limites intelligenda eſt, & limitanda; *neque enim*, ait Imperator, *credendum eſt, Romanum principem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo totam obſeruantiam teſtamentorum multis vigilijs excogitatam atque inuentam velle euerti.*

Quòd ita in propoſita effigie docuit Innocent. *in c. dudum. 31. de decim. in fine c. innotuit. 3. de eo, qui furti. ordines ſuſcepit*, Angel. *in l. bene à Zenone. 3. & vltim. c. de quadrienna. præſcriptio.* Imola *in l. ex facto 43. ex ea. ff. de vulgar.* Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus. 32. limitat. 2. ad l.5. fori in fine, fol. mihi. 69. C. de inofficio. teſtamen.* Ioan. Crott. *in repetitio. d. l. nemo poteſt. n.2.*

35 Quam doctrinam non ita ſimpliciter accepit Accurſ. *in d. l. ſi quando, verb. tuetur*, aliquid vltra conſuetam teſtandi formam regio reſcripto concedi exiſtimans, vt aliquem effectum ſortiatur, cuius ſententiam multorum teſtimonijs confirmat eam ſecutus Ioan. Guter. *in d. l. nemo poteſt. num.9.* Didacus Spin. late diſputans *in ſpecul. teſtamentor. ſchol.1. Rubrica, à num.3.*

36 Nec mirum, iura omnia liberam teſtandi hominibus facultatem tribuentia ad eam voluntatem reſtringi, quæ iuri conſona ſit: ſolennitas enim, ſubſtantia, ſiue forma teſtamenti prouenit à iure publico. *l. teſtamenti factio.3. ff. de teſtament.* ius autem publicum remittere nemo, vel immutare poteſt. *l. ius publicum.38. ff. de pact. l. teſtandi. 13. C. de teſtament. lege noſtra, & ſimilibus.*

Quam rationem ſignarunt Imola *in l. quicquid adſtringenda. 99. ff. de verb. oblig.* Alexand. & alij *in l. teſtamentum. 17. C. de teſtament.* quos ſequitur Ripa *in d. l. nemo poteſt, num.2. vbi* Ioan. Anibal. *numer. item 2.* Felin. *in c. cum dilecta. 22. num. 6. verſicul. geſta contra formam, de reſcript.* Idem *in c. ſi diligenti. 12. numer.7. verſicul ſecundo fallit, de foro competen.* Qui omnes docent iuris ſolennitati renunciationem à teſtatore factam ex eo non valere, quod ad ius publicum dirigatur, quod priuatorum pactionibus, vel remiſſionibus, *ex ſupra traditis*, immutari, ſeu remitti non poteſt.

Ius enim eas formas conficiendi teſtamenti induxit, quas Iuſtinianus multis vigilijs excogitatas & inuentas dixit *in d. l. ſi quando. 35. C. de inofficio. teſtament.* vt vitentur fraudes, quæ in huiuſmodi diſpoſitionibus adhiberi ſolebant. *l. hac conſultiſſima. 21. l. iubemus. 29. C. de teſtament. l. vltim. verſicul. lex etenim. C. de fideicommiſſ.* 37

Leges autem quæ fraudibus obuiant ſunt iuris publici, ſi Bernardo credimus recte diſtinguenti, ac iuribus comprobanti *in c. de cauſis. 4. verb. conſenſu partium, de officio delega.* Ripæ, qui Bernardum adfert *in l. nemo poteſt.58. ff. de legat. lib.1.* quos, & alios à ſe relatos ſequuntur Ioan. Guter. *ibidem numer. 11.* Didac Spin. *in dicta 1. parte Rubr. n.11.* 38

Ex quibus ad multa iura interpretatio deſcendit: Imprimis *ad d. l nemo poteſt cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant*, cui conſonat Iulianus *in præſenti, Quamuis*, inquit, *teſtamento comprehenſum ſit, vt aneclogiſti eſſent. l.1. C. de vſufruc.* in qua remiſſio cautionis à marito vſufructuario *iuxta l. 1. ff. vſufructuar. quemadmod. caue.* præſtandæ non admittitur. *c. tua nobis. 17. de teſtament.* vbi generalis conſtitutio canonis contraria teſtantis voluntate immutari non poteſt. *l. 32. titul. 9. parti. 6. Non puede*, inquit, *ningun teſtador facer manda en ninguna manera, que por derecho deſtas leyes non ſea juzgada. l. 30. Tauri*, hodie *l. 3. titul.6. lib.5. recopilation.* ibi, *aunque el teſtador lo mande.* 39

Nec mirum, hanc iniquam, abſolutam, & iuri contrariam poteſtatem teſtatoribus à iure denegatam, cum nullus præter principem, qui ſuperiorem non agnoſcat, *clauſula legis non obſtante* diſponere poſſit ex communi omnium ſcribentium ſchola *in d. l. nemo poteſt. & præadductis iuribus*, vt nemo, quem adhuc viderim ab hac recepta concluſione diſcedat. 40

Cui fauet communis omnium ſubditorum ad legum & canonum obſeruantiam 41

incon-

inconcuſſa obligatio. *l. cunctos populos.* 1.C. *de ſumma trinita & fide cathol. l. leges vt generales.* 3.*l. leges ſacratiſſimæ.* 9. *c. de legib.cap.* 1.*de conſtitutionib. c. quod clericis.* 9 *de foro competen.l.*15 *ac* 16. *titul.*1.*parti.*1.*l.vltim titul.*14.*parti.* 3. *l.* 3. *titul.*1. *lib.* 2. *recopilation.* abſurdum ſiquidem eſſet, ſubditum legi, eius præcepta & ſolennitates poſſe contemnere *l.non dubium.* 5. *cum ſimilib.* C *de legibus.l.*28.vbi Gregor. *tribus vltimis ſchol. titul.*21.*part.*5. poſt alios Cortaſ. *de iur. arte.* 3. *parte,c.*1.

42 Vnde Bald. *in dicta l.nemo poteſt.numer.*1. ait teſtatoris clauſulam, *vt in executione legatorum plane quidem ac ſummariè procedatur*, omnino reijciendam fore, iudiciorum enim frequens & vſitatus ordo teſtatoris voluntate mutari non debet. Quod multis exemplis *ibidem* Baldus confirmat; noſque iterum hæc Deo fauente latiùs diſputabimus.

43 Hæc autem decidendi ratio, & quæ ipſius occaſione ſummatim adnotauimus, ampliāda ſunt, vt in prætoris edicto locum ſibi vendicent, quod à teſtamento, eiuſque executione excludi minime poteſt. *d.l. ſi quis inquilinos.* 115.§ *ſi quis ſcripſerit.ibi contra edictum prætoris.ff. de legat.lib.*1.vbi Accurſ.& ſcribentes.

44 Eodemque modo turpis aut inepta teſtantis voluntas reſpuitur. *d.§.ſi quis ſcripſerit.*ibi, *vel turpe aliquid.l.ſeruo alieno.*116.§.*vltim. ff.de legat. lib.*1.& *vtrobique* Accurſ.Gotofred. & ſcribentes iura ſimilia, & exempla proferunt. *l.*32.*tit.* 9 *parti.*6. Cuiac. *lib. obſeruation.*1.*c.*24. dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l.* 2. *ſchol.*10.& 11.*titul.*5 *lib.*5 *recopilation.*

45 Secundò prædicta decidendi ratio amplianda eſt ad conſuetudinem, illi enim aduerſa teſtantis voluntas ſubſtineri non debet ex Ioan. Fabro *in* §.*vltim.num.*5 *ad finem.* cuius ſententiam expreſſim iuuant §. *ex non ſcripto, Inſtitut. de iure natura princip Inſtitut. de offic. iudic. l. de quibus.*32.*inueterata enim*, ait, *conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur.ff. de legib.l.*1. § *denique, vetuſtatem*, inquit, *legis vicem obtinere. ff. de aqua pluui.arcen.l.*2.*C.quæ ſit longa conſuetu.l.*1.*& toto ferme titul.*2.*parti.*1. multos refert Azebed. *in l.*3.*à n.*18.*titul.*1.*lib.*2.*recopilation.*

46 Ex quibus patet tantam eſſe vim conſuetudinis, vt ſæpenumero legem vincat. *d.l. de quibus.c.vltim. de conſuetudi.* vt non immerito Bald. adſerat *in authent. iubemus nu-*
47 *mer.*2.*C.de iudic.* quem ſequitur Iaſ. *in d. l. de quibus, numero* 10. iudicem contra conſuetudinem iudicantem litem ſuam facere, ſicuti ſi contra ius expreſſum iudicaſſet, quam concluſionem aliorum teſtimonijs confirmat Farinac. *in praxi criminal.* 3.*parte, titul.*12. *de var.& extraordinar. criminib. queſt.*111.*n.*500. *& ſequenti.*

48 Tertiò ampliatur hæc noſtra decidendi ratio, vt nedum teſtatori aliquid contra leges & conſuetudines patriæ, ſed nec quicquam præcipere liceat, quod humanitati, & ciuilibus motibus obuiet. *l. quæ ſub actione.* 8. *l. conditiones.*9.*l.conditiones.*14. *l. filius.*15.*l. quidam in ſuo* 27. *ff. de conditionib. inſtitution.l.* 3. *titul.* 4. *l.* 32.*titul.*9.*parti.*6. poſt alios Boer. *deciſio.* 287.*n.* 5. Caſſiodor. *in catalo.gloſſar* 2.*parte, conſiderat.* 3. Didac. Spin. *in ſpecul. teſtamentor. dicta* 1. *parte Rubric.n.*5.*ad med.*

Quartò & vltimo ampliatur, etiamſi te- 49
ſtator principis reſcriptum ad liberè teſtādum habeat, conſuetos enim teſtandi limites excedere non poterit. *d.l.ſi quando.*35. C *de inoffic. teſtament.* diximus *ſuprà* latiùs *n.* 34.

Hinc profluit genuina decidendi ratio 50
ad ſpeciem *l.*13.*titul.*6.*lib.*5.*recopilation.* qua diſponitur, *que la cera, y miſſas, y gaſtos del enterramiento ſe ſaquen con las otras mandas graciosas del quinto de la hazienda del teſtador, y no del cuerpo de la hazienda, aunque el teſtador mande lo contrario*: ideo hanc prohibitionem *in ea lege* tactam, quia in fauorem filiorum aduerſæ voluntati *ex eius verbis* ius reſiſtit, quæ pro hac ratione ponderat *in ea ſchol.*2. dominus & auus meus Ioan. Matien.

Quod vt clarius perſpiciatur, ac verus re- 51
giæ legis intellectus adpareat: Primo ſupponendum eſt, iure regio Hiſpano omnia bona patris dempta quinta parte, quæ liberæ ipſius diſpoſitioni relinquitur, filiorum eſſe legitimam, *l.*1.*& ſequentib. dicto titul.* 6.*l.*5.*recopilation.* quam concluſionem indubitatiſſimam cenſet dominus meus *in dicta l.* 1.*ſchol.*1. *in princip. d.l.* 13.*ſchol.* 1. & *vbique paſſim* dempto nemine noſtrates agnoſcunt.

Quæ in ſpecie procedit. *d l.* 13. In qua 52
ex conſtitutione Rubrica ſupponendum eſt filios ſuperſtites remanſiſſe, quibus legitimam ſuam pater adimere non valuit. *l. omni modo.*30.*l. quoniam in prioribus.*32.*l. ſcimus.*36. *C. de inofficioſ. teſtament. l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars debeat.* cum multis alijs deciſionibus *iuris communis & regij*, quas meminit dominus meus Matien. *in l.* 3.*ſchol.*1.*n.*1 *titul.* 6.*lib.* 5.*recopilation.*

Poteſt tamen pater vltra quintam hanc 53
partem liberæ ipſius diſpoſitioni relictam, tertiam filio, vel filijs quibus malit adſignare. *l.* 9. *Tauri*, hodie *l.*3 *titul.* 6. *lib.*5. *recopilation. el padre*, inquit, *o la madre, y abuelos en vida, o al tiempo de ſu muerte puedan ſeñalar en cierta coſa, o parte de ſu hazienda el tercio y quinto de mejora, en que lo aya el hijo, e hijos, o nietos, que mejoraren, con tanto, que no exceda el dicho tercio de lo que montare, o valiere la tercia parte de todos ſus bienes al tiempo de ſu muerte.*

Quamuis enim & hæc tertia pars ex *prænotatis* filiorum legitima ſit, duobus tamen,

vel plutibus extantibus filijs nepotibus, aut
deſcendentibus leguima neceſſaria non
eſt, ſed arbittaria, quia pendet à patris vo-
luntate *ex legis diſpoſitione*, quem ex eis præ-
dilexerit, hoc fauore proſequi ex veiio-
re ſententia, quam pluribus aliorum teſti-
monijs confirmat dominus & auus meus
Matien. *in d. l. 3. ſchol. 1. numero* 1. Quod, &
in filio vnico contra communem omnium
interpretum ſententiam lata diſputatione de-
fendit. Ioan. Parlador. *lib. rerum quotidianar.* 1.
par. c. 7.

54 Secundo deducitur, repetitam *l.* 13. *titul.*
6. lib. 5. recopilation. cuius rationem, & verum
ſenſum inueſtigamus, locum non habituram,
cum teſtator ſobolem non habuerit: fauor
enim filiorum, deſcendentium, atque ad-
ſcendentium, quem conſiderauimus, in alijs
eos non habentibus ceſſat, cum nulli alij na-
turali ac neceſſario iure teſtatoris etiam inui-
ti debeatur hæreditas.

55 Quo fauore deficiente, deficere quoque
legis illius decisionem, neceſſario fatendum
eſt. *c. cum ceſſante.* 60. *de appellationib. l. adige-
re.* 6. §. *quamuis, cum ſimilib. ff. de iure patro-
nat.* late vt ſolet poſt alios Tiraquell. *de ceſ-
ſan. cauſa.* 1. *parte à numer.* 130. *ad* 179. Padilla
ex alijs multis *in l. tranſigere.* 18. *n.* 78. *C. de tranſ-
actionib.*

65 Cui ſententiæ in ſpecie noſtra adſtipula-
tur Anton. Gomez. *in dicta l.* 30. *Tauri, verſic.
hodie*, nihil *extra* immutatum adſerens, quan-
do teſtator ſuperſtites filios deſcendentes,
vel adſcendentes non reliquit, vt tunc iuris
communis diſpoſitioni ſtandum ſit, quo ca-
uetur funeris impenſam pro modo faculta-
tum faciendam eſſe ex his quæ adnotát idem
Anton. Gomez. *vbi ſuprà*, Greg. Lop. *in l. 2. titul.*
11 *parti. 6. ſchol. magno colum.* 2. late Ioan. Guter.
lib. 2. practicar. quæſt. 70. dominus & auus meus
Matien. *in dicta l. 13. ſchol. 1. n.* 5.

Quos mouet Vlpiani decisio *in l. ſi quis
ſepulchrum.* 12. §. *ſumptus funeris. ff. de religioſ.
& ſumptib. funer. Sumptus*, inquit, *funeris arbi-
trantur pro facultate, vel dignitate defuncti. l. at ſi
quis.* 14. §. *hæc autem ff. illo titul. Aequum autem*,
ait, *accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ex
cauſa, ex tempore, & ex bona fide, vt neque plus im-
putetur ſumptus nomine, quam factum eſt, neque
tantum, quantum factum eſt, ſi immodicè factum
eſt: deberet enim haberi ratio facultatum eius, in
quem factum eſt, & ipſius rei, quæ vltra modum ſi-
ne cauſa conſumitur. l.* 12. *titul.* 13. *parti.* 1. *ſolo,
que aqueſtas deſpenſas ſean fechas meſuradamen-
te, catando la perſona de aquel, por quien ſon fe-
chas.* Quibus hodie modum certum ſtatutum
eſſe *in l. 2. titul. 5. lib. 5. recopilation.* ex alijs aduer-
tit Pichar. *in §. cum autem. num. 12. Inſtitut. de lege
falcid.*

Vltimò diſputandum eſt in propoſita ſpe- 57
cie, vtrum ſumptus funeris ex quinta bono-
rum teſtatoris parte nondum extractis debi-
tis, an verò illis deductis ex reliquis bonis de-
ducendi ſint? vt conſtet, quænam ex his, quæ
vltra quintum ſuperſint, facultates ad filio-
rum legitimam ſpectent. Quæ quæſtio alteri
connexa eſt, imo ab ea pendere videtur, vt
noſtri exiſtimant, an ſcilicet impenſa fune-
ris ſit omnibus creditoribus præferenda? Qua
in re duplex eſt ſententia altera alteri con-
traria.

Prima defendit, funeris impenſam non- 58
dum extractis debitis ex defuncti faculta-
tibus deducendam eſſe. *l. Iulianus.* 24. *cum
duabus ſequentib. l. impenſa funeris.* 45. *ff. religioſ.
& ſumptib. funer.* §. *vltim. Inſtitut. de lege falcid.*
poſt alios dominus meus Matien. *in d. l. 13. ſchol.*
3 *numer.* 2. adijcient non ſolum perſonalibus
creditoribus, ſed tacitam, vel expreſſam hy-
potecham habentibus anteferri, Ioan. Guter.
in d. l. nemo poteſt. 58. *num.* 95. *de legat lib.* 1. quam
ſenteriam communem dixit Anton. Gomez.
in d. l. 30. *Tauri, num.* 2. eamque expreſſim pro-
bat regia *lex.* 12 *vbi* Gregor. Lop. *verb. deudas, tit.*
13 *parti.* 1.

Quæ ſententia vera eſt *ex præaddnctis iu-
ribus*, quicqnid ex aduerſo altera communis
adſtruat vt ſaltem creditores tacitam, vel ex-
preſſam hypothecam habentes funeris im-
penſæ præferantur, quam ex alijs communem
adſerens tenuit Ripa *in l. quæſitum,* 2. *num.* 8. &
Petr. Vanderan. *ibidem ad finem. ff. de priuileg.
creditor.* Neguſanct. Fanen. *de pignorib.* 2. *memb.*
5. *partis, num.* 28. & alij, quos retulit ſecutus *vbi
ſuprà* Ioan. Guter. vt hac in re diutius immora-
ri non liceat.

Sed altera poſt dictam *l.* 13. *titul. 6. lib.* 5. 59
recopilationis orta eſt controuerſia. Anton.
enim Gomez. *vbi ſuprà* dixit in teſtatore fi-
lios vel deſcendentes non habente ius com-
mune immutatum non eſſe. Quod tamen *in
d. l. 13. ſchol.* 3. dominus meus negat, quoniam,
inquit, legis illius prohibitio filiorum, qui
patris quaſi creditores ſunt, fauorem reſpi-
ciens, multo magis veris eius creditoribus fa-
uere viſa eſt.

Deinde quoniam lex regia ex quinta bo- 60
norum patris parte funeris impenſam dedu-
cendam ſtatuit, cum tamen bona proprie
non dicantur, ære alieno non deducto. *l. ſub-
ſignatum.* 39. § *bona. vbi* Accurſ. & ſcribentes iu-
ra, & exempla ſimilia proferunt. *ff. de verbor.
ſignificatio. l* 8. *titul.* 33. *parti.* 7.

Ego tamen in hac opinionum varieta-
te libentius Antonio Gomezio adſentior, 61
cui reliqui adſtipulantur *in d. l.* 3. *Tauri*, imo &
ipſe dominus meus Matien. *in locis numer.*
55. & 58. *relatis*, vbi alios pro hac ſententia
mem-

62 meminimus, ne vltra caſum expreſſum iuris communis correctio admittatur. *c.cum expediat.* 29. *de electio.lib.*6.*l.præcipimus.* 32. C. *de appellationib.* cum multis alijs iuribus, rationibus, & interpretibus lata diſputatione propoſitis à Marco Mantua Bonaui. *de legitim. filior. in principio,* 3. *ſuppoſito , vel præmiſſo,* Farinac. 1. *parte , fragmentor. criminal. litte. E. verb. Extenſio ,n.* 130. *cum multis ſequentib.*

63 Nec priori Gomecij ſententiæ obeſt prima difficultas ex comparatione filiorum, & creditorum inſtituta; nam licet hi potius in bonis defuncti ius habeant, nec bona
64 dicantur, niſi deducto ære alieno. Cùm tamen ipſorum ius lege poſitiua ſit inductum quo & actiones proditæ ſunt ex veriore ſententia, quam tuetur Accurſ. *in princip. Inſtitut. de actionib. verb. quamuis ſimilis.* idem *in l. ex hoc iure.* 5. *ſchol. penulti. verſicul. obligationis. ff. de iuſtit. & iure,* & *in l. rerum amotarum iudicium ,ſchol. vltim. ff. de actio. rer. amotar.* Iaſon. *in d. princip. Inſtitut. de actionib. numero* 44. *vbi* late Ludouic. Gomez. *à numero* 32. Lex ciuilis potuit funeris impenſam creditoribus præferre, prout dotem, fiſcum, rempublicam, & his ſimiles prætulit.

65 Quod ſecus eſt in filijs, quibus legitima portio in bonis parentum naturali iure debetur. *l. ſcripto.* 7. §. *vltim. ff. vnde liberi. l. cum ratio , in princip. ff. de bonis damnator. l. nam & ſi parentibus.* 15. *cum ſimilib. ff. de inofficioſ. teſtament.* quod nulla ciuili lege poteſt immutari. §. *ſed naturalia , cum vulgat Inſtitut. de iure natura.*

Quòd ſi adhuc inſtes creditores debitoribus naturaliter obligatos, quod adeo verum fateor, vt comprobatione non egeat. Reſpondeo, aliud eſſe funeris impenſam alijs debitis præferri cum bona ſoluendo non ſunt, in qua ſpecie nulla filijs legitima relicta eſt, cum bona patris nulla inueniantur: aliud & longe diuerſum, reliqua bona ære alieno deducto, & quinta parte funeris impenſis apta, filiorum eſſe legitimam, quam ſi eis pater auferret, iuſtis de cauſis eius voluntas irrita fieret. *d l.* 13. ibi, *aunque el teſtador lo mande.*

66 Regulariter verò in funeralibus exequijs immoderati ſumptus prohibentur, licet teſtator diues ſit, nec deſcendentes habeat, atque illos ipſe fieri præcipiat. *l. at ſi quis,*14 §. *hæc autem actio. in fi. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Sciendum eſt,* inquit Vlpianus, *nec voluntatem ſequendam , ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem.* poſt alios Vanderan. *in dicta l. quæſitum.* 2. *à num.* 67. *ff. de priuileg. creditor.* hodie apud nos huiuſce ſumptus certus modus ſtatutus eſt *in l.*2. *titul.* 5. *lib.* 5. *recopilation. vbi* recte dominus & auus meus Matien. noſque *ſuprà numer.* 57. tetigimus.

Reliquum eſt argumentis *in dubitandi ratio-* 67
ne congeſtis ſatisfacere. Qua in re non parum elaborandum eſt: interpretes enim in eorum ſolutione, noſtræ legis, & aduerſorum iurium conciliatione diuerſas adeo ſententias proferunt, vt vix veritas agnoſci queat.

Primo Accurſius, cuius mentem exponit 68
Bartol. *in l. Aurelio.* 2. § *Caius, numero* 1. *ff. de liberatio.legat.* ad *l. Aurelius Symphorus.* 29. §. *Titius teſtamento facto. ff. illo titul.* reſpondet, eius deciſionem in patre tutore procedere, verbis conſulti motus, *Seium patrem meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ,* rationem adijcit Scæuola *præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab heredibus eius adprobetur.* cuius ratio confirmatur *in l. ſi ſeruus plurium.* 50. §. *vlti ff. de legat. lib.*1. *l. cum tale legatum.* 72. *l. cum auus.*102. *ff. de conditionib. & demonſtrationib l. generaliter.* 6. §. *vltim.* C *de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* Iacob. Menoch. poſt alios *conſil.* 22. *num.* 3. *lib.* 1.

Nec obſunt *l. ſi quis rationes.* 10 *l. ſi ei cui.* 17. 69
ff de liberatio.legat. vbi actionis liberatione legata, omne id remiſſum cenſetur, quod ex ea teſtatori debebatur. Nam, Iulij Pauli, & Vlpiani verba ad debitum iam contractum, dolumque præteritum referenda ſunt, quem expreſſe remitti poſſe poſt multos alios à ſe relatos lata diſputatione probat Farinac. 1. *parte fragmentor. criminal. litte. D. verb Dolus, num.* 151.152 Iulianus verò noſter futurum dolum remitti negat, ne via ſceleribus aperiatur. *l.* 1. §. *illud, cum ſimilib. ff depoſit. l.* 5. *titul.* 10. *parti.* 5. *Ca los pleytos,* ait, *que dan carrera à los homes para facer engaño, non deben valer.* late ex alijs probat Farinac. *dicto verb. Dolus, numero* 165. directe, nec indirecte *numero* 172. nec tacite *numero* 174.

Neſas enim eſt, vt proprius dolus cui- 70
quam proſit. *l.* 1. §. *ideo. ff. de doli mali , & metus exceptio. l.* 1. *l. ne ex dolo.* 13. *ff. de dolo. l. non fraudantur.* 117. §. *nemo, ff. de regul. iur. l. dubium.* 5. *C. de repud. l. ſi legatarius.* 15. *C. de legat. c. ſedes Apoſtolica.* 15. *c. ex tenore.* 16. *c. ſuper litteris.* 20. *de reſcript. l.* 15. *titul.* 7. *l.* 36. *titul.* 18. *parti.* 3. *l.* 33. *titul.*14. *parti.*5. *l.* 4. *titul.* 16. *parti.*7.

Quam ſolutionem ſignauit Bartol. *in præſenti* Dyni authoritate motus. Alexand. *conſil.* 62. *lib.*4. Barbac. *conſil.* 68. *lib.* 2. Fachin. multos referens *lib. controuerſ. iur.* 5. *cap.* 51. Farinac. *in præadductis locis.*

Nec mirum videri debet, eiuſmodi li- 71
berationem irritam cenſeri, cum iuri repugnet, *iuxta d. l. nemo poteſt.* 58. *ff. de legat. lib.* 1. *noſtram , & ſimiles.* Nulli enim præter principem facultas conceditur, vt *clauſula*

puloſa inquiſitio fiat, non vt quod apud tutorem ſit, doloſe lucrifaciat. ita ſentiunt Philip. Decius *conſil.* 178. *nu.* 3. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *caſu* 209. *num.* 3. Couarru. *lib. variar.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. dominus & auus meus Ioan. Marien. *in l.* 14. *ſchol.* 1. *num.* 67. *titul.* 4. *lib.* 5 *recopilation.* Maſcard. *dicta concluſ.* 1252. *nu.* 13. & 14. Anton. Sola *in commentar. ad antiq. Sabaud. conſtitut. titul. de minorib. in decre. quietationem, ſchol.* 1. *n.* 11.

Sed aduerſus hanc communem & receptam ſententiam ſcribunt Accurſ. Oſaſc. alios referens, Cephal. Celſ. Bargal & alij teſte Farinacio eos referente *dicto verb. Dolus, numero* 155. Qui omnes volunt, in generali liberatione dolum præteritum contineri.

Quas duas opiniones contrarias ex Alexand. Curt. Corta, Couarru. Bargal. & alijs conciliat Farinacius *numero* 156. vt ſecunda obtineat, quando liberationis verba adeo fæcunda ſunt, vt dolum apertè includat. Prima, quoties in generali liberatione qualitas hæc, & verborum fœtus nun inuenitur.

83 At vbi expreſſim, & ſpecialiter præteritus dolus remittitur, liberatio vtilis eſt *ex ſuperius adnotatis*, Bartol. *in d. §. Caius num.* 6. *verſicul. pone, quod aliquis liberat tutorem.* Bald. Imol. & alijs quos refert Alexand. ad Bartolum *verb. an videatur remiſſus dolus?* Anton. Gomez. *var.* 1. *cap.* 12. *num.* 86. *verſic. quod tamen.* Gregor. Lop. *in l.* 102. *ex ea* ibi, *nin querellar, que por engaño, nin por culpa, titul.* 18 *parti.* 3. Farinac. *dicto verb. Dolus, num.* 153. 154. in præteriti enim doli remiſſione ceſſat peccati admittendi timor, qui in futuro dolo verſatur: quo ceſſante prohibitio remiſſionis ceſſat. Quam diſtinctionem edocet regia *l.* 29. *titul.* 11. *parti.* 5. *que non vala,* inquit, *pleyto, ni promiſſion en los engaños, e en los furtos, que pudieſe facer deſpues del dia, en que fue fecha la promiſſion, mas los otros, que ouieſen ya fechos, en ante de la promiſſion, bien ſe podrian quitar por pleyto, o por poſtura.*

84 Obſtat adhuc *in ratione dubitandi* propoſita difficillima ſuperiorum omnium deciſio *in l. ſi vnus.* 27. *§. illud nulla. ff de pact.* cuius verba repetere non erubeſcam, *quamuis ſi quis paciſcatur, ne depoſiti agat, re ipſa pactus videatur, ne dolo agat, quod pactum proderit.*

85 Quam difficultatem vt componant interpretes, volunt *in d. §. illud nulla*, præteritum, non vtique futurum dolum remiſſum eſſe. ita ſoluit Bartol. *in dicto §. illud nulla*, quem *ibidem* cæteri ſequuntur, & alij plures, quos referunt Maſcard. *dicta concluſio.* 1253. *numero* 12. Medice. *dicta quæſtio.* 10. *numero* 21. Couarru. *dicto c.* 14 *numero* 3. Farinac. *dicta* 1. *parte fragmentor. criminal. litter. D. verb. Dolus. num.* 158.

Sed contrariam tenuerunt plurimi, quos refert idem Farinac. *numero* 159. eas concilians *numero* 160. vt prior locum habeat in dolo vero, poſterior in præſumpto. Deinde *numero* 161. vt prior procedat in actione vniuerſali, prout petitio hæreditatis, aut generali, veluti pro ſocio; ſecunda in ſpeciali depoſiti, ex empto, locato, & ſimilibus. Tertiò *numero* 162. vt prima locum habeat, quando doli conſcius dominus actionem remiſit; ſecunda in ſpecie contraria. Vltimò, vt prior ad generalem actionis remiſſionem, ſequens ad eam, quæ vltra generalia verba, prægnantia, dolumque includentia contineret.

At legem noſtram, & ſimiles ad dolum 86
futurum referendas iudicant, qui nulla pactione remitti poteſt. *d. §. illud nulla. l.* 1. *§. illud ff. depoſit.* Hæc tamen conciliatio minimè ſubſtineri poteſt, licet communis ac recepta opinio præteritum dolum hac in parte à futuro diſtinguat: Conſultus enim in primo & ſecundo reſponſo. *d. §. illud nulla.* de dolo dumtaxat futuro agit, ex mente Accurſ. *verb. agat, in princip.* Cum enim priùs dixerit dolum nulla pactione remitti poſſe, ſubijcit ſequentem periodum cum aduerſatiua dictione, *quamuis*, quæ ſecundùm Decium *in d. l. contractus.* 24. *numero* 45. *ff. de regul. iur.* præcedentium qualitates repetit; aliter nihil ex Accurſio operaretur expreſſio illa conſulti, *ne depoſiti agat*, quæ veluti neceſſaria proponitur, ne de dolo agi poſſit, cum enim præteriti vtilis ſit ex præactis remiſſio, hac nube, hoc velamine tegi opus non eſſet, conſultique verba abundarent *in dicto §. illud nulla.* quod ſanè concedendum non eſt.

Quapropter Accurſius, vbicumque il- 87
lius paragraphi mentionem facit, vtriuſque ipſius reſponſum in dolo futuro intelligit, & *in d. §. Caius, ſchol. vltim.* ſecundam illius partem procedere exiſtimat, quando doli debitor eſt is, cui remiſſio legatur. Remiſſa enim actione principali, in qua dolus dumtaxat venit, vt accidit in ſpecie illius textus, cuius verba ad depoſiti actionem diriguntur, in qua ſolus dolus præſtatur. *d. l. contractus.* 24. *ff. de regul. iur. l. quod Nerua.* 32. *cum ſimilib. ff. depoſi.* remiſſus etiam dolus cenſetur. Quòd ſecus eſt in effigie *legis noſtræ*, qua tutor nedum ad dolum, ſed ad leuiſſimam quoque culpam ex officij ſuſceptione tenetur. *§.* 1. *in fine. ff. de ſuſpect. tutorib. l.* 3. *§. vltim. cum ſimilib. ff. eodem.* Hieronym. Cagnol. *in d. l. contractus, à num.* 61. *ad* 66. & nos *num.* 237. *cum nouem ſequentib.*

Quæ Accurſij conciliatio non plus mihi, 88
quam ſuperior placet. Fundamentum enim ipſius potiſſimum iniquum eſt, cum in depoſiti actione, nedum verus dolus, ſed & præ-

præſumptus, qui lata culpa eſt, coërceatur. *l.*
1. C. depoſit. d. l. quod Nerua. 32. rectè intellecta. *c.*
2. de depoſit. Quod vel ipſe agnoſcit Accurſ. *in*
d. §. illud nulla, verb. agat, in fine.

89 Cui obiectioni licet reſpondeat pro Ac-
curſio Bartol. *in dicta l. Aurelio. 21. §. Caius, num.*
4. ff. de liberatio. legat. latam culpam dolo com-
parari, & in doli conſequentiam venire, ta-
men diſſimilis eſt vtriuſque ratio, cùm dolus
ex malitia deſcendat. *l. 1. §. 1. ff. de dolo*, culpa
verò lata ex ignorantia *l. cedere diem. 213. §. lata.*
l. lata. 223. ff. de verbor. ſignification. Quam inter
vtrumque diſſimilitudinem aliorum teſti-
monijs comprobant Ioan. Corraſ. *libr. Miſcel-*
laneor. iur. 4. c. 1. num. 5. nos latiùs *in dicta l. con-*
tractus. num. 30. & 31.

90 Ideo quamuis dolus futurus nulla pa-
ctione remitti poſſit *ex prædictis*, latam tamen
culpam tacitè, vel expreſsè condonari poſſe
ex Dyno *in regul. contractus. 85. de regul. iur. libr. 6.*
omnes paſſim profitentur, quos referunt ſe-
cuti Couarru. *dicto lib. 2. variar. c. 14. num. 5. ver-*
ſicul. quintum dolus præſumptum. Sebaſtian. Me-
dic. *de caſib. fortuit. 1. parte, quæſt. 10. nu. 21. verſic.*
tertio fallit in dolo præſumpto. Maſcard. *dicta con-*
cluſio. 1252. num. 19 Vincent. Carroc. *de depoſit.*
1. part. tit. de dolo. n. 5. poſt Deci. *conſil. 178. num. 3.*
lib. 1. Farinac. *d. verb. Dolus, n. 175.*

91 Qui omnes præſumpti doli liberationem
vtilem cenſent, qui propriè lata culpa eſt *d. l.*
quod Nerua. 32 cum ſimilib. ff. depoſit. in qua væ-
cors adeò & iners deſidia deregitur, vt dolus
præſumatur, licet propriè dolus non ſit:
quamobrem lata hæc culpa, dolus præſum-
ptus dicitur, dolo proxima, ſimilis eidem, pro
dolo accipi, dolum repræſentans, imò dolus
appellatur ex ijs, quæ adnotant Burgi *lib. ele-*
ctor. 1. c. 11. ex verſic. doli autem mali, ex Bald. &
alijs Cagnol. *in d. l. contractus. 24 nu. 81. ff. de reg.*
iur. noſque *ibi n. 36. cum duob. ſequentib.*

92 Qua de cauſa teſtator tutori filij ſui con-
fectionem inuentarij remittere poteſt, cuius
omiſſio dolus præſumptus ab Vlpiano dici-
tur *in l. tutor, qui repertorium. 7. infrà hoc titul.*
quamuis non deſint contrariæ ſententiæ ad-
ſertores, quos refert Farinac. *dicto verb. Dolus,*
nu. 176. hæc pugnantia interpretum placita
nu. 177. concilians, vt altera ad dolum in o-
mittendo, contraria ad dolum in faciendo
referatur. quod nunc latiùs non examino,
ſuo loco relinquens.

Sed cum Accurſij fundamentum verum
non ſit *ex prædictis*, illius ſententia minimè ad-
mittenda eſt, cùm nemo debeat, propoſita
ſibi remiſſione doli ad delinquendum inui-
tari. *l. 5. tit. 10. l. 29. tit. 11 part. 5.* diximus *ſuprà,*
num. 69. 70. & 83.

93 Quare iterum Accurſ. ſuperiore ſolutione
non contentus *in d. §. illud nulla, verb. agat. in d.*
l. contractus, ſi hoc vni. circa finem, & in l. iuris gen-
tium. 7. §. ſed ſi quis paciſcatur, verb. ne depoſiti. ff. de
pact. Pauli deciſionem in futuri doli tacita
remiſſione accipit, quam vtilem eſſe ex eo de-
fendunt Dinus *in dicta regul. contractus 85. in fi-*
ne, de regul. iur. lib. 6 Decius in *d. l. contractus. nu-*
mer. 45. Sebaſtian. Medic. ex alijs, quos adfert,
vbi ſuprà. num. 21. ad finem, verſicul. ſecundo fallit in
remiſſione tacita. quoniam ex Decio multa ta-
citè fieri poſſunt, quæ expreſsè non poſſent,
id in iuramento calumniæ probante. Vnde
ſuccedit, vulgata iuris regula, *Expreſſa nocere, nõ*
expreſſa non nocere, l. expreſſa. 156. ff. de regul. iur.

Sed hanc Accurſij & aliorum interpreta- 94
tionem reliqui ſcribentes improbant, teſte
Farinacio multos referente *1. parte fragmentor.*
criminal. litt. D. verb. Dolus, num. 174. qui nec
tacitam futuri doli remiſſionem admitten-
dam contendit contra Seraphinum à ſe rela-
tum, indubitatam hanc ſententiam dicens, 95
cùm in hac etiam fraudibus locus vacet, nec
per obliquum admitti liceat, quod directo
tramite prohibetur, vt verbis vtar Ignei *in d.*
l. contractus. 14. num. 70 ff. de regul. iur. cuius ſen-
tentiam multis alijs relatis comprobant Fa-
chin. *lib. controuerſ. iur. 5. c. 51.* Farinac. *dicto verb.*
Dolus, nu. 172.

Id verò vti agnoſcunt omnes, ipſamet Vl- 66
piani littera probat in verbo *nulla*: quod cùm
indefinitum ſit, & negatiuum, vniuerſali æ-
quipollet. *l. ſi is qui ducenta. 13. §. vtrum ff. de reb.*
dub. poſt alios latè Couarru. *lib. variar. 1. c. 13.*
num. 6. & 7.

Sed apertius noſtram ſententiam princi-
palem idem Vlpian. confirmat *in l. 1. §. illud. ff.*
depoſit. Illud, inquit, *non probabis, dolum non eſſe*
præſtandum, nam hæc conuentio contra bonam fi-
dem, contraq; bonos mores eſt, & ideò nec ſequenda
eſt.

Quæcunque igitur de futuro dolo remit- 97
tendo conuentio etiam tacita ex veriore ſen-
tentia, quam tuetur Farinac. *dicto verb. Dolus,*
num. 174. admitti non debet, quæ bonæ fi-
dei adeo, ſicut expreſſa repugnat, in legem
enim committit, qui verba legis amplexus
contra legis nititur voluntatem *l. non dubium.*
5. C. de legib. l. contra legem. 29. l. fraus. 30. cum ſi-
milib. ff. eod. titul. Quod tamen in hac ſpecie
accideret ex Donello *lib. de iure ciui. 15. cap. 6.*
colum. 4. ad med. vbi omiſſa mentione doli,
alia via eò peruentum eſt, vt fraudi ac deli-
ctis locus vacet, quæ iura impedire conten-
dunt. *l. 1. ff. de iuſtit. & iure. l. 1. & 2. l. legis vir-*
tus. 4. ff. de legib. l. leges ſacratiſſimæ. 9. C. eod. cap.
2. 3. & 4. diſtinct. 3 princip. & cap. 1. diſtinctio. 4.
l. 1. 4. 5. & 10. titul. 1. parte. 1. Corraſ. *de iur. arte. 3.*
parte, c. 1.

Nec pro Accurſio facit regula iuris, *Expreſ-* 98
ſa nocent, non expreſſa non nocent; non enim ne-
gat

gat Donellus non expreſſa non nocere, ſed paciſcenti prodeſſe inficiatur, ne proprius dolus ipſi opituletur. *l. 1. § ideoq; ff de doli mali & met. exceptio.* cum alijs à nobis *ſuperius num.* 70. congeſtis.

99 Donellus verò *vbi ſuprà colum. 3. verſic. ſed meminerimus*, vt Pauli verba explicet, fatetur, conuentionem illam, *ne creditor depoſiti agat*, vtilem eſſe, ob eam tamen liberationem à dolo non contingere. Quod ipſe probari ait ex vi & poteſtate verbi, *videtur*, illi deciſioni adiecto. Paulus enim ſecundum eum, pactione, *ne depoſiti agat*, vi ipſa quem pactum videri, *ne de dolo agat*, & pactum prodeſſe voluit, non quia dolus etiam incidenter remitti potuerit, hoc enim verbo *videtur*, ex Do-
100 nello conſultus negar, cum improprietatem denotet *l. 1. § deieciſſe. ff de vi, & vi arma l. oſſa. 8. in fine. ff. de relig. & ſumptib funer.* vbi Accurſ. & ſcribentes alia iura meminerunt, ſed quia ex remiſſione actionis principalis, quæ vtilis eſt, idem vi ipſa videbatur dicendum in acceſſoria, *ne dolus præſtetur*, quaſi hanc dubitandi rationem aduerſus primam reſponſi partem conſultus adferat.

101 In nulla enim generali, ſiue mauis vniuerſali pactione doli futuri remiſſio contenta prodeſt. *l. tres fratres 36. ff. de pact l. qui cum tutoribus. 9. §. qui per fallaciam. ff. de tranſactionibus l. 14. titul. 18 part. 3. l 30. tit. 11. part 5.* Itaque Donellus ait, proderit tibi pactio hæc, *ne depoſiti agam*, non tamen fraudanti ex ea dolus remittetur.

102 Cui ſententiæ non videtur obeſſe, quod contra eam Donellus conſiderat, pactionem illam, *ne depoſiti agam*, etiam inutilem videri, cùm ſolus dolus in ipſius actione præſtetur, nam vltra ea, quæ ipſe reſpondet, ſatis notum manet *ex ſupra traditis*, in depoſito latam quoque culpam coërceri, quæ tacitè vel expreſsè *ex adnotatis ſuprà numero* 90. remitti poteſt.

103 Hæc tamen ſingularis Donelli ſententia mihi non probatur, quippe quæ vel in ipſa verborum conſtructione conſulti litteram perturbat, ac difficilem reddit. Quid enim obſecro, ſecunda periodus prodeſſet, ſi nihil in ea noui contineretur? aut quo pacto aduerſatiuæ dictionis, *quamuis*, proprietas oſtẽderetur, ſi nihil aduerſum poſt eam ſtatutum fuiſſet? Certè pactio illa contra id, quod cõſultus exprimit, nihil prodeſſet, relatiuum enim *quod*, ad vltimam orationem refertur: hoc enim principaliter *in eo textu* dubitatum eſt, cum iam *in eo* velut notum *ſuprà* deciſum fuiſſet, conuentionem, *ne dolus præſtetur*, iniquam eſſe, idq́ue licet non ita explicitè ſenſit Connan. *lib. commentarior. Iur. ciuil. 5. c. 5. nu. 4. ad med.*

Quamobrem Bald. *in dicto § illud nulla. n.* 104
8. ex eo, inquit, pactio, *ne depoſiti agam*, vtilis eſt, *& ne dolus præſtetur*, vi ipſa prodeſt, quia extincta principali actione, nihil amplius ex ea peti poteſt, ſiue culpa, ſiue dolo debitoris res pereat, vel deterior fiat. Quod nec bonis moribus, nec legum decretis repugnat, vnuſquiſque enim competentem ſibi actionem cedere, vel remittere poteſt. *l. ſi quis in conſcribendo. 29. cum complicib. C. de pact.*

Cui Baldi ſententiæ ſe ſubſcribit Connan. 105
vbi ſuprà, adijcit tamen eum, qui ſe depoſiti non acturum pollicetur, rem depoſitam vindicare poſſe, in quo nec dolus, neque culpa attenduntur: quam limitationem prior expreſſerat Bald. *proximè* adductus.

Quæ ſanè opinio alijs etiam contractibus 106
communis eſt, à quibus omnibus mala fides abeſſe debet. *c. bona fides. 1. de depoſito. §. actionum. Inſtitut. de actionib. l. in commodato. 17. cum mille ſimilib. ff commodati.* diximus *in l. contractus. 24. num. 267 ff. de regul. iur.*

Ex quibus patet Iulium Paulum *in d. §. illud nulla*, Iuliano *in præſenti* aduerſum non eſſe, ſed in diuerſa effigie fuiſſe locutum.

Sed in ſpecie noſtra cùm teſtator tutori 107
legat omne id in quo ratione adminiſtrationis damnatus ſit, dolum etiam remitti poſſe cenſent Dyn. Rayner. Angel. Corn. Crottus, Gozadin. & alij quos refert Couarru. *dicto lib. variar. 2. c. 14. num. 4. verſicul. cæterum aduerſus communem.*

Quibus fauet Vlpian. *in l ſi quis rationes. 10.* 108
in 2 reſponſo. ff. de liberatio. legat. quamuis contra ſentiat ipſe Couarru. & ex eo, & alijs Farinac *dicto verb. Dolus, num. 172. & 173.* forſan rutius ſaltem in foro poli, ne via ſceleribus aperiatur. Quare ni fallor deciſio *d. l. ſi quis rationes* ex hac *legis noſtra* temperanda eſt, vt damnum quod quis ex tutela ſenſerit, legari ei, & per fideicommiſſum relinqui poſſit; non, vt quod dolo ſubtraxerit conſequatur. Hiſque breuis & copioſa huius legis explicatio finitur.

Ex

Ex l. filius à patre. 28. ff. de liber. & poſthum.

S V M M A R I A.

1 *In hoc textu duo principaliter interpretes controuertunt.*

2 *Fortuita conditio quæ dicatur? & quotuplex ſit?*

3 *Poteſtatiua conditio quæ ſit? & quotuplex.*

4 *Mixtam conditionem appellat Zaſius, quæ ex mea, & alterius voluntate conſtat.*

5 *Improbatur Zaſij ſententia nullum fortunæ euentum ad mixtam conditionem deſiderantis.*

6 *Mixta non eſt, quæ ante implementum fortuita, poſt illud poteſtatiua eſt.*

7 *Mixta conditio eſt, quæ partim ex voluntate mea, partim ex euentu fortunæ pendet.*

8 *Mantica mixtam quoque appellat, quæ à mea, & alterius voluntate pendet.*

9 *Mixtæ conditiones poteſtatiuarum effectum ſortiuntur, quoties faciliter impleri poſſunt.*

10 *Huius inter conditiones diſcriminis, & materiæ locus remiſſiuè.*

11 *Accurſij expoſitio ad noſtrum textum.*

12 *Verba* quæ non erat in ipſius poteſtate, *ad fortuitam conditionem referenda ſunt.*

13 *Accurſij intellectus vim infert conſulti litteræ.*

14 *Deficiente conditione poteſtatiua filius ad hæreditatem non admittitur.*

15 *Conditio, quæ poſt mortem deficit, in vltimo quoque vitæ ſpiritu ex eadem ratione deficit.*

16 *Authoris cogitata interpretatio verba hæc poteſtatiuæ applicans conditioni.*

17 *Inducta in fauorem alicuius non debent in eius odium retorqueri.*

18 *Impugnatur authoris ſententia ex verbis,* quæ non erat in ipſius poteſtate.

19 *Inſtitutio filij ſub conditione poteſtatiua iure antiquo valebat.*

20 *Filius quomodo poſſit à patre ſub fortuita conditione inſtitui?*

21 *Aliqui verba noſtri textus mixtæ applicant conditioni.*

22 *Ex communi & vera ſententia fortuitæ conditioni adſcribuntur.*

23 *Nedum ob præteritionem, ſed & ob illius timorem teſtamentum nullum eſſe videtur.*

24 *Res in præſenti, non in futuro ſtatu conſiderantur.*

25 *Extraordinaria remedia non attenduntur, donec impetrentur.*

26 *Teſtamentum Iure Digeſtorum valet, in quo filius non præteritus, ſed inſtitutus, vel exhæredatus inuenitur.*

27 *Caſus mortis filij, tamquam aduentitius non conſideratur.*

28 *Accurſij ſententia, filium præteritum non inueniendum, rebus ſic ſtantibus intelligitur.*

29 *Inſtitutio, vel exhæredatio filij ſub duabus contrarijs conditionibus valet.*

30 *Inſtitutio non valet, quoties filius præteritus inueniri poteſt.*

31 *In primo reſponſo noſtræ legis ex Accurſ. & Bartolo exhæredatio euanuit, & quare?*

32 *Aduerſatiuæ dictionis* autem *proprietas demonſtratur.*

33 *Teſtamentum, in quo filius ſub fortuita conditione inſtituitur quibus egeat qualitatibus.*

34 *Actus ab initio nullus nec pendere, nec deſtitui dicitur.*

35 *In ſpecie legis noſtræ quare inſtitutio non valuerit?*

36 *Sarmienti expoſitio proponitur, & impugnatur.*

37 *Cohærede opus non eſſe filio ſub conditione inſtituto, & in eius defectum exhæredato, contendit Friſius.*

38 *Verſicul. hærede autem, ſuperiori reſponſo repugnat, quamuis cohæredem filio datum agnoſcamus.*

39 *Ex veriore ſententia legitimè fuit inſtitutio & exhæredatio filij facta, ſed morte illius defecit conditio.*

40 *Confirmatur prædicta ſententia, & argumentatio contraria refellitur.*

41 *Filio pendente conditione mortuo poſt eius mortem collata inſtitutio non valet.*

42 *Lex pendente conditione filio in vltimo vitæ ſpiritu fauet, vt patris teſtamentum, velut præteritus rumpat.*

43 *Noſtræ legi an & quomodo conueniat l. ſi filius hæres 16. ſuprà hoc titul.*

44 *Diſcrimen inter hæc duo iura, & ipſius effectus oſtendit Coſta.*

45 *Poteſtatiua conditio in ſpecie l. vltim. ff. de condition. inſtitution. non tam deficere dicitur, quàm omitti.*

46 *Pauli Caſtrenſis ſententia & diſtinctio proponitur.*

47. Iu-

47 Improbatur ex Iaſone Pauli diſtinctio.

48 Iaſonis ſententia verior eſt, quæ indiſtinctè atque abſolutè procedit.

49 Ad verſicul. hærede autem, octo intellectus Accurſ. & Iaſon adſerunt.

50 Albericus in eo à teſtatore caſum mortis prouiſum non eſſe voluit.

51 Proponitur ad eum communis intellectus.

52 Proprietas dictionis, autem, ex communi obſeruatur intellectu.

53 Dictio, autem, aliquando diuerſa ſupponit.

54 Communis intellectus confirmatur dictionis autem, propria natura ſeruata.

55 Friſius viuo filio cohæredem dari non poſſe, poſt mortem poſſe contendit.

56 Proponitur verus dicti verſiculi intellectus.

57 Facti ſpecies fingitur.

58 Littera diuiditur.

59 Duæ concluſiones adſignantur.

60 Filij exhæredatio pure concipienda eſt, vt nec in ea exprimi conditionem liceat, quæ tacitè inſit.

61 Conditio filij exhæredationi adiecta, ſi hæres hæreditatem adierit, tacitè ineſt.

62 Expreßio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.

63 Supradictorum iurium conciliatio remißiuè, & ingenua Caſtellionei confeßio.

64 Communis eorum iurium conciliatio.

65 Diſcrimen inter legatum, & exhæredationem quoad expreßionem conditionis, quæ ineſt.

66 Effectus dißimiles conditionis, quæ ineſt expreſſa, vel tacita qui ſint?

67 Legati effectus in aditæ hæreditatis tempus ſuſpenduntur.

68 Hæc communis ſententia à Cumano impugnatur, Cumani vero, & aliorum reijciuntur.

69 Proponitur alia prædictorum iurium interpretatio ſingularis.

70 Ratio irritandæ exhæredationis ſub expreſſa conditione quiſquis mihi hæres erit.

71 Expenduntur verba l. ſi quis Sempronium. ff. de hæredib. inſtituend.

72 Obiectioni reſpondetur.

73 Communis interpretatio ad d. l. ſi quis Sempronium, defenditur, ſuperiore exploſa.

74 Verus intellectus prædictæ legis verbis cum eo valet, ſi quis hæres extiterit.

75 Particula tamen, contrarium omnino præcedenti adſertioni ſupponit.

76 Diſcrimen inter dictiones, ſi, & cùm, iniquum redditur.

77 Differentia inter legatum, & exhæredationem.

78 Ratio conſulti in expreßione conditionis, quæ tacitè ineſt, vera ſit.

79 Tempore mortis filij tam inſtitutionis, quàm exhæredationis conditio pependit.

80 Filius ſub poteſtatiua conditione inſtitui poterat, ſub fortuita non poterat.

81 Communis Accurſij, & aliorum interpretatio ad l. Lucius. 82. ff. de condit. & demonſtrat. proponitur.

82 Cum in hominis diſpoſitione ſit probationis mentio, vera, non præſumptiua intelligitur.

83 Conditio adiecta filio à patre, ſe filium probandi probationem maiorem deſiderat.

84 Vera filiationis probatio ex parte patris impoßibilis præſumptiua facilis eſt.

85 Felini & Cumani interpretationes reijciuntur.

86 Filius ex Accurſio ita debet inſtitui, vel exhæredari, vt nullo in caſu præteritus reperiatur.

87 Filius an inſtitui ſub duabus contrarijs conditionibus poßit?

88 Teſtamentum valet, in quo filius præteritus non reperitur.

89 Filius ex die, vel poſt mortem inſtitui non poteſt.

90 Temporis certi & incerti adiectio quoad effectus dißimilis eſt.

91 Inſtitutio filij ſub incerta die valet, ſi nullo in caſu reperiatur præteritus.

92 In verſic. hærede autem, filius eſt pure in ſua legitima hæres inſtitutus.

93 An ex nouiore Iure Codicis lex noſtra, & ſimiles corrigantur? diſputatio incipit.

94 Correctas eſſe defendit Bartolus, quem multi ſequuntur.

95 L. quoniam in prioribus. 32. C. de inofficio. teſtamen. poteſtatiuam etiam conditionem à legitima repellit.

96 Legitima poſt parentis mortem integra, & à grauamine aliena filio debetur.

97 Filium alij ſuperuiuere caſui adſcribitur.

98 Dicta l. quoniam in prioribus, exponit l. omnimodo. 30. C. de inofficio. teſtament.

99 Teſtamenti fauor in controuerſis articulis præponderare ſolet.

100 Textum noſtrum, & ſimiles iure nouiori non corrigi tenuit Accurſ. quem plures alij ſequuntur.

101 Filio præterito iure codicis ſupplementum non datur.

102 Lex intelligenda eſt ſecundùm Rubricam, ſub qua ſita eſt.

103 Filij præteritione teſtamentum ſit nullum, quod ideò rumpi non poteſt.

104 In dicta l. omnimodo ſcriptum eſt, in præteritis filijs iura vetera incorrecta manere.

105 Olim à legitima patroni grauamen abeſſe debebat, & ex fortuita conditione poſſeßio contra tabulas ipſi dabatur.

106 In hac opinionum varietate Bartolus ac Decius non ſatis ſibi conſtant.

107 *Prima Bartoli ſententia comprobatur, contraria damnata.*

108 *Hodie exhæredari non poteſt filius ſine cauſa.*

109 *Aduerſa ſententiæ fundamentis reſpondetur.*

110 *Quid hodie iuris obtineat, cum filius præteritus deprehenditur.*

111 *Ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis rupto teſtamento legata, & reliqua in eo contenta conſeruantur.*

112 *Integra filio legitima relicta cohæredis inſtitutio locum habet, vt teſtantis voluntas conſeruetur.*

113 *Proponitur difficultas ex l. quod fauore. 6. & ſimilib. C. de legib.*

114 *Reſpondetur difficultati, & mens Imperatoris explicatur.*

115 *L. 11. tit 4 part. 6. deciſio defenditur.*

116 *Bartoli ſententiæ centum limitationes, & totidem ampliationes remiſſiuè.*

117 *Proponitur quæſtio an poſſit in tertia & quinta bonorum ſuorum parte filio, vel filiis grauamen legitima ipſis relicta à patre adponi?*

118 *In legitima nec quaſi in filij poteſtate conditio admittitur.*

119 *In quinta bonorum ſuorum parte procul dubio pater grauamen imponere poteſt.*

120 *Ex al. quibus tertia pars bonorum patris filiorum, non eſt legitima.*

121 *Contraria huic ſententia verior eſt, & ſequenda.*

122 *Diſtinctio Ioan Lop. Palac Rube. reijcitur.*

123 *Ob honorem præ alijs filio factum poteſt illi pater grauamen imponere.*

124 *Qua ratione poſſit filio in legitima grauamen adijci?*

125 *Pater filio aliquid ex mera liberalitate relinquens, legitimam eius grauare poteſt.*

126 *Ex filij adprobatione tacita, vel expreſſa legitima etiam reſtituenda venit.*

127 *Legitimæ fauor tantus eſt, vt iniuria fiat à patre filio, & legi, ſi eam grauet, aut minuat.*

128 *Legitimæ grauamen reijciendum eſt, etiamſi expreſſim ei filius acquieſcat.*

129 *Quod pater in vim diſpoſitionis facere nequit, neque in vim conditionis poterit.*

130 *Legitimæ renunciatio non valet, tanquam bonis moribus aduerſa, niſi iuretur.*

131 *Eodem iure cenſetur legitimæ renunciatio, aut grauamen, quo & illius imminutio, vel detractio.*

132 *Ex vniuerſali fideicommiſſo legitima deducenda eſt, niſi filius ei conſentiat.*

133 *Filius directè vel indirectè non poteſt in legitima grauari.*

134 *Ponderatur deciſio l. Seius & Augerius. 27. ff. ad leg. falcid.*

135 *Patri cùm directè legitimam filij grauare non liceat, nec vlla ei cautela licere debet.*

136 *In fideicommiſſo vniuerſali legitima non continetur.*

137 *Legitimam filius ex legis prouidentia recipit.*

138 *Legitima ex vniuerſali fideicommiſſo excipienda eſt.*

139 *Legitima non eſt hæreditas patris, ſed propria filij ſubſtantia patre mortuo.*

140 *Pater tenetur filio legitimam integram illæſámque ſeruare, quamuis eum roget, vt hæreditatem reſtituat.*

141 *Fachinei fundamenta referuntur ad probandum, legitimam etiam grauari poſſe.*

142 *Teſtator filio totam ſuam hæreditatem relinquens, eúmque grauans, vt reſtituat, iniuriam ei non facit.*

143 *Legitima reſtitutioni ſubijcienda non eſt.*

144 *Querelæ occurritur, vt, ſi filius vniuerſali fideicommiſſo non conſentiat, ſit purè in legitima inſtitutus.*

145 *Dicta l. quoniam in prioribus, procedat, quando ex querela inofficioſi reſcindi poteſt teſtamentum, non aliàs.*

146 *Reſponſio Fachinei ad d. l. Seius & Auge[…] 27. ff. ad leg falcid.*

147 *Iniqua, & iuri aduerſa patris excogitatio ex vi conditionis in fraudem filij operari non debet, quod directè non poſſet.*

148 *Iniuria filio facta detegitur, vt. ſi vniuerſali fideicommiſſo non conſentiat, ſit pure in legitima inſtitutus.*

149 *Iure Digeſtorum filio exhæredato inofficioſi querela non dabatur.*

150 *In legem committit, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem.*

151 *Legitimæ fauor maioratus fauori præponderat.*

152 *Pater cauere non poteſt, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.*

153 *Legitimæ grauamen adiectum impropriè dicitur ſuper alijs bonis, non ſuper legitima conſtitutum.*

154 *Legitima in quo à reliqua patris hæreditate differat?*

155 *Vis à patre filio infertur ex electione, vt conſentiat vniuerſali fideicommiſſo, vel legitimam purè conſequatur.*

156 *Regula*, quem honoro grauare poſſum, *quando procedat?*

157 *Fachinei ſententia non contemnenda, & quare?*

158 *Communis opinio filiorum fauorem reſpiciens præfertur.*

159 *Parentes contra naturale votum legitimam, vel bona filij lædere prohibentur.*

160 *Proponitur noua quæſtio ab interpretibus non tacta ex facto, quod euenit, deſcendens.*

161 *Ex*

161 *Ex grauaminum & conditionum reſeruatione rei integra videtur, vt liceat patri, quod ab initio liceret.*

162 *Onus fideicommiſſi hæreditati adiectum, cæteris bonis, non legitimæ adhæret.*

163 *Donatio irreuocabilis in perſona filij fit quoad tertiam & quintam bonorum patris partem in ſponſalium contractu.*

164 *Tertia & quinta parte ſibi tradita filius priuari non poteſt in defectum conditionis poſtea iniuncta.*

165 *Ex reſeruatione grauaminum ad meliorationem relata, non licet patri filij etiam legitimam grauare.*

166 *Iniuria fit à patre filio ex noua priuationis conditione in maioratus inſtitutione expreſſim non reſeruata.*

167 *Species proponitur, in qua citra controuerſiam patris captio detegitur.*

168 *Conditio priuans filium maioratu ſibi ob nuptias tradito reijcienda eſt.*

169 *Indignum eſt vt quod quis voce propria diluciè proteſtatus eſt, in eumdem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare.*

170 *Pater filio, vel filijs ad libitum tertiam & quintam bonorum ſuorum partem relinquere poteſt.*

171 *Pater nihil donans filio, quod ipſi non debeat, non poteſt eius legitimam grauare.*

172 *Legitimæ grauamen admittere filius denuo non tenetur, de quo in maioratus inſtitutione non eſt actum.*

173 *Diſcrimen inter duas ſpecies ſuperiùs propoſitas.*

174 *Fachinei ſententia in ſecunda ſpecie ob ipſius rationes ſequenda non eſt.*

TRIPHONINVS LIBRO XX.

DISPVTATIONVM.

Filius à patre, cuius in poteſtate eſt, ſub conditione, quæ non eſt in ipſius poteſtate hæres inſtitutus, & in defectum conditionis exhæredatus deceſſit pendente tunc conditione tam inſtitutionis, quàm exhæredationis. Dixi eum hæredem ab inteſtato mortuum eſſe, quia dum vixit, nec ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit. Hærede autem ſcripto ex parte filio, cohæres poſt mortem filij inſtitui poteſt.

L. filius à patre. 28. ff de liber. & poſth.

1 SVnt ſane ad huius textus verum explicandum ſenſum ita diuerſæ ſententiæ inter antiquos & modernos interpretes, vt vix veritas elucidari queat: tot eſt opinionum tenebris inuoluta. Prima quidem inter eos cõtrouerſia vertitur, de qua conditionis ſpecie Triphoninus noſter agat. Alij namque verba illius ad fortuitam, ad poteſtatiuam alij, alij verò ad mixtam referunt, teſte Ioan. Baſ. Friſ. *lib. paradoxar. diſputation. iur. 1. c. 15.*

Quam tamen ipſe diſtinctionẽ parui pendit, conditionalem filij inſtitutionem à conſultis damnatam cõtendens, quomodocumque incertus fiat conditionis euentus ex dilatione, ſuſpenſione, vel alio quolibet incertitudinis genere, quamuis poteſtatiua ſit, quam ipſe arbitrariam nuncupat.

Secundò in litem incidit, an in primo Triphonini reſponſo fuerit cohæres, vel ſubſtitutus, nec ne? Ad priorem igitur difficultatẽ enucleandam deſcendo: in qua cum triplici conditioni verba conſulti ab interpretibus accommodẽtur, ne quicquam intactũ relinquatur, opus erit de his cõditionibus breuia verba facere, vt vniuscuiuſq; natura & effectu cognitis cõſulti mẽs faciliùs percipiatur.

Fortuita conditio dicitur, quæ caſu accidit, nec hominis arbitrio relinquitur. Iſthæc vero ſubdiuiſionem recipit, altera enim in incertum euentum ponitur, puta, *ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Titius conſul factus fuerit.* Quæ cum ex caſu fortunæ pendeant, ab homine præuideri, vel tolli non poſſe probat Franciſc. Manti. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 17. n. 3.* 2

Altera ſemper certa eſt, quæ non obuenire nõ poteſt, quæ inſtitutioni adiecta hæredi nõ obeſt, ſed inſtitutio pura manet. *l. pupillus. 9. §. qui ſub cõditione. ff. de nouationib.* veluti, *Titiũ*

hæredem inſtituo, ſi lucem ſuam terris die craſtina ſol cõmunicauerit, & huic ſimiles conditiones, quarũ aliquas meminit regia *l.8.tit.4 part.6.*

De vtraque autem conditionis fortuitæ ſpecie late agunt Aretin. *conſil. 1. num.5. in fine cum duob. ſequentib.* Ioan. Baſ. Friſ. *dicto lib.1. cap. 15. col.4. ad finem, verſic. aliquando autẽ diximus.*

3 Poteſtatiua, vel arbitraria conditio proprie ſumpta eſt, quæ non ab euentu fortunæ, ſeu tertij alterius volũtate, ſed ab arbitrio dumtaxat eius dependet, cui implenda committitur, tam ſi ad tempus, quam ſi nullis adiectis limitibus eius implementum demandetur: quam poteſtatiuam propriiſſime ſumptam appellat conſultus *in l. vlti. ff. de conditionib. inſtit.* cuius occaſione idẽ videtur ſenſiſſe Accurſ. *in præſen. ſchol.1.* dum poteſtatiuã conditionem diuidit *ex dicta l. vlti.* ſed apertius in terminis idem voluit Zaſi. *in l. iuſiurandum. 1. n. 8. ff. quar. rer. actio non detur.* Manti. *de coniectur. vltimi. volunta. l.10. titul. 5. n.3.* Ioan. Baſi. Friſ. *d. c.15.* regia *l.7. titul. 4. parti 6.*

4 Mixtam conditionem appellat Zaſi. *dicto n.8.* quæ partim ex euentu, partim ex tertij arbitrio conſtat, verbi gratia inquit ipſe, *an Titius iuret, necne?* pendet enim ex euentu, vtrum is iurare velit, at vbi de ipſius voluntate conſtat, iam poteſtatiua dicitur, cum nulli incerto euentui ſit ſuppoſita.

5 Sed iſthæc, niſi fallor, mixtæ conditionis explicatio parum proficit, cum in ea nullus fortunæ caſus expectetur, vt mixta proprie dici poſſit, ſed ſola tertij voluntas, quã ad incertũ fortunæ caſũ referri, mihi non perſuadeo.

6 Nec ſane conſentiam mixtam eſſe, quæ ante implementum fortuita ſit, & poſt illud in poteſtate noſtra eſſe incipiat, maxime, ſi aliqua inueniatur vno eodẽque tempore, & caſus fortuiti, & proprij arbitrio immixtio.

7 Quamobrem eam proprie mixtam conditionem exiſtimo, quæ partim ab eius voluntate, cui conditio imponitur, partim ab euentu fortunæ pendet, verbi gratia *Inſtituo Titium apud Indos degentem ſi ad Hiſpaniam adpulerit.* licet enim in eius voluntate ſit repoſitũ veniendi factum, tamen ex euentu temporis poteſt impediri ne veniat. Quæ proprie mixta dicitur *in l. ſuus quoque. 4. § 1. ff de hæredib. inſtituend. l.9. tit. 4. parti. 6.* Salicet. *in l. ſi pater. 4. n.1. C. de inſtit. & ſubſtitutionib.*

8 Sed vltra alios Manti. *vbi ſuprà dicto num.3.* mixtam conditionem diuidit, adijciẽs ſupradictæ ſpeciem, cuius implementum ab hæredis, & alterius voluntate pendet, veluti *inſtituo hæredem Titium, ſi Seium adoptauerit.* Nã Seij adoptio nedum in Titij, verum & in Seij arbitrio conſiſtit. *l. ſi quis in teſtamento. 11. ff. de conditionib. inſtitut.* ita explicat Bart. *in l.1. n.1. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. & in l. in teſtamento. 31. verſic. ſed contra iſtud oppono, parum ante finem. ff. de condition. & demonſtrationib.*

Aduertendum tamen eſt, has mixtas condi- 9
tiones poteſtatiuarum naturam & effectum ſortiri, quoties faciliter adimpleri poſſunt. ita ſenſit Paul. Caſtrenſ. *in dicta l.1. n.7. C. de inſtitutionib & ſubſtitutionib.* veluti, *ſi Titio decẽ dederit*, de cuius conditionis natura latè Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.11. tit.17. à n.1. vſque ad 9 incluſiuè.* Franciſc. Sarmient. *lib. ſelectar. 2. c. 2. à n.11.* verbi gratia, ſi cum legatarius nõ procul abeſſet, teſtator ea lege ipſi legaſſet, *vt ad locum, in quo vita functus eſſet, accederet.*

Quas conditiones poteſtatiuas eſſe, non mixtas, ſumi poteſt argumentũ ex *l. vlt. ff. de cõditionib. inſtitution.* quã ita *in ea, & lege noſtra*, Accurſius intelligit à cæteris communi conſenſu receptus inducentibus pro hac ſententia dictã *l. ſuus quoque. 4 § puto. ff de hæredib. inſtituẽd.* ex cuius deciſione idem adnotat Mantic. *dicto lib.10. tit.5. num.3. prope finem*, Friſi. *dicto lib. paradoxar. 1. c. 15. in princip.*

Huius inter conditiones diſcriminis pro- 10
pria materia eſt *in l. vni. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollend. & in d. l. ſuus quoque*, agunt optimè Iaſ. & Cuiac. *in lege noſtra.* Iul. Clar. *lib. receptar. ſententiar. 3. §. teſtamentum, quæſt 29. in primis duobus numeris.* Hottoman. *de verbis iur. verb. conditio eſt lex pactionis, & verſic. conditionum poßibilium genera ſunt tria*, Sarmient. *d. c. 2. à n.11.* Ioan. Baſi Friſ. *repetit. c. 15.*

His ita conſtitutis ſciendum eſt, Accurſiũ 11
in præſen. ſchol.1. & in dicta l. ſi pater. 4. verb. erat. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. pro certo habuiſſe Triphonini deciſionem in poteſtatiua conditione intelligendã, quæ in vltimo vitæ ſpiritu impleri non potuit, veluti *ſi in capitoliũ adſcenderis.* Conditio enim poteſtatiua ex Accurſio duplex eſt, altera, quæ impleri nequit in vltimo vitæ ſpiritu, altera, quæ poteſt. Huius eſt exemplũ, *ſi decẽ dederit Titiũ inſtituo. l. vlt. ff. de condit. inſtitution.* Cuiac. *in præſenti.*

Obſunt huic interpretationi Triphonini 12
verba, *quæ non erat in ipſius poteſtate.* Quæ cum generalia ſint, ad omnem porro conditionẽ, quæ fortuita ſit, referri debet, nedum ad eam, quæ non fuit in poteſtate filij in vltimo vitæ articulo, cum reſtrictio hæc ex Triphonini verbis non deducatur.

Cui difficultati vt ſatisfaciat Accurſius his verbis, *quæ non erat in ipſius poteſtate*, ſupplet *in vltimo vitæ ſpiritu.* cuius ſententiam ſimpliciter veram eſſe adfirmat Bartol. *in præſen.*

Verum Iaſ. *n.10.* hunc Accurſij intellectũ 13
impugnat, ex quo ſecundum eum vis conſulti litteræ infertur, quæ omnem poteſtatiuæ conditionis ſpeciẽ remouet, *argumento l. ſi quid earum. 47 §. inter emptum. ff de legat lib. 3.*

Vnde immerito poteſtatiuam conditionẽ 14
Ti-

Triphonini reſponſo Accurſ.applicat,quæ in
extremis conſtituto filio deficit, cum imple-
ri nequeat : qua deficiente filius ad hæredita-
tem non admittitur, ſed exhæredatio locum
obtinet.*d l ſuus quoque.4.cum ſimilib. ff.de hære-
dib.inſtituend.*

15 Nec obeſt Accurſij reſponſio *verbo penden-
te*,volentis, in vltimo vitæ ſpiritu conditioné
pendere, non deficere, quia, ſi poſt mortem
deficit, idem etiam ex eadem impedimenti
ratione in vltimo agone accidit.Quod rectè
contra Accurſium conſiderat Iaſ.*in præſen.nu.
11.ex d.l.vltim ff.de conditionib.inſtitution.l.ſi filius
hæres.16.ſuprà hoc tit.*

16 Ipſe tamen inficiari non poſſum,me,ante-
quam interpretum ſcripta euoluiſſem, legis
noſtræ verba ad conditionem mere poteſta-
tiuam retuliſſe,quippe qui conſiderabam, fi-
lium ſub fortuita conditione inſtitui, vel ex-
hæredari non poſſe. *d.l.vlt.ff. de conditionib.in-
ſtitution.d.l.ſuus quoque 4. ff. de hæredib inſtituend.
l.Lucius.82.ff. de conditionib. & demonſtrationibus.*
ſed aliter, quam Accurſius Triphonini verba
interpretabar.

Fingebam filium ſub ea conditione inſti-
tutum,*ſi poſt certum tempus domũ ædificauerit, ſi-
ue aliud quodpiam fecerit, quod in ſua futurum eſſet
poteſtate.* conditio pependit ante tempus ædi-
ficio deſignatum,nec antea,quàm effluxerit,
defecit. Pendente hac conditione filius mo-
ritur,in cuius defectum fuerat exhæredatus.

Quærebatur in propoſita ſpecie, num-
quid filius patri ex teſtamento ſuccedat?cum
per eum non ſteterit, quominus impleret
conditionem,quæ nondum defecerat,an ve-
to exhæres fiat eo ipſo,quod legi ſibi iniun-
ctæ ſatisfacere nequeat.

Huic dubio reſpondiſſe Triphoninum exi-
ſtimabam, filium hunc,nec verè inſtitutum,
cum conditionem non adimpleuerit, nec
verè exhæredatum, cum conditio nuſquam
defecerit, dum in ſua non fuit poteſtate illi
parere, atque adeò præteritum iudicari, &
patri ſuo quaſi inteſtato ſucceſſiuum, cùm ſe
ptiùs pro hærede geſſerit, & hæreditati pa-
ternæ ſe immiſcuerit.

17 Quo ſenſu retento neceſſarius nõ eſſet co-
hæres,vel ſubſtitutus,vt teſtamentum ab ini-
tio valeret.*d.l.vlt.d.l ſuus quoque.d.l.Lucius*,qué
cum conſultus non exprimat, non immerito
videbatur inutile, & conſulti verbis aduerſũ
illum ſupponere,imò iniquum, vt priuilegiũ
filijs conceſſum, ne ſub fortuita conditione
paterna hęreditate priuari poſſit,cohęredum
etiam extraneorum fauore in ipſos filios re-
torqueatur contra ſanctionem *l. quod fauore.
6.C.de legib.l.nulla iuris ratio.25. ff. eod.tit. C.quod
ob gratiam.61.cum ſimilib.de reg.iur. lib.6.* Quod
vtique latiùs, & ni fallor elegantiùs, quã alij
probare nititur Ioan.Baſ.Friſi. *dicto lib.parado-
xar.iur.1.c.19. cum duob.ſequentib.*

Sed ſi difficultas hæc attentiùs inſpiciatur, 18
& altiùs conſideretur, prædictæ ſententiæ
fucus inutilis apparebit. Imprimis,nam ver-
ba, *quæ non erat in ipſius poteſtate*, manifeſtè ac-
cipienda ſunt in conditione, quæ nunquam
eſſe potuit, etſi filius viueret, in eius poteſta-
te, idq́ue apertius oſtendit verbum, *erat*,
Quaſi velit Triphoninus, nec in præſentia-
rum, cum hæreditas aditur, ſiue agnoſcitur,
neque poſtea vnquam eſſe potuiſſe in filij
poteſtate conditionis implementum, ſub
qua filius inſtitui rectè poteſt, ſi in eius deſe-
ctum exhæres fiat.*l. ſi pater.4 C.de inſtitutionib.
& ſubſtitutionib.* cuius veriſſimæ deciſionis ra-
tiones latè propoſuit Friſ. *vbi proximè dicto lib.
1.c.10.lib.3.c.16.ex verſic.caſus prioris eſt.*

Rurſus ſi ſub poteſtatiua conditione in 19
ſpecie noſtra fuiſſet filius inſtitutus,fruſtra ad
inſtitutionis valorem in defectum conditio-
nis exhæredatio adiecta eſſet. *d. l. ſuus quoque.
4.ff.de hæredibus inſtituẽd.dicta l ſi pater, cum ſimi-
lib.* ab Accurſio *vtrobique adductis*,Fabro *in d.l.
ſi pater. num.7.* vbi ſcribentes Ioan. Baſ. Friſi.
dicto lib.1.c.10.

Quod in fortuita conditione ſecus eſt:illa 20
enim inſtitutionis vires exangues facit, niſi
exhæres fiat in defectum filius, & cohæres ei
aſſignetur contra Friſi.*dicto lib.1.c.16.& 18.* ex
d.l ſi pater. Quod clariùs iudicio meo ſenſit
Vlpian. *in d.l. ſuus quoque*, licet ad id allegari
non ſoleat.*Opinamur*, inquit,*filium, ſi ſit inſti-
tutus ſub ea conditione, quæ ſit in eius poteſtate, non
egere exhæredatione à ſequentibus gradibus, alioquin
& cohærede indigebit.* Quid enim aliud ea ver-
ba,*alioquin,& cohærede indigebit*, quam, vt in-
ſtitutio valeat, neceſſariam eſſe in defectum
fortuitæ conditionis cohærede dato exhære-
dationem?

Quam ſententiã ita communiter ample-
ctũtur ſcribẽtes,vt ab Accurſio nemo ex his,
quos viderim vnquam negauerit,dempto ſo-
lo Friſio, qui aduerſus communia omnium
placita *dicto lib.paradoxar.1.c.16.*cohæredis ex-
iſtentiam neceſſariam inficiatur. Imò *in dicto
lib.1.c.18.lib.3.c 16.ex lege noſtra,verſic. hærede au-
tem ſcripto*,cohæredem dari non poſſe viuo fi-
lio enixe contendit.

Cuius mihi ſententia ſuſpecta redditur, 21
cum deciſioni *d. l. ſuus quoque*, communem
expreſſim adiuuanti non reſponderit. Nec
plane deficiente ante mortem filij conditio-
ne exhæredatio adiecta quicquam prodeſſet,
niſi cohæres, vel ſubſtitutus datus eſſet, fru-
ſtraq́; conditionis defectus expectaretur, cũ
exhæredatio effectũ ſortiri nõ poſſet. Quod
ex eodẽ Friſ.*lib.3.c.16.in princ.* prudẽter inter-
pretes cõſiderãt,&mihi probat Papin.*in l.vlt.*

verſic. nam ſuperior; *qui, ſi neminem*, inquit, *ſub-
ſtitutum haberet, legitimus patri heres exiſteret. ff.
de conditionib. inſtitution.*

22 Vnde nec defendi poteſt Bald. *in præſenti,*
& in *l. apud hoſtes. 8. num. 1. C. de ſuis, & legitim. he-
redib.* quem ſequuntur alij ex Iaſone eos refe-
rente *in textu noſtro, num. 5. & 13.* qui Tripho-
nini verba mixtæ applicat conditioni, quæ in
præciſo mortis agone impleri non potuit, vt
ſuam opinionem comprobent, inducentes
d. l. vltim ff. de conditionib. inſtitution. Eorum ta-
men intellectus ex iis, quæ contra Accurſiũ.
num. 12. ac tribus ſequentib. ſuperius adnotauimus,
in præceps ruit.

Quamobrem communior obtinet ſenten-
tia, primum Triphonini reſponſum fortuitæ
adſcribens conditioni, quam Accurſ. *in præ-
ſenti. ſchol. 1.* profert, & veriorem cenſet Barto-
lus, quem reliqui ſecuti ſunt, Coſta *in l ſi filius
heres. 16. num. vltim. ſuprà hoc titul.* Friſ. *dicto lib.
1. c. 12.* Spin. *in ſpec. teſtamentor. ſchol. 20. principal.
n. 30.* filius enim hic ſub fortuita conditione
inſtitutus, & in eius defectum exhæredatus
præteritus inueniri nulla in ſpecie poteſt.
Quod vtique ſufficere ſcribentes aiunt, ne
teſtamentum ab initio corruat teſte Ioanne
Baſ. Friſ. *dicto lib. 1. c. 10.* cum paritum ſit formę.
*l. inter cætera. 30. infrà hoc tit. l. 10. tit. 7. l. 1. titul. 8.
part. 6.*

23 Hæc interpretatio obſcura redditur ex eo,
quòd nedum ob præteritionem, ſed & ob
præteritionis timorem teſtamentum nullum
reddi videtur, argumento *l. 1. §. ſi pendeat ff. ad
Macedonian.* Quod in noſtra effigie accidit, in
qua merito futuræ præteritionis timor haberi
potuit, qui re vera euenit. Quod interpretes
fere omnes adſeruiſſe teſtis eſt Ioan. Friſi. *vbi
ſuprà, dicto lib. 3. c. 16.*

24 Huic vt difficultati concinne reſpondeã,
ſupponendum arbitror, leges, earumque la-
tores ſecundum præſentem ſtatum, non ſe-
cundum aduentitios & inopinatos caſus res
conſiderare *l. Iulianus. 6. ff. qui, & à quib. l. ple-
rumque. 106. ff. de regul. iur.* Quò fit vt rite ad
præſens conditum teſtamentum ex eo quod
poſtea euenerit, in præſentiarum irritum cẽ-
ſeri non debeat. *c. factum legitime. 63. de regul.
iur. lib. 6. l. 2. ff. de itiner. actuque priuat.*

25 Quoniam aduentitij caſus, poſteaquam
eueniunt conſiderari incipiunt, ab initio non
conſiderantur; prout in ſimili ſolemus dice-
re, extraordinaria remedia non attendi, do-
nec impetrentur. *l. 4. §. 1. ff de fideicommiſſar. li-
bertatib. l. non quocumque. 84. §. 1. ff de legat. lib. 1.*
Deci *in l. ea quæ raro 64. n. 3 & 4. ff. de regul. iur.*

26 His præmiſſis ſuperiori reſpondetur diffi-
cultati, valuiſſe ab initio *in textu noſtro* teſta-
mentum, quia tunc, pro eo ſcilicet tempore
iuris forma ſeruata eſt, ne filius vllo modo in-
ueniretur præteritus, attento præſenti vitæ fi-
lij ſtatu. Nam caſus mortis tamquam aduen- 27
titius non conſiderabatur, qui cùm contige-
rit, ab euentus tempore conſiderari cœpit, &
teſtamentum nullum eo ipſo redditur, cum
in eo pendente adhuc conditione, nondùm
impleta, vel defecta filius mortuus non inue-
niatur inſtitutus, nec exhæredatus, ſed præ-
teritus ex Barberã. *in dicta l. ſi pater. 4. n. 29. C. de
inſtitutionib. & ſubſtitutionib.*

Vnde patet Accurſij doctrinam *in dicta l. 28
ſi pater. verb. non videtur*, volentis, inſtitutionem
ita conceptam eſſe oportere, vt caſus dari ne-
queat, in quo filius reperiatur præteritus, in-
telligendum rebus ſic extantibus, vel in eo-
dem ſtatu permanentibus.

Quod idẽ obtinet, ſi filius ſub duabus cõ- 29
trarijs conditionibus ſit exhæredatus, nã li-
cet exhęredatio huiuſmodi conditionalis ſit.
l. huiuſmodi. 13. ff quando dies legati cedat. quã ex-
tollit Roman. *ſingul. 89.* & explicat Bartol. *in
l. Iulianus. 59. n. 35 ff. de condictio. indeb.* nihilomi-
nus tamen, quia in omnem euentũ filius præ-
teritus reperitur valere conſendunt *in dicta l. ſi
pater.* Paul. Caſtrenſ. *n 11.* Deci. *nu. uẽ* 11. & Ber-
beran. *n. 128.* idem ex eadẽ ratione adſeueran-
tes in inſtitutione ſub duabus cõtrarijs con-
ditionibus etiam fortuitis cõcepta, quamuis
ab inſtitutione, vel exhæredatione filij remo-
uendæ ſint. *d. l. ſuus quoque. 4. ff. de heredib. inſti-
tuend. l. Lucius. 82 ff. de conditionib. & demonſtrat.*

Cui ſententiæ ſe adſcribit Sarmient. *in l. 3.
§. pure. n. 5 ſupr. hoc tit.* contra Socin. *ibid. in fine,*
Fulgoſ Alexand. *n. 7.* Iaſ. *in d. l. ſi pater. n. 9.* Fer-
dinandum Vaſq. Menchacenſ. *de ſucceſſion.
creatio. §. 20. n. 76.*

Hinc non improprius infertur intellectus 30
ad dictam *l ſi pater. 4. C. de inſtitutionib & ſubſti-
tutionib.* vt ea Imperatoris Alexandri deciſio
procedat, quoties forma *d. l. inter cætera. 30. in-
frà hoc tit.* ſeruata non eſt, verbi gratia, ſi filius
in conditionis defectum non ſit exhæreda-
tus, vel nullus ei datus cohæres, his enim caſi-
bus filius reperitur præteritus, quod ipſemet
Imperator his verbis aperit, *nec in defectum eius
exhæredauit, iure teſtatus non videtur.*

Secunda difficultas, quæ ab interpretibus 31
noſtris latè diſcutitur, tota circa quæſtionis
illius examẽ vertitur, an fuerit in principio le-
gis noſtræ cohæres, nec ne? Et ſanè Accurſ. *in
præſenti, verb. ex teſtam.* vt ab eo incipiã, tenuit,
ob eã rationẽ teſtamentũ in ſpecie legis no-
ſtræ nõ valuiſſe, quia filius ſub cõditione ap-
parebat inſtitutus, & in eius defectum exhæ-
redatus nullo ei cohærede adſignato, ac pro-
inde exhæredationem euanuiſſe. *l. filium. 20.
§. ſed cum exhæredatio. ff. de bonorum poſſeſſio. con-
tra tabulas. l. ſi ita ſcriptum. 13. §. 1. ſuprà hoc titul.*
& quaſi filio præterito, nec in defectum
con-

conditionis ritè exhæredato ad inteſtati exitum rem deductam eſſe. Quam Accurſij ſententiam probat *hic* Bartol. & communem adſerunt Arenn. *n* 2. Iaſon *n.9. ac* 12. nec ab ea ex alijs recedit Spin. *in ſpecul. teſtamentor. ſchol.* 20. *principal. n* 30.

32 Hanc interpretationem iuuat verſicul. *herede autem* huius legis, attenta natura aduerſatiuæ dictionis *autem*, quæ ipſis aduerſa ſupponens præcedentium verborum qualitates repetit, vt in ſpecie ſcriptum reliquit Bald. *in l. omnes populi. 9. num. 72. ff. de iuſtitia & iure*, cuius ſententiam notandam adſerunt Alexand. *ibi n. 6.* Iaſon *in præſen. n* 7. Dec. *in l. 1. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. n.* 10.

Quorum opinio coadiuuatur *ex l. hoc amplius. 9. § de his autem. ff. de damno infecto. l. tranſigere. 18. C de tranſactionib. multiſq; alijs iuribus*, in quibus dictionis huius mentio fit, cuius proprietas *in lege noſtra*, inquiunt, ex eo apparet, nam in vltima periodo cohæres filio datus eſt, cui prima in hoc dumtaxat puncto aduerſa eſt. Omnia enim alia in ſecunda repetuntur addito expreſſim cohærede, quem in prima data opera Triphoninus omiſiſſe viſus eſt.

33 Verumtamen hæc Accurſij & Bartoli expoſitio falſa conuincitur. Quoniam ſi in primo reſponſo nullus fuiſſet cohæres filio in conditionis defectum adſignatus, cuius aditione poſſet confirmari exhæredatio, ab initio fuiſſet teſtamentum nullum, cum hac ſola de cauſa exhæredatio nulla ſit, *dicta l. ſi pater. 4. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* quod latius *ſuprà* conſtituit, nec vlla dubitationis cauſa fuiſſet, cum ab initio velut inutiliter exhæredatus filius præteritus cenſeretur. *l. non putauit. 8. § non quæuis. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tabul.* 34 *is*, ac fruſtra Triphoninus dixiſſet, ſilio pendente adhuc conditione mortuo teſtamentum deſtitui. quod ab initio nullum fuerat, cùm actus ab initio nullus nec pendere, nec deſtitui dicatur ex Accurſ. *in l. ſi ſeruus cõmunis ita ſtipuletur. 21. ex ea. ff. de ſtipulat. ſeruor.*

35 Nec ex eo, quod cohæres filio datus non ſit, infirma redditur inſtitutio, quam Triphoninus meminit; ſed ex alia longè diſſimili ratione ab eodem conſulto expreſſim excogitata, quia inquam *filius dum vixit, nec ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit*, cum conditio nec extiterit, nec defecerit, quinimo ſemper pependerit. Quod ſi alia fuiſſet huius deciſionis ratio, non illam conſultus omiſiſſet, prout in ſimili rectè conſiderant Socin *n.* 12. Ripa *nu.* 32. Salicet. *n.* 14. Alciat. *nu.* 3. *in l. 3. ff. de legat. lib.* 1. præ alijs Ioan. Baſi. Friſi. *dicto lib. 1. c. 10. &* 16.

36 Scio dominum Franciſcum Sarmientum *in repetitione huius legis* defendiſſe, exhęredationem valere, quamuis cohæres filio attributus non ſit, quoties res in exhæredationis terminis inhæſit, non vbi cum exhæredatione iuncta eſt inſtitutio, quaſi tunc exhæredatio inſtitutionis magis, quam propriam ſortiatur naturam. Mouetur deciſione *dictæ l. ſi pater. 4. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* in qua cohæredis mentio nulla facta fuit.

Quæ ſingularis ſententia ab effigie noſtra aliena, nec mihi probabilis viſa eſt, quamuis magna ſit doctiſſimi Sarmienti authoritas, præſertim, cum conſidero, potiſſimum illius fundamentum à verbis Imperatoris Alexan. *in dicta l ſi pater* deductum eſſe, cũ nullus præter eum ex interpretibus abneget *in lege illa*, ad hoc, vt inſtitutio, vel exhæredatio filij valeat, vltra ea, quæ Imperator ibi comminiſcitur, in conditionis defectum etiam cohærede opus eſſe, vt illius aditione confirmetur teſtamentũ, & exhæredatio in eo cõtenta valeat. Idque verba *dicta l. ſuus quoque. 4. ff. de hæredib. inſtituend. ſuperius n.* 20. relata euincunt. Igitur cohæredem hunc neceſſario datum ſubintelligi oportet, vbicumque de filij exhæredatione agitur. *argum. l. 2. ac ſimilium. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* notat Iaſ. *conſil. 35. n. 4. & 5. lib* 3.

Quamuis Ioan. Baſ. Friſ. *lib. paradoxar. t. c.* 37
16. *lib. 3. c. 16.* multis probare contendat, cohæredem opus non eſſe, ſi filius inſtitutus ſub cõditione in eius defectum exhæredetur, quod ipſe multis prubauerat *eodem lib. 3. c.* 10. quia ſecundum eum *nulla in lege* cohæredis mentio fit, oblitus, ni fallor, verborum Vlpiani *in d. l. ſuus quoque*, quæ *ſuperiùs n.* 20. retulimus, *& legis noſtra, verſic. hærede autem ſcripto.*

Nec Accurſij ſententiæ fauet hic verſicul. 38
hærede autem, qui præcedenti reſponſo poteſt eſſe omnino aduerſus, quamuis in eo cohæredẽ datum agnoſcamus ex his quæ latè adnotat *in præſenti* Iaſ. *nu.* 3. & à nobis *latiùs infrà* ad eius expoſitionem adnotandis.

Vnde Chriſtophorus Caſtellioneus prin- 39
ceps, vt ferunt, ſubtilitatum, quem ſequuntur Fulgoſ. *in d. l ſi pater. 4. num.* 5. Cuman. & Paul. Caſtrenſ. *in præſen.* vbi latè Iaſ. *n.* 13. conſtituit, in ſpecie noſtra legitimè fuiſſe exhæredationẽ factam dato cohærede, filio tamen decedente, antequã conditio vel exiſtat, vel deficiat, teſtamentũ deſtitui, & ipſum filiũ, quaſi inteſtato patri hęredem effici, ex ratione, quã Triphoninus exprimit, *quia dum vixit, nec ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit*, cum in extremo vitæ filij momento certum eſſe incipiat, non futurum amplius teſtamento locum, eo enim tempore filius præteritus deprehenditur, cum nec conditio inſtitutionis extiterit, nec exhæredatio ex aditione cohæredis poſt mortem filij poſſit confirmari.

Hinc notandum eſt iura *ſuperius* relata, &

quæcumque alia ſint, quæ filij in poteſtate ſub fortuita conditione inſtituti mentionem fecerunt, ita demum procedere, ſi viuo filio conditio extitit, vel defecit: eo enim pendente adhuc conditione mortem obeunte teſtamentum euaneſcit.

40 Sed aduerſus hanc ſubtilem & veram ſententiam primò facit, nam cum hæc fortuita conditio in vltimo vitæ ſpiritu conſtituto filio poſſit accidere, videtur, non deſtituendum in vltimo agone teſtamentum, ſed eo demum moriente, prout videtur *ex noſtro textu* colligi.

Cuius difficultatis reſolutio vt plenior habeatur, & clariùs adſertæ opinionis veritas eluceſcat, conſtituendum exiſtimo, filij fauore inductum *in ſpecie legis noſtra*, vt conditio illa non repiteretur, vltimo vitæ filij momento extiti[illegible]ta ex Paulo Caſtrenſi *in præſen. n. 3. verſic. poteſt dici.*

41 Huius rei fortiſſima ratio eſt, quoniam filio pendente adhuc conditione decedente poſt mortem eius collata inſtitutio, vel exhæredatio non valet. *l. ſuus quoque. 4. §. ſed etſi filio. ff. de hæredib. inſtituend.* ex eo enim tempore indubitatum & certum eſſe incipit, non poſſe exiſtere, aut deficere conditionem, cuius euentus fruſtra poſt mortem filij expectaretur, cùm deinceps nec valeret inſtitutio, ſi conditio exiſteret, nec exhæredatio, ſi deficeret, quia neutra poſt mortem facta valet. *d. l. ſi ita ſcriptum. 13. §. vltim. ſuprà hoc tit. d. §. ſed etſi filio.*

42 Quare niſi lex in vltimo vitæ ſpiritu filio faueret, vt paternum huiuſmodi teſtamentum ex iuritatis potentia rumperet, fruſtra poſt mortem fieret, ir[illegible]. *l. vltim. verſic. nam ſuperior ff. de conditionib. inſtitution. Nam ſuperior,* inquit Papinianus, *ſpecies conditionis admittit viuo filio nepotes ad hæreditatem, qui ſi neminem ſubſtitutum haberet, dum moritur, legitimus patri hæres exiſteret.* quem textum ſic intelligendum obſeruat Paul. Caſtrenſ. *vbi proximè.*

43 Noſtræ legi ſic intellectæ conuenit *l. ſi filius hæres 16. ſuprà hoc tit.* ſecundum Fulgoſ. *in dicta l. ſi pater. 4. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* quem ſecutus refert Alexand. *in d. l. ſi filius n. 4.* idem Alexand. *in præſen. n. 2.*

Quo in textu Africanus voluit, filium, qui ob natiuitatem poſthumi pendentem impeditus fuit paternam hæreditatem obtinere, quia eo tempore, quo is moritur, certum eſſe incipit, neminem ex eo teſtamento hæredem futurum, inteſtato patri hæredem effici. Nec æſtimat Africanus, poſſe in vltimo vitæ filij momento abortiuum edi partum, vel poſtea naſci, vt ex teſtamento filius prædictus hæres fit ob eandem æquitatis rationem à Triphonino noſtro expreſſam, *quia dum vixit, nec ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit.* Quam deciſionem poſt interpretes iam relatos ſic induxit Eman. Coſta *in l. qui duos. 9. §. cum in bello. verb. periiſſet, num. 4. verſic. & eſt argumento. ff. de reb. dub.*

Sed poteſt inter Africani & Triphonini 44
reſponſa vtilis conſtitui differentia, in illo acquiſitam fuiſſe hæreditatem filio ab inteſtato ipſo iure irrito facto teſtamento, in hoc verò non ipſo iure: teſtamentum enim non tam eſt irritum, quàm in vltimo vitæ filij momento ex cauſa præteritionis ru[illegible]tum.

Emolumentum differentiæ in eo potiſſimum conſiſtit, nam in priori caſu omnia iura teſtamenti pereunt, legata inquam, fideicommiſſa, & ſi qua ſunt alia huiuſmodi in teſtamento contenta, iuxta regulam *l. eam quam. 14. C. de fideicommiſſ. l. ſi nemo. 181. ff. de regul. iur.*

In ſecundo hæres filij, qui ab inteſtato paternam hæreditatem adeptus eſt, legata, & fideicommiſſa teſtamento adſcripta ſoluet, nam licet ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis quoad inſtitutionem irritum fiat teſtamentum, cætera tamen firma permanent. *authentic. ex cauſa. C. de liber. præterit. vel exhæredat. & in corpore vnde ſumitur. l. vltim. verſic. otro ſi decimos, tit. 8. part. 6.* Quam differentiam ſignat Coſta *in d. l. ſi filius hæres. 16. ad finem ſuprà hoc tit.*

Nec ſuperiorem reſolutionem euertit Pa- 45
pinian. *in l. vltim. ff. de conditionib. inſtitution.* vbi poteſtatiua conditio, quæ in extremis conſtituto filio impleri poteſt, poſt mortem eius videtur defeciſſe, & eo tempore, non anteà teſtamentum deſtitui. Quoniam lex illa ex Caſtrenſ. Paulo *in præſenti, n. 3. verſic. nec obſtat.* in poteſtatiua conditione procedit, quæ non tam deficere dicitur, quàm omitti, vt imputari filio rectè poſſit ei non ſatisfeciſſe.

Tunc ideò diſtinctio fit, aut conditio po- 46
teſtatiua potuit ſortiri effectum filio vltimū agente ſpiritum, vel non. Vtroque caſu teſtamentum valet, nec filij morte deſtituitur, vt ipſe ab inteſtato ſuccedat, ſed fit locus ſubſtituto: primo caſu poſt mortem, ſecundo, antequam filius moriatur. Atque ita *mihi* à Bartolo lex illa inducitur, quem athletæ ſequuntur.

Sed hanc Pauli ſolutionem multis ex cau- 47
ſis Aretin. improbat *in præſen. nu. 3. verſic. nec valet defenſio, quàm facit hic Paulus,* quas omnes ſuperat Iaſon. *num. 18.* conſideratio, conditionem etiam, *ſi nauis ex Aſia venerit*, potuiſſe quoque in vltimo vitæ filij ſpiritu impleri: ergo nec in huius fortuitæ cōditionis effigie, antequam filius moreretur teſtamentum deſtitui debuit, quia cū exhæredatio nō in inſtitutionis, ſed conditionis defectum concepta eſſet.

Digitized by Google

eſſet, moriente filio, & inſtitutione defecta res ab inteſtato eidem deuoluitur; quod conditione defecta ſecus eſſet, tunc enim *ex prænotatis* locus fieret ſubſtituto.

48 Quæ vt offendicula effugiat Iaſon ipſe optime omnium nullis quidem ambagibus propoſitis, Triphoninum noſtrum ſtatuiſſe adſerit pendente conditione, non defecta, nec exiſtente filium mortuum eſſe, ideoq́ue conſiderari opus non eſſe an extiterit, nec ne conditio in vltimo vitæ filij articulo ad probandum, vel infirmandum Caſtellionei intellectum. Nam moriente filio pendente adhuc conditione certum eſſe incipit, conditionem inſtitutionis, vel exhæredationis viuo filio impletam non fuiſſe, non item poſtmodum ſimpliciter, & abſolute impleri, vel deficere poſſe, vt perperam Accurſ. & Paulus *ſuperius* adducti volunt: quod ſane Triphoninus ſupponit, cuius mentem, ni fallor, optimè percalluit Iaſon.

Propterea non dicetur, tamquam inſtitutionis conditione defecta contraria exhæredationis extitiſſe, quia inſtitutionis conditio non defecit, quæ potuiſſet mortuo filio impleri, *nauem ſcilicet ex Aſia venire, vel Titium conſulem fieri.* Sed cum mortis tempore conditio pependerit, quæ impleri non potuit viuo filio, quia nondum ceſſit eius implendæ tempus, aut poteſtas, nec defecit, cum deinceps impleri euentu poſſit, pendente illa mortuo filio euaneſcit inſtitutio, & exhæredatio, ac ſuccedit præterito, vt *ſuprà* ſæpius repetij. Aliud enim eſt conditionem omnino defectam, aliud, & longe diuerſum, eam viuo filio non impletam: Quod vltimum in ſpecie noſtræ legis accidit, vt ſingulariter notauit Cuman. *in præſent. numer. 3.* eſtq́ue de mente Benedicti Plumbi. *in dicta l. ſi pater. 4. numer. 4. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.*

49 Reſtat, vt plena legis huius expoſitio compleatur, verſiculum *hærede autem* explicare. Ad quem Accurſ. *hic ſchol. vltim.* quatuor intellectus ſignat, qui in tres reſumuntur teſte Iaſone *num. 19. verſicul. huius timore gloſſæ*, quibus ipſe *vſque ad num. 25.* alios quatuor addit, quos latè profert ac refellit Ioan. Baſi. Friſ. *lib. paradoxar. iur. 3. cap. 16. colum. 3. ad finem verſicul. nunc poſterioris partis*, & ſciens omittam præter eos, qui Triphonini litteræ magis conueniunt.

50 Imprimis cum Alberi. *in præſenti* aliter Triphonini verba, quàm noſtrates communi ſuffragio exponunt, interpretari poſſe arbitror, vt aduerſatiuæ dictionis, *autem*, huic verſiculo adiectæ proprietas locum habeat, quæ præcedentium *ex præmiſsis ſuprà nu. 32.* qualitates repetit.

Inquit *in principio* Triphoninus filium ſub fortuita conditione dato cohærede inſtitutum, & in eius defectum exhæredatum pendente conditione mortuum patri quaſi inteſtato ſucceſſurum, ex cuius teſtamento nec inſtitutus, nec exhæredatus inuenitur.

At *in ſecundo legis membro*, his repetitis filius pro parte ſua hæres inſtitutus in reliquis bonis ſibi relictis non ſolum in conditionis defectum exhæredatur, ſed ne mortis tempore pendente adhuc conditione inueniatur præteritus, poſt mortem quoque ſuperuenientem, antequam tempus implendæ conditionis ceſſerit, non aliter, ac ſi iam defeciſſet, exhæres ſit cohærede adſignato, cui poſt filij mortem ex voluntate teſtatoris filij pars adcreſcet, vt valeat in teſtamento collata poſt mortem, quaſi in defectum conditionis exhæredatio.

Idque verum eſſe conſtat, cùm enim conſultus *in primo reſponſo* dixerit, morte filij teſtamentum deſtitui, eo quod in hunc mortis filij caſum à teſtatore prouiſum non eſſet, conſequitur *in ſequenti verſiculo* voluiſſe, expreſſione facta, vt valeat exhæredatio, etiamſi filius pendente conditione moriatur, teſtamentum valiturum Nec mirum id in filij detrimentum, & cohæredis fauorem admitti, quandoquidem ſub fortuita conditione inſtitutio valet generali iure reſiſtente, ſi in defectum eius dato cohærede filius exhæredetur fauore ſolo cohæredis attento. *l. vltim. verſicul. nam ſuperior*, in verbis *ſuperius numer. 39.* relatis. *ff. de conditionib. inſtitution.* Nam ſicut in defectum conditionis exhæredatur, poterit etiam hæreditate priuari, ſi eo viuente conditio non ſit impleta, ac ſi defeciſſet, cum in omnibus his pareatur formæ *d. l. inter cæteras 30. infrà hoc titul.*

Sed aduerſus hanc interpretationem plura excogitant interpretes alio modo hunc verſiculum intelligentes. Quod cum conditio *in principio legis* viuo filio non extitiſſet, ſi ea expectanda eſſet, filius vtique poſt mortem ſuam exhæredatus reperiretur, qua de cauſa irrita exhæredatio fieret. *l. ſi ita ſcriptum. 13. §. vltim. ſuprà hoc titul.* & conſequenter teſtamentum, & inſtitutio cohæredis non valeret ex Accurſ. *ibidem ſchol. vltim.* quem reliqui ſequuntur. 51

At *in dicto verſicul. hærede autem* conſiderat conſultus caſum, in quo cohæredis inſtitutio etiam poſt mortem filij ſubſtinetur, videlicet *cum filius pro parte ſcriptus hæres fuit*: tunc cum filius non inueniatur poſt mortem exhæredatus, ſed pure ab initio in ſua parte inſtitutus, atque adeo non conſideretur cohæredis aditio viuo filio ad confirmandam ex-

hæredationem, cùm nulla interceſſerit, nec teſtamentum corruat, in quo nunquam filius præteritus inuenitur, cohæredis inſtitutio in reliqua parte poſt mortem filij collata valet, quæ his deficientibus *in primo caſu* non valuit.

52 Quo verſiculo ſic intellecto dictio *autem*, illi adiecta præcedenti reſponſo repugnat, prout aduertunt Cuman. *in præſent. numer. penult. & vltim.* Iaſ. plures referens, *numer.* 6 latiùs *à numero* 20. *ad* 23. vbi denuo ipſe approbat, quos, & alios à ſe relatos ſequitur Anton. Pichard. *in § pure. numero* 19. *cum duob. ſequentib. Inſtitut. de hæredib. inſtituend.*

53 Nec officit ſtricta proprietas dictionis, *autem*, non enim ſemper præcedentium qualitates reperit, ſed longe aliquando diuerſa ſupponit ſecundum Iaſon. *hic numer.* 23 *ex l. vltim. ff. de ſer l. plane.* 34. § *quod ſi rem. ff. de legat. lib.* 1. maxime *in lege noſtra.* vt ſatisfieri poſſit. *d. l. ſi ita ſcriptum.* 13. *§. vlti. ſuprà hoc titul.*

54 Quòd ſi adhuc inſtes, præfatæ dictionis, *autem*, ſtrictam proprietatem ſeruandam eſſe, prioris reſponſi qualitatibus repetitis, vt communis interpretatio clarior fiat, hunc verſiculum intelligam conſtituens filium in dimidia bonorum patris parte, vel ſaltem in legitima pure, in reliqua ſub fortuita conditione, velut extraneum dato cohærede inſtitutum: id enim præſeferunt conſulti verba *hærede autem ſcripto ex parte filio*, eo enim hac in ſpecie mortuo conditionis euentus expectabitur, qua deficiente cohæredis inſtitutio procedet, nec oberit *d. l. ſi ita ſcriptum §. vltim.* quæ in filio prorſus exhæredato, non in hærede filio ex parte ſcripto loquitur. Impleta vero conditione ex potentia ſuitatis filius ea pendente mortuus partem hanc nondum etiam aditam ad hæredes ſuos ex Alberico, Alexandro, & alijs ferme omnibus interpretibus *in præſenti* tranſmittet.

55 Verumtamen aduerſus recepta interpretum placita *ex hoc verſic. hærede autem* contendit Ioan. Baſi Friſ. *lib. paradoxar.* 1. *c.* 18. cohæredem viuo filio dari non poſſe, poſt mortem poſſe.

56 Cuius opinio ſingularis deciſioni *d. l. ſi ita ſcriptum §. vltim* & Triphonini noſtri menti aduerſa eſt, qui cum *in primo reſponſo* filiũ ſub conditione inſtitutum, & in eius defectum dato cohęrede exhæredatum pendente conditione mortuum patri ſuo velut inteſtato ſucceſſurum adſerat, cum eo tempore præteritus inueniatur; *in ſecũdo* proponit ſpeciem, in qua filius pro parte ſua hæres purè inſtitutus, in reliquis bonis tam in defectum conditionis, quàm ea pendente mortuus, ſi poſtea defeciſſet, exhæres dato cohærede factus eſt.

Facti ſpecies, vt ex veriore reſolutione *ſuperius* electa fingi valeat, neceſſario diuidenda eſt, cum duos diſtinctos caſus lex noſtra complectatur. Ad primum fictio eſt huiuſmodi. 57

Petrus filium Ioannem habens teſtamentum condidit, in quo filium inſtituit, ſub conditione, ſi *nauis ex Aſia venerit*, & in defectum eius illum hæreditate priuauit, Seio cohærede dato. Pendente conditione filius vltimum vitæ diem clauſit.

Quæſitum eſt à Triphonino, num inſtitutio, vel exhæredatio teſtamento contenta valuiſſet? Reſpondit, filium hunc pendente conditione mortuum patri velut inteſtato ſucceſſurum ex vi præteritionis, quæ mortis tempore detecta eſt, *quia dum vixit, nec ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit*, cùm tam inſtitutionis, quam exhæredationis conditio pependerit.

Secundi reſponſi effigies eſt: Petrus filium ſuum Ioannem pro parte, vel ſaltim legitima ſua pure, in reliquis bonis ſub fortuita conditione hæredem inſtituit, eumque in defectum illius Caio cohærede dato bonis hiſce priuauit. Quæſitum eſt quid iuris mortuo pendente conditione filio: Reſpondit Triphoninus euentum conditionis expectandum, vt ea deficiente ſuccedat cohæres, adueniente verò ex potentia ſuitatis filius bona hæc ad hæredes tranſmittat.

Diuiditur huius legis littera in duas partes principales, quarum quælibet quæſiti dubij reſolutionem continet. Prima *in princip.* eſt. Secunda *in verſicul. hærede autem.* Prima vero in tria membra ſubdiuiditur. In primo conſultus propoſitum ſibi factum narrat. In ſecundo ſuum adijcit reſponſum. In tertio veram ſententiæ ſuæ rationem edocet. Primum eſt *in princip.* Secundum, *ibi dixi eum hæredem.* Tertium *ibi, quia dum vixit.* cuius deciſionis materia vt rectius diſputari valeat, duæ breuiſſimæ concluſiones elicientur. 58

I. CON-

I. CONCLVSIO.

59 *Filius ſub fortuita conditione dato cohærede inſtitutus, & in eius defectum exhæredatus, pendente conditione mortuus, velut præteritus ab inteſtato ſuccedit.*

II. CONCLVSIO.

Filio pro parte ſua pure inſtituto, cohæres poſt mortem filij in reliquis bonis inſtitui poteſt.

60 Pro dubitandi ratione contra primam concluſionem facit, filij exhæredationem pure fieri oportere. *l.3. § pure ſuprà hoc titul. l.3. titul. 7. parti. 6.* Idque interpretes concordi ſuffragio in ea etiam conditione, quæ tacite ineſt, verum intelligunt, vt expreſſa exhæredationem vitiet. inducunt pro ſua ſententia *dictam l.3. § filius inter medias, verſicul. quemadmodum*, vbi Vlpianus ita conceptam exhæredationem, *quiſquis mihi heres erit filius exheres eſto*, vitioſam dicit. Cuius deciſionis rationem putant, quoniam exhæredatio hæc conditionalis eſt, quæ hac de cauſa *in dicto §. pure* non admittitur: cum ea tamen conditio, *ſi heres hereditatem adierit*, exhæredationi
61 tacite inſit, quæ aliter ſubſiſtere non poteſt. *l. filium. 20. §. ſed cum exheredatio. ff. de bonor. poſſeſſio. contra tabulas. l. Papinianus. 8. § ſi conditioni, verſicul. quoniam. ff. de inofficio. teſtam. l. ſi exheredatus. 10. ff. ad ſenatus conſult. Sillanian. l. ſi patronus. 12. § ex teſtamento. ff. de bon. libertor.*

62 Huic tamen adſertæ ſententiæ grauis tunc obuiat difficultas, expreſſionem ſcilicet illorum, quæ tacite inſunt, nihil prorſus operari. *l.3. ff. de legat. lib.1. l. muto. 6. §. ſi ſub conditione. ff de tutel. l. non recte. 2. C. de fideiuſſorib. c. ſignificaſti. 4.* vbi Bernard. *ſchol. 2. de electio. cum ſimilib.* Quapropter ea conditio, *quiſquis mihi heres erit*, legato adiecta illud conditionale reddere non videtur. *d. l.3. cum ſimilib.*

63 In cuius difficultatis explicatione plura ſcribentes cumulant, tam *in dicto §. filius inter medias*, quam *in d. l.3.* vt conſtat ex multis conciliationibus, quas congerit Barberan. *in dicta l. ſi pater. 4. à num. 231. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.*

Nec miror parum, principem ſubtilitatum Caſtellionenum nunquam horum iurium intellectum adſecutum eſſe, vt ipſe de ſe ingenue fatetur *in dicta l.3.* cuius veſtigia ſecutus Barberanus *vbi ſuprà*, poſt tot relatas ſententias iudicium ſuum non audet interponere. vnde patet ſumma huius litis difficultas.

In qua frequentius recepta eſt conciliatio, quam poſt Accurſium *in l. ſi quis Sempronium. 68. ſchol. vltim. ff. de heredib. inſtituend.* tenuit Bartol. *in d. l.3. numer. 3 & in d. §. filius inter medias, num. 6.* eamque fere omnes probant, & alia quacunque meliorem eſſe teſtis eſt Iaſ. *in dicta l.3. num. 34.* vbi communem dicit Socin. *num. 11. in fine*, Ripa *num. 32.* Vincent. Herculan. *colum 3.* à qua non diſſentit Alciat. *ibidem nu. 14.* & receptiſſimam eſſe defendit Ferdinand. Vaſq. Menchacenſ. *de ſucceſſion. creatio. lib. 2. § 20. n. 81.* 64

Inquiunt præfati authores, ideo *in dicto §. filius* expreſſione conditionis, *quiſquis mihi heres erit*, conditionalem exhæredationem effici, alio enim modo ea exprimitur conditio, quam quo inerat: ineſt enim ad conſeruandam iam inductam exhæredationem, exprimitur vero ad eam inducendam ita, vt antequam hæreditas adeatur, filius exhæres non ſit.

Hæc igitur inter legatum, & exhæredationem diſcriminis ratio reperta fuit, ne illud hac conditione *quiſquis mihi heres erit* expreſſa conditionale fiat, cum ſit ſecus in exhæredatione, ſi prædicta conditio exprimatur *ex ratione ſuprà tradita.* 65

Cuius argumenti vis augetur, nam vbi pure exhæredatio concipitur, & ea ineſt conditio, antequam hæreditas adeatur, plures effectus ſortitur, vt ſcilicet ex illa ſit abrupta dominij in filium continuatio, de qua *in l. in ſuis. 11. ſuprà hoc titul. l. 21. titul. 3 parti. 6.* quarum materiam, & intellectum late diſcutit Ari. Pinel. *2 parte Rubri. C. de bon. matern. num. 17. & 18.* & excluſus filius hæredem ab adeunda hæreditate arcere nequeat. 66

Qui omnes effectus cum ea conditione expreſſa in aditæ hæreditatis tempus ſuſpenduntur, recte conditio expreſſa exhæredationem conditionalem reddit, qua tamen tacita pura maneret.

In legato autem longe diuerſa conſtituitur ratio, cuius effectus omnes, etiamſi non ſit expreſſa conditio, in tempus aditæ hæreditatis ſuſpenduntur *dicta l. 3. ff. de legat. lib. 1.* 67

Verùm hæc communis ſententia videtur improba reddi ex pluribus rationibus, quas breuiter tetigit Raphael Cuman. *in d. l.3. n.4.* quibus *infrà* reſpondebimus. 68

Diſplicet item mihi alia ipſius Cumani opinio ex ijs, quæ aduerſus illam conſiderarunt Socin. *numer. 12.* Ripa *nu. 32.* Sadolet. 14. & Alciat. 13. *in dicta l.3. ff. de legat. lib. 1.* nec non alia

exhæredatione fuiſſe, nam contrarium verius eſt, quaſi conſultus dixerit, licet exhæredatio valeat cum eo, ſcilicèt ſubintellecto, vt hæres exiſtat, ſecus tamen eſt, vbi hæc pro conditione exprimitur: huiuſmodi enim expreſſio conditionalem exhæredationem reddit.

75 Quæ interpretatio ex particula, *tamen ibi* adducta fortius firmatur, quæ omnino contrarium præcedenti orationi ſupponit. *l. quid tamen. 21. ff de arbitr. l. ita tamen. 27. in princip. ff. ad Trebellian.* Bartol *in ſpecie in l. vnica. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperauerit.* Alberic. *in dictionar. litte. T. dictio. & tamen*, & *ibi* eius additio, Iaſ. *in l. poſſideri. 3. § ex contrario. num. 4. ff. de acquiren. poſſeſſio.* cum itaque in ſecunda oratione de conditione expreſſa conſultus agat, neceſſario concedendum eſt, in prima de tacita locutum.

76 Differentia inter primam, & ſecundam propoſitionem ex dictionibus, *Si*, &, *cum*, nulla iudicio meo recta conſtitui poteſt, cùm vtraque in propoſita ſpecie idem ſignificet. Quid enim aliud obſecro eſt dicere, *ſi hæres erit*, vel, *cum hæres erit*, cum vtroque modo in euentum aditæ hæreditatis exhæredatio differatur?

77 Idcirco iterum, atque iterum fatebor, ſupradictam Accurſij ſententiam mihi ſemper præ alijs omnibus placuiſſe, ac differentiam inter legatum, & exhæredationem ab eo conſideratam æquiſſimam viſam eſſe, quam iuuant verba illa *d. l. ſi quis Sempronium. 68. ff. de hæredib. inſt tuend. ſuprà num. 72.* recitata, *quædam enim ſi in teſtamentis & cætera*, ceu dicat Pomponius, non omnia, ſed exhæredatio, inſtitutio, & ſi qua ſunt alia eiuſmodi poſſint, ſi verbis tegantur: at è conuerſo conditione, quæ ineſt, expreſſa irritæ cenſeantur.

78 Neque Accurſij ſententiæ officit ratio conſulti quam, *ſupra* exactius perpendimus, *quia poſt aditam hæreditatem voluit cū ſubmotum, quod eſt impoſsibile*: ea enim admiſſa ratio conſulti optime adnectitur. Ideo non valet exhæredatio ijs verbis expreſſis, *quiſquis mihi hæres erit*, quia conditionalis eſt: quare autem conditio, quæ tacite ineſt, expreſſa exhæredationem vitiat? quia exhæredatio in adeundæ hæreditatis tempus differtur, & per conſequens *teſtator poſt aditam hæreditatem filium ſubmotum voluit, quod eſt impoſsibile*, ob conditionem ſcilicet exhæredationis expreſſe adiectam, quæ ipſius effectum impedit. *d. l. 3 § pure cum ſimil. ſuperius adductis ſuprà hoc tit.* Ex quibus euertuntur, ni fallor, Raphael. Cumani, & aliorum interpretum confutationes in Accurſium, qui ſuas his conciliandis rationibus ſententias adſcripſere.

Vnde ſaltem conſtat exhæredationem ſub conditione conceptam irritam eſſe contra Triphonini noſtri deciſionem, qui pependiſſe ait tempore mortis filij tam inſtitutionis, quam exhæredationis conditionem. Igitur nec inſtitutio, nec exhæredatio valuiſſe videtur, hæc ex *d. l. 3. § pure ſuprà hoc titul.* illa, 79

nam, licet poſſit filius ſub conditione inſtitui, cuius implementum in eius poteſtate ſit, dicta *l. ſuus quoque. 4. ff de hæredib. inſtituend. l. vltim. ff. de conditionib. inſtitution.* ſi tamen conditio adiecta ex filij arbitrio non pendeat, vitioſa inſtitutio redditur. *l. Lucius. 83. ff. de conditionib. & demonſtrat.* vbi Paulus in hæc verba, *Lucius Titius ita teſtamentum fecit: Claudius natus ex illa muliere, ſi filium meū iudici ſe eſſe probauerit, hæres mihi eſto Paulus reſpondit, filium, de quo quæritur, non ſub ea conditione inſtitutum videri, quæ in poteſtate eius eſſet, & ideo teſtamentum nullius eſſe momenti.* Hactenus Iulius Paulus, cuius deciſioni ſcribentes plures expoſitiones accommodant. 80

Primam ſignat Accurſ. *in l. quia ſemper. 5. ff. de ius vocando*, idem *in dicta l. Lucius, ſchol. vltimo. vbi* Bartol. idem Bartol. *in l. 1. numer. 2. ff. quor. bonor.* Bald. *in l. filium. 6. ff de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur.* Panormitan. *in c. ſeries 26. num. 2 extra. de teſtib* Hippolyt. Marſil. *in Rubri c. de probationib. num. 9.* Beroi. *in Rubri. extra eod. titul. num. 54.* Paul. Pariſ. *conſil. 10. num. 30. lib. 2.* dicit communem Decius *in c. in præſentia. 8. titul. n. 77. de probationib.* & plures alij, quos referunt ſecun Iacob. Menoch. *lib. de arbitrar. 2. centur. 1. caſu 89 num. 10. & 11.* Maſcard *de probationib. lib. 2. concl. 787. nu. 3. ac deinceps.* 81

Quorum omnium concors eſt ſententia, filij inſtitutionem in ſpecie *dicta l. Lucius* ex eo non valuiſſe, quoniam teſtator inſtitutioni non ſolum difficilem, ſed prorſus impoſſibilem conditionem adiecit, vt ſcilicet Aurelius Claudius iudici ſe filium teſtatoris eſſe probaret, cum vera huiuſmodi probatio ex parte patris elucidari nequeat, vt præadducti adſerunt. & præ omnibus Menoch. *vbi ſuprà nu. 6. ex ijs Homeri verſibus*

Ex illo natum mater me dicit: at ipſe
Neſcio, nam certum quis poſsit ferre parentem?

Probatur prædicta ſententia, nam vbi in 82
diſpoſitione hominis fit probationis mentio, de vera ſemper, non præſumptiua intelligitur, vt tenuere Bartol. & Alberic. *in d. l. Lucius*, quorum doctrinam ſummopere extollit Iaſ. *in l. at prætor. 5. § ſi iudex. nu. 33.* & *ibi* Franciſc. Ripa *à num. 10. ff. de re iudica.* & hoc modo accipienda eſt Alexandri ſententia *l. licet Imperator. 74. num. 4. ff de legat. lib. 1.* probationi, vt eius verbis vtar, ex vi conditionis vera,

vera non præſumptiua probatione ſatisfactum videri. quam Alexandri ſententiam ſequitur Decius *conſil.* 11. *n.* 14. Sebaſtian. Sapia *in l. de ætate.* 43. *n.* 24. *ff. de minorib.*

83 Iuuatur inſuper hic intellectus, nã teſtator in ſpecie *d. l. Lucius*, cum ſciuet Claudium in quaſi poſſeſſione filiationis apud ſe extitiſſe, quæ ſufficit, vt is filius reputetur. *d. l. filium eum diffinimus.* 6. *ff. de his qui ſunt ſui. vel alie. iur. l. ſi vicinis.* 9. *C. de nupt. proœm. titul.* 7. *parti.* 2. *l.* 7. *in fi. titul.* 2. *l.* 1. *titul.* 13. *parti.* 4. Gregor. *in l.* 1. *ſchol.* 5. *titul.* 14. *parti.* 2. Maran *in l. u poteſt.* 18. *num.* 330. *cum quinque ſequentib. ff. de acquiren. hæredita.* eum inſtituit ſub conditione, vt filium ſe iudici probaret aliter quidem, quam ſibi probatus eſſet. *l. ſi iam facta.* 11. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* Cuman. *in dicta l. Lucius*, quem ſequitur Crot. *in l. ſi tendum.* 30. *numer.* 12. *ff. de verbor. obligationib.* Andre Alciat. *de præſumptionib.* 3 *parte in princip. num.* 4. Emanuel Coſta *in l. Gallus.* 29. §. *& quid ſi tantum.* 5. *parte n.* 4. *infrà hoc titul.*

84 Quænam igitur poterit *in eo textu* difficilis. vel potius impoſſibilis conſiderari conditio? niſi de vera ſit probatione intelligendus: cum præſumptiua facilis habeatur ex Baldo *in d. l.* 1. *C. quor. bonor & in l ſi pater.* 4. *nu.* 10. *C. de inſtitutionib. & ſubſtitution.* cuius probandæ modos & coniectutas ex alijs latè & accuratè deſcribit Mascard *de probationib. lib.* 2. *concluſ.* 788. *cum ſequentib. vſque ad* 799.

85 Vnde corruit expoſitio Felini *in dicta Rubri extra de probationib. num.* 3. volentis dictam *l. Lucius* in præſumptiua probatione procedere. Alia item Cumani *vbi proxime*, & aliorum, qui dixerant, legem illã de vehementioribus coniecturis agere, quam ijs quibus Lucio Titio probatus eſſet filius Aurelius Claudius. Quæ omnis ad eam diuinationes videntur, in qua impropriè diceretur in filij poteſtate non eſſe probatio filiationis præſumptiua. Apparet igitur *ex præmiſſis*, legis noſtræ deciſionem præfata *l. Lucius.* 82. *ff. de condition. & demonſtrationib.* dubiam reddi, in qua Iulius Paulus inſtitutionem ſub conditione, quæ in filij poteſtate non eſt, non valituram cenſuit.

86 Quibus difficultatibus reſponſio facilis eſſe poteſt, & vtriuſque vno ictu commoda habebitur ſolutio Accurſij admiſſa ſententia *in dicta l. ſi pater.* 4. *verb. videtur. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* filium ſcilicet ita debere inſtitui, vel exhæredari, vt nullo in caſu poſſit præteritus reperiri, ſitq; in omnẽ euentum partiũ formę. *l. inter cætera.* 30. *ſuprà hoc tit.* Ideo ſane *in d. l.* 3. *pure, ſuprà eod.* non admittitur ſub conditione exhęredatio, quia ea pendente filius nondum inſtitutus, vel exhæredatus eſt, qua de cauſa vt præteritus exhæredationem irritam reddit, & quaſi inteſtato patri ſuccedit.

Nec aliam ob cauſam Iulius Paulus adſerit *in dicta l. Lucius*, conditione, filio adſcripta, *ſi ſe filium probauerit*, inſtitutionem irritam reddi, quia conditio hæc difficilis eſt, ac filij poteſtatem excedit. *d. l. ſuus quoque.* 4. *cum ſimilib. ſuperius congeſtis. ff. de hæred. inſtituend.* Secus vbi præteritionis periculum eſſe non poſſet, veluti, ſi filius ſub fortuita condinone inſtituatur, & in eius defectum dato cohærede exhæres fiat, vt tunc iure pater teſtatus videatur. *d. l. ſi pater.* 4. *C. de inſtitutionib. & ſubſtitution.* Quam Accurſij ſententiam ſecutus eſt Bartol. *in dicta l. ſi pater, num.* 1. eſtque recepta communiter ex Iaſ. *ibi nu* 8 & Barbetan. *n.* 4.

87 Sed hanc quoque veriſſimam opinionem poſteriores improbarunt ex eo moti, nam, ſi hæc Accurſij ratio vera eſſet, deberet vtique valere inſtitutio ſub contrarijs duabus conditionibus concepta, in qua nullo caſu filius præteritus inuenitur: hanc tamen inſtitutionem ſubſtineri non poſſe aiunt *ex l. huiuſmodi.* 13. *ff. quando dies lega. cedat*, vbi ſub duabus contrarijs condinonibus legatum relictum, etiam ſi conſtet, alteram neceſſario extituram, à legatario tamen vtraque pendente non tranſmittitur. quem textum extollit Roman. *ſingular.* 89.

Quo argumento Accurſij ſententiam reijciendam putat Fulgoſ. *in d. l. ſi pater. numer.* 5. Cuman. *in d. l. ſuus quoque, n.* 1. quos ſecuti ſunt Alexand. *in d. l. ſi pater. num.* 6. Iaſ. *n.* 9. Socin. *in d.* §. *pure in fine*, Menchacen. *de ſucceſsio. creatio.* §. 20. *n.* 76.

Verùmtamen argumentum iſtud tanti faciendum non eſt, vt poſſit Accurſij ratio diſſuaderi. Verius enim & tutius exiſtimo, filium ſub duabus contrarijs conditionibus etiam fortuitis inſtitui poſſe, cum nullo caſu repetiatur præteritus, vel enim deficit conditio, & valet inſtitutio, vel cedit, & eumdem effectum ſortitur. Quam ſententiam præter ſupra relatos Accurſio conſentientes tenuerunt conſtanter Paul. Caſtrenſ. *in d. l. ſi pater. num.* 11. Decius *num.* 11. & 12. Barberan. *ex num.* 128. Quòd ſi vtraque pendente filius moriatur, velut præteritus ab inteſtato ſuccedat *ex lege noſtra*, cui in hac ſpecie *dicta l huiuſmodi* conſonat.

88 Non obeſt Accurſij expoſitioni Cumani & aliorum inductio ad dictam *l. huiuſmodi*, qui ex eo Accurſium impugnant, quòd in illius ſpecie tempore mortis potuit filius inueniri præteritus, nam licet ſub conditione filius inſtituatur, ſi tamen in omnem euentum ita proſpectum ſit, rebus ſic extantibus morte, vel alio inopinato caſu non perturbatis, vt inſtitutus filius nullo in caſu poſſit reperiri

periti

petiri præteritus, valet procul dubio teſtamentum *ex lege noſtra. d. l. ſi pater. cum ſimilib. ſuperius enunciatis.*

Sed adhuc non plene reſpondetur tortæ ex *l. 3. §. pure, ſuprà hoc tit. l. Lucius Titius difficultati 82. ff. de conditionib. & demonſtrat.* quibus probatur, ſub fortuita cõditione filium inſtitui non poſſe, cum tacite ſubintelligatur in eius defectum exhæredatio facta, & cohæredi, vel ſubſtituto locus vacare, atque adeo filius prętęritus inueniri non poſſe videatur.

Cui meliùs ac verius, quam cæteri, ſatisfecit Ioan. Baſi Friſi *lib. paradoxar. 1. cap.* 10. expreſſam in conditionis defectum exhæredationem plus tacita prodeſſe, illam ſiquidem lex adprobat, hanc, quæ neceſſario ex inſtitutione ſub fortuita conditione concepta infertur, inutilem iudicat.

89 Aduerſus concluſionem ſecundo loco elicitam obeſt fortiter Iuſtiniani deciſio *in §. hæres & pure, Inſtitut. de hæredib. inſtituend. l. hæreditas. 34. ff. eod. titul. l. 15. titul. 3. parti.* 6. quibus cauetur, ex dię, vel poſt mortem inſtitutionem filij factam non valere, cuius deciſionis rationem ſcripſit Duaren. *lib. 2. de iure adcreſcendi ſub. cap. 2. non procul à fine.* Conan *lib. commentar. iur. ciuil. 10. cap. 6. à numero 1.* ex alijs Pichard. *in d. §. hæres & pure, à numero 12. ad 16.*

90 Cui tamen difficultati reſpondendum arbitror, *ex dicto §. hæres & pure,* & Accurſ. *ibi ſchol. vlt.* conſtitui diſcrimen poſſe inter diei, vel temporis certi & incerti adiectionem, vt inſtitutio ex certa die non valeat. *d. § pure,* ex incerta proſit *ex legis noſtræ deciſione,* vtpote cum incertus dies pro conditione habeatur. *l. dies incertus. 74. ff. de condit. & demonſtrationib. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione.* ibi, *vel ſub incerto die. C. de caduc. tollend. l. 15. titul. 3. parti. 6.*

91 Igitur quemadmodum inſtitutio filij ſub conditione fortuita concipi poteſt, dummtamen in nullo caſu reperiatur præteritus, prout *ſuprà* latius diſputauimus, ita & ſub incerta die, vt probat Bartol. *in d. l. hæreditas. 34. numer. 34 ff. de hæredib. inſtituend.* cui fauet *l. ab omnibus. 107. §. cum quidam. ff. de legat. lib. 1.*

92 At cùm dies mortis incertus ſit. *l. 1. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* & loco conditionis cedat, *ex prædictis,* poſt mortem etiam filij cohæredis inſtitutio cum prædictis requiſitis fieri recte poteſt, maxime, vbi pars legitima nulla grauata onere filio relicta eſt, prout accidit *in verſic. hæredes autem noſtræ legis,* ex veriore interpretatione, quæ accuratius *ſuprà* diſcuſſa eſt, atque ita, licet non adeo explicite litem hanc componit Pichard. *in dicto §. hæres & pure. n. 19. 20. ac 21.*

His præhabitis quæſtio examinanda ſeſe offert, an ex nouiore Imperatoris Iuſtiniani conſtitutione in *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inofficio. teſtament.* diſpoſitiones legis noſtræ, ac ſimilium correctæ ſint, nec ne: Quam quæſtionem ab antiquis huc vſque temporibus deductam fateor, & in duas diuiſam ſententias. 93

Partem adfirmatiuam, iura hæc correcta eſſe, vt conditio quælibet quomodocumque filij inſtitutioni adiecta à legitima reijcienda ſit, atque in reliquo teſtamentum ſuſtineatur, poſt Ricard. à le tel.uum tenuere Bartol. *in dicta l. ſi pater. 4. num. 2. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* & *in d. l. ſuus quoque. 4. num. 3. ff. de hæredib. inſtituend.* quem *vtrobique* Paul. Caſtrenſ. ſequitur, Ioan. Imola *in d. l. ſuus quoque, num. 4.* & *in l. vltim. num. 10. ff. de conditionib. inſtitution.* Salicet. *in d. l. quoniam in prioribus. num.* 8. Latiſſimè Alexand. *in dicta l. ſi pater. num 9.* Iaſ. *num. 19. cum alijs,* Curti. Iun. *conſ. 148. num. 6* & pro hac opinione tres obtinuiſſe ſententias conformes teſtatur Iacobin. Sancti Georg. *in d. l. ſi pater, num. 14.* conſulentibus eligendam adſerit Matthefilan. *in tractat. de electio. verior. opinion. in princip. num. 4.* & plures alij, quos referunt Roderic. Suar. dicens communem, eamque ſecutus *in repetitione d. l. quoniam in prioribus, ampliatio. 1. à nu. 4.* Guilhelm. Benedict. *in repetitio. c. Raynutius. 16. 1. parti, verb. reliquit. num: 28. de teſtamen.* Ferdinand. Vaſq. Menchacenſ. *de ſucceſſion. creatio: lib. 1. §. 10. num. 198.* Eman Coſta *in l. Gallus. 29 §. & quid ſi tantum. 3. parte, num. 105. verſicul. ſed tamen fauorabilior eſt, infrà hoc titul.* communem dicit Petr. Dueñas *regul. 368.* Iul. Clar. *lib. 3. receptar. ſententiar. §. teſtamentum, quæſt. 39.* Ludouic. Molin. *lib. 2. de Hiſpanor. primogen. c. 1. n. 52.* Gregor. Lop. *in l. 9. verb. Valdria el teſtam. titul. 4 parti. 6.*

Pro qua ſententia facit dicta *l. quoniam in prioribus*, quæ cum poteſtatiuam etiam conditionem à legitima reijciendam ſtatuat, à fortiori voluiſſe videtur, fortuitam nuſquam eſſe admittendam, quæ propior & ſtrictior conditio eſt, quam poteſtatiua. *l. 1. §. qui ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſtamenti.* 95

Quod inſuper clarius colligitur ex verbis regiæ *l. 11. titul. 4. parti 6. in princip. l. bremente e ſin ningun agrauiamiento, e ſin ninguna condicion debe auer el fijo ſu legitima parte de los bienes de ſu padre y de ſu madre. l. 17. tit. 1. parti. 6. ad fin.* inibi: *e deben la auer libre e quita, e ſin en barge, e ſin agrauiamiento, e ſin ninguna condicion.* Quæ iura pro hac parte induxit Roderic. Suar. *dicta ampliatio. 1. numer. 10.* allegans ad idem Gregor. Lop. *in dicta. l. 11.* immen.ot ſane melioris textus *in l. 9. dicto titu. 4. parti. 6.* cuius deciſionem

pro hac ſententia ponderat *ibi* Gregor. *ſchol.*
vltim. & Coſta *d. num.*105.*ad fin. E ſi el heredero,*
inquit, *que aßi era eſtablecido fueſe de los deſcen-*
dientes de aquel, que eſtableceſe, valdria el teſtamen-
to, maguer non ſe cumplieſe la condicion.

96 Dehinc pro hac ſententia interpretes ex-
preſſum, & omni ſolutione maiorem iudi-
cans textum *in l.ſcimus.*36.§.*cum autem.* C. *de*
inoffician. teſtam. teſte Roderico Suarez *dicta*
*ampliatio.*1.*num.*1. Gregor. Coſta, & alijs *ſupe-*
rius adductis, vbi, licet extraneus hæres à pa-
tre inſtitutus ſit, & rogatus, vt poſt mortem
ſuam filio ſuo hæreditatem reſtituat, pars ta-
97 men filio naturæ debita ſtatim ipſi nullo gra-
uamine obligata adiudicanda eſt, cuiuſ-
cumque temporis interuallo non obſtante,
vel hæredis extranei morte non expectata,
quæ fortuitæ conditionis vicem obtinet; fi-
lium enim ſuperuiuere caſus adſcribitur. *l.*
*hæres meus.*78 *ff de conditionib. & demonſtration.*
*l.*4.*ff quando dies legat. cedat.*

98 Tertium huic opinioni fundamentum ia-
citur, nam dicta *l quoniam in prioribus.* 32. C.*de*
inofficioſ. teſtament. inducta fuit ad expoſitio-
nem *l. omnimodo.*30. C.*eod tit.* vt ex illius tex-
tus exordio conſtat. Lex autem interpre-
tans ſecundum explicatæ termino eſt intel-
ligenda, vt *in authentic. de filijs ante dotal. inſtru-*
ment natis.§.*vlt. collatio.*3.

At dicta *l.omnimodo* nedum de teſtamen-
to, quod argui inofficioſum poteſt, ſed de il-
lo etiam, quod alio quocumque modo ſub-
uerti valeat, loquitur idque ipſius verba a-
perte oſtendunt: *De inofficioſis di ſuictorum te-*
ſtamentis, inquit Imperator, *vel alio modo ſub-*
uertendis mouere ſolebat actio, ergo dictæ *l. quo-*
niam diſpoſitio etiam in noſtra ſpecie obti-
net, vbi ex præteritionis cauſa teſtamentum
ſubuerti voluit, ex ijs maximè, quæ *infrà* latiùs
adnotanda ſunt.

99 Tandem ipſe pro hac ſententia teſtamen-
ti conſeruandi fauorem attendendum arbi-
tror, qui in controuerſis articulis præponde-
rare ſolet. *l ſi pars iudicantium.*10 *ff. de inofficioſ.*
teſtam. c. vlt. de ſen. et re. & re iudica. poſt alios Fa-
chin. *lib. controuerſ. tit.*5 c 71. *verſic. pro huius quæ-*
ſtionis deciſione notandum eſt.

100 Aduerſam verò ſententiam ingens ſcri-
bentium adprobauit copia, quorum dux eſt
Accurſ *in dicta l.ſuus quoque.*4.*verb. conſtat. ff. de*
hæredib. inſtituend. cuius authoritatem falſo
Bartolus, & ſequaces ſententiæ ſuæ adſcri-
bendam putant, prout melius aduertit Ful-
goſ. *in dicta l.ſi pater.num.*7. & Accurſium ſe-
cuti ſunt plures, quos ſpeciatim eorum veſti-
gia ſecutus refert Bartholomæus Socin. *con-*
*ſil.*97 *&* 98 *lib.*3. Bald. *in dicta l.ſi pater.num.*8.
Angel. *in dicta l.ſuus quoque. numero* 2. & *ibi*
Cuman.*numer.*6. dicit veriorem Deci. *in d. l.ſi*
pater, numero 8. & receptionem Barbetan. *in*
*præſen.numer.*281. & conſulti pro hac ſenten-
tia reſponderunt Bartol. *conſil.*13 *incip. ex facto*
propoſito. Angel. *conſil.* 117. Raphael Fulgoſ.
*conſil.*21.*incipien. ad primum de quo quæritur* Cu-
man. *conſil.*172 *incipien. Ringus* Anton. Butr.
*conſil.*57 *incipien. viſis actis.* Guido Papæ *conſil.*
93. *incipien. dubium principal. num.*2.*verſic. ſed ego*
credo, cum alijs, quos ad idem recenſet Co-
ſta *in dicto* § *& quid ſi tantum, nu* 105. *in princip.*
Roderic. Suar. *dicta ampliatio.*1.*à n.*2. Andr. Fa-
chin. *lib. controuerſiar. tit.*5.*c.*71.

Adducunt primo prædicti interpretes ad 101
ſuam ſententiam comprobandam, textum
in l. maximum vitium. 4. *verſic. & ſi ſecundum no-*
ſtra conſtitutionis tenorem, cum Accurſio *ibi verb.*
ſentiret. C *de liber. præterit.* vbi pro regula tradi-
tur; præterito ſupplementum non dari.

Cum igitur filius ſub fortuita, vel mix- 102
ta conditione inſtitui, & cohærede ei dato
in eius defectum exhæredatus, illa pendente
mortuus, præteritus inueniatur *ex lege noſtra*,
ideo deciſio *d. l. quoniam in prioribus*, ad caſum
illius, & ſimilium non extenditur, cum lex
illa ſupplementi priuilegium exhæredatis
dumtaxat filijs, non præteritis conceſſe-
rit. tum maximè, cum prædicta *l. quo-*
niam in prioribus, titulo *de inofficioſo teſtamen-*
to adhæreat. argumento vulgatiſſimi text.
*in l. Imperator.*19. *cum ibi notatis. ff. de in diem*
addiction. quandoquidem ob præteritio- 103
nem abſque inofficioſi querela teſtamen-
tum nullum ipſo iure fit. *l. Lucius.* 82. *ff. de*
conditionibus & demonſtrationibus. verb. iure te-
ſtatus non videtur, cum ſimilibus. ſuperius ſparſim
adductis, atque adeò reſcindi ex querela
non debet, quia quod nullum eſt, re-
ſcindi non poteſt. *l. nam & ſi.*5. *verſicul. &*
poſt defectum. ff. de iniuſto rupto Qua quidem
conſideratione facta à Bartoli ſententia diſ-
cedit Angel. *in d. l. maximum vitium* 4. C. *de*
liber. præterit.

Secundo pro hac opinione argumentum, 104
quo nituntur contrariæ adſertores in ipſos re-
torquetur, nam ſi dicta *l. quoniam in prioribus*,
vt ipſi volunt, in terminis *d. l.omnimodo* intel-
ligenda eſſet, ad cuius interpretationem ſe-
cundum eos facta fuit, ad filios præteritos ex-
tendi non valet, cum Imperator *in d. l. omni-*
modo, verſic. ſin vero præterierint, ſcripſerit, in præ-
teritis filijs iura vetera incorrecta manere.

Tertio & vltimo ad hanc opinionem 105
ſubſtituendam conducit text. *in l. etiam.* 3. §.
ſi patronus, verſicul. quid ergo. ff. de bon. libertor.
quem textum interpretes teſte Roderic. Sua-
rez. *vbi ſuprà in noſtra ſpecie* ſic inducendum
putãt, ſicut hodie legitima ſublato grauami-
ne

ne ſine conditione filio concedenda eſt. *d.l. quoniam in prioribus*, ſic & olim Digeſtorum iure grauamen quodcumque à legitima patroni detrahendum erat *l. cum patronus. 28. ff. de legat. lib. 2. §. ſed noſtra, Inſtitut. de ſucceſſio. libertor. authenti. de heredib. & Falcid. §. nou autem, collatio. 1.* At *in dicto verſic. quid ergo*, ſi libertus patronum ſub fortuita conditione inſtituat in legitima illi debita, non quidem remouetur ab ea huiuſmodi conditio, ſed patrono aduerſus teſtamẽtum bonorum poſſeſſio conceditur, quæ *contra tabulas* à conſultis dicitur, quod idem ſecundum eos in præterito filio ex eadem ratione debet obtinere.

106 In hac opinionum diſcordia, quænam eligenda ſit; ſatis videtur ambiguum, cùm vtraque tot ſit argumentis confirmata, vtraque communis, vtraque grauiſſimorum interpretum auctoritatibus communita: vbi nec viri peritiſſimi, quid adprobent, ſatis norunt, Bartolus enim ſibi contrarius Accurſij ſententiam proxime relatam veram eſſe conſulit *conſil. 13. à numer. 3.* nec ſibi ſatis conſtat Decius *in dicta l. ſi pater. 4. in vltimis numeris, C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* & alij ex præadductis anthoribus Bartolo adhærentibus.

107 Ego quidem quam prius retuli Bartoli ſententiam contra Accurſium, & ſequaces veriorem iudico, tum ex rationibus *ſuperius* conſideratis, quarum aliquæ iudicio meo inſuperabiles ſunt, quicquid ex aduerſo contendant, qui Bartolum impugnant, tum etiam ex regiarum legum verbis *ſuperius* enarratis, maxime *d.l. 9. titu. 4. parti. 6.* prout notat Gregor. *ibidem*, & Eman. Coſta *in dicto §. & quid ſi tantum. 3. parte, n. 105. ad ſin.*

108 Vltimò quoniam hodie patri nullatenus licet filium non expreſſa, & probata cauſa exhæredare. *l. liberi. 28. §. ſin autem. l. omnimodo. 30. C. de inofficio. teſtamen. authenti. vt cum de appellatio. cognoſcitur. §. ſiue igitur* . referuntur autem cauſæ *in §. aliud quoque capitulum, collatio. 8.* Bernard. *in c. Quintauallis, verbo exhæredaret, verſic. cauſa vero ingratitudinis, de iureiuran.* poſt alios Martianeſ. *conſil. 1. numer. 12. lib. 1. l. 4. cum tribus ſequentib. titul. 7. parti. 6* vt exhæredationis & præteritionis par cauſa ſit.

109 Cui ſententiæ non obſunt fundamẽta pro contraria parte adducta: omiſſis enim lógioribus reſponſionibus, quas Roderic. Suar. & alij adferunt, à quibus lector, ſi placuerit, mutuabitur, omnia illa inutilia eſſe duabus potiſſimum rationibus contendam.

Vel enim agimus de teſtamento, in quo filius ſub fortuita conditione inſtituitur, & in eius defectum dato cohærede exhæredatur, & procedit Iuſtiniani deciſio, legemque noſtram, & ſimiles expreſſe corrigit, ſicut Accurſius etiam, & alij conſentiunt, cũ in omnem euentum reperiatur filius aut inſtitutus adueniente conditione, quę in eius poteſtate non eſt, aut ea deficiente exhæredatus. Quæ duo, & exhæredationem, & inſtitutionem ſub conditione Iuſtinianus *in d. l. omnimodo. d. l. quoniam in prioribus*, quoad filiorum legitimam proſſus emendauit.

Aut quæritur quid iuris ſit, vbi filius præteritus reperitur? Qua in ſpecie ſubdiſtinguam, etenim ſi iure ipſo propter euidentem præteritionem in primo, vt ita dixerim, hæreditatis adeundæ, ſeu mauis agnoſcendæ, ingreſſu teſtamentum irritum ac nullum eſſet, nulla equidem antiquarum legum *ex dicta l. quoniam in prioribus*, correctio inducitur, tota ſi quidem legitima rupto teſtamento, imo & omnia paterna bona ad filium, cuius fauor apud Iuſtinianum *in his, & alijs conſtitutionibus* præcipuus habitus eſt, demptis legatis perueniunt, quæ rupto ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis teſtamento nouiore iure debentur, *authenti. ex cauſa. C. de liber. præterit.* quain ſpecie vera eſt Accurſij & ſequacium ſententia. 110 111

In caſu autem noſtri textus Bartolo libentius conſentio, cum in eo filius mortis teſtatoris tempore non inueniatur præteritus, ſed vel inſtitutus adueniente conditione, vel in eius defectum exhæredatus in cohæredis ei dati fauorem. Quare grauamen iſtud, & exhæredationis periculum ſtatim à filij legitima remouetur, nec timor, aut locus vllus præteritionis relinquitur, cum in reliquis paternis facultatibus filius extraneus iudicetur. Ad quas obtinendas iudicio meo conditionis euentus expectabitur, vt ea contingente filius ſuccedat, vel, ſi pendente conditione mortuus ſit, ex ſuitatis potentia poſt eius euentum hæreditatem hanc patris non agnitam ad hæredes tranſmittat.

Ea vero deſecta, antequam moriatur, 112
cum integra filio legis beneficio legitima tribuenda ſit, in reliquo cohæredis inſtitutio locum habeat, *argumento l. cum hæres. 72. §. vltim. ff. de acquiren. hæredita. l. liber homo. 59. §. ſi ita ſcriptum. ff. de heredib. inſtituend.* ex ea potiſſimum ratione; cum enim Imperator *in d. quoniam in prioribus*, ſolum voluerit, ne filius vllo modo legitima ſibi debita priuetur, & hic effectus conditione, ſeu grauamine à legitima remoto ſequatur, fateri opus eſt, in reliqua parte vltra filij legitimam, vltimam teſtatoris voluntatem ſeruandam eſſe. *l. ſcimus. 36. §. cum autem. C. de inofficio. teſtament.* quam ita inducit Rodericus Suar. *in dicta l. quoniam in prioribus, ampliatio. 2.* Coſta eum aliis pluribus ab vtroque relatis *in d. §. & quid ſi tantum. 3. parte, nu. 105. prope ſinem.*

De qua quæſtione latè diſſerunt Anton. Gomez. *tomo variar. 1. c. 9. n. 49. c. 11. nu. 32.* Eman. Coſta *in c. ſi pater. 1. parte, verb. eidem filio, nu. 46. de teſtament. lib. 6.*

113 Huic receptæ ſententiæ poſſit obijci regula. *l. quod fauore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 6. cum complicibus, de regul. iur. lib 6.* cum enim in filij fauorem ab Imperatore ſtatutum ſit legitimæ ſupplementum nulla obſtante conditione, ſeu grauamine exhæredato concedendum, videbatur in eius odium retorquendum non eſſe, vt, etiamſi ad præteritionis terminos res deducta ſit, filio pendente conditione mortuo bona patris integra exigere non poſſit, quaſi nullum interceſſiſſet teſtamentum, ſed ad ſupplendam legitimam dumtaxat agere, quod vtique contra Bartolum conſiderauit Fachin. *dicto lib controuerſiar. iur. 5. c. 71. verſicul. ſed mihi certe.*

114 Cui difficultati ſatisfieri poſſet, ſtatim atque teſtator moritur, rebus ſic extantibus filium præteritum non inueniri: periculum autem præteritionis non conſiderari donec eueniat *ex ſuperius adnotatis, num. 24. & 35.* cum igitur legis beneficio filio ſtatim legitima ſuppleatur, æquum eſt, vt eo pendente conditione mortuo ad reliqua patris bona conditionis euentus expectetur: Imperatoris enim conatus tam ad ſupplementum legitimæ, quam ad conſeruandas vltimas teſtantium voluntates dirigitur. Quæ quidem ſententia communi omnium ſcribentium ſuffragio recepta eſt.

115 Supradictæ canillationi ſimilis videtur illa, quæ deduci videtur ex deciſione regiæ *l. 11. titul. 4. parti. 6.* in qua fortuita conditio à reſiduis bonis paternis vltra filij legitimam reijcitur, & pura manet quoad illam etiam partem inſtitutio. Quæ quidem lex in noſtra Hiſpania ſeruanda eſt, licet illam terribilem appellet Suar. *in dicta l. quoniam in prioribus, limitatio. 2.* & iuris æquiſſimæ rationi aduerſam putet Coſta *dicto num.* 105. quam tamen ſecundum iuris terminos procedere contendunt pluribus ex cauſis Greg. *inibi ſchol. vltim.* Peralta *in l. 1. num. 12 ff. de legat. lib. 2.* Ludouic. Molin. *lib. 2. de Hiſpanor. primogen. c. 1. n. 34.*

Ex his tamen rationibus, quas ad legis regiæ iuſtificationem noſtrates conſiderant, potiſſima mihi ſemper viſa eſt, ideo in illa lege conditionis adiectionem quoad legitimam nocere filio non poſſe, quia nec ex ſummo Digeſtorum iure à principio valeret, cum in eius defectum filius exhæredatus non fuerit. *ex textu noſtro. d. l. ſi pater. 4. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* Quam conſtitutionem adprobat regia lex, filij inſtitutionem ſub conditione, quæ in eius poteſtate ſit, libenter admittens deducta prius legitima ſecundum *ſuprà* relatam Iuſtiniani ſanctionem *in dicta l. quoniam in prioribus.* Quod quidem ſumma ratione nititur ob filiorum fauorem, quibus iura ciuilia & naturalia præ alijs proſpiciunt.

116 Ex his iudicio meo conſpicuum manet, Bartoli ſententiam potiorem eſſe, quam limitant, & ampliant multipliciter plures ex præfatis interpretibus, centum enim limitationes, & totidem ampliationes enumerat Ferdinand. Vaſquius Menchacenſ. *de ſucceſſion. creatio. lib. 1. § 10. numer. 156. & numer. 406. cum plurib. ſequentibus* poſt Roderic. Suar. *in dicta l. quoniam in prioribus,* quas miſſas *in præſentiarum* faciam, eis enim longius, quam par eſt, hæc oratio flueret.

117 Superiori proxima eſt, & ad iudicia perutilis quæſtio, Numquid relicta filijs legitima ſibi debita poſſit pater tertiæ ac quintæ bonorum ſuorum patris maioratum, vt noſtri vocant, conſtituens filio prædilecto, & ad maioratum inuitato conditionem quamcumque, licet in eius poteſtate non ſit, vel grauamen imponere? Quæ ſane quæſtio tribus conſtat articulis.

118 Primus ad legitimam pertinet, in qua poſt Iuſtiniani conſtitutionem *in dicta l. quoniam in prioribus,* nec quæ ſit in filij poteſtate conditio admittitur, nec grauamen vllum, quantumuis leue ſit, quod ſane legibus Hiſpanis nunquam eſt immutatum.

119 Secundus parti quintæ applicatur, quæ cum *l. 12. titul. 6. l. 8. titu. 8. lib. 5. recopilat.* liberæ patris diſpoſitioni relicta ſit, dubium nõ eſt, quin poſſit in ea quodcumq; grauamen, ſeu conditionem iniungere, vt adſeuerat pluribus adductis Telli. Ferdinand. *in l. 25. Tauri. n. 3. verſic. tertio ex hac lege probatur.* Gomez. Ari. *in l. 25. Tauri. n. 18.* & probant præadductæ leges regiæ. Greg. Lop. *in l. 12. titul. 5. & in l. vltim. titul. 11. parti. 6.* quem cum alijs referens hanc ſententiã veriſſimã, & indubitatiſſimã eſſe oſtẽdit dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in l. 1. ſchol. 19. n. 22. in fine titul. 4. l. 5. recopilationis.*

120 Ad tertium articulum anceps videtur quæſtio: Vtrum in tertia parte vltra legitimam fortuita conditio, vel grauamen admittatur? cuius veritas ex alia dependet, An tertia pars filiorum ſit legitima?

In qua prima conſtituitur opinio tertiam patris bonorum partem cum legitima filiorum nihil commune habere, quam multis defendere nititur Palac. Rubios *in l. 27. Tauri. n. 5. & ſequentib.* Didac. Caſtell. *in l. 28. Tauri, in princip.* Gomez. Arias *in l. 16. Tauri. num. vltim.* Tell. Ferdinan. *in l. 23. Tauri. numer. 2.*

Mouen-

Mouentur, nam ſi tertia bonorum patris pars eſſet legitima filiorum, nulla conditio, vel grauamen in ea foret admittendum. dicta *l quoniam in prioribus. 32. C. de inofficio. teſtament. l. 1. titu. 4. parti. 6.* cum tamen in tertia parte ſecundum eos filio vltra legitimam relicta grauamen ad poſitum ſeu conditio detrahi non debeat. *l. 11. titul. 6. lib. 5. recopilation.*

121 Contraria tamen ſententia verior eſt, quam & tenuit Palac Rub *in l. 19. Tauri. numer. 5. & in l. 23. numer. 1. & 3.* vbi idem quoque adfirmat Anton. Gomez. & poſt Seguram à ſe relatum dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 1. ſchol. 1. num. 1. l. 2. ſchol. 3. num. 2. l. 3. ſchol. 3. num 4. ſchol. 4. numer 2. titul. 6. lib. 5. recopilation.*

Quæ opinio confirmatur, quoniam hodie dempta quinta parte reliqua patris bona filiorum cedũt legitimæ, ita *ex præfatis regijs legibus* tenuit dominus & auus meus Ioan. Matien. *vbi proximè.* Idcirco adſertioni huic libentius conſentio, quamuis in priorem videatur aliquo modo inclinaſſe idem dominus & auus meus Matien. *in d. l. 1. ſchol. 1. numer. 2.*

122 Nec ſatisfacit diſtinctio à prædicto Palac. Rubios *in d. l. 27. Tauri. numer. 10. in fine*, facta, vt tertia bonorum patris pars, quoad deſcendentes nequaquam, quoad extraneos vero pro legitima ſit habenda. Secundum quam interpretationem interpres ille præfatam *l. 11. titul. 6. lib. 5. recopilation.* intelligendã adſerit, qua cauetur, patrẽ poſſe cuilibet ex filijs ſuis tertiã bonorum ſuorum partẽ præter illius legitimam in prælegatum adſignare, quibuſcumq; adductis conditionibus, vel fideicõmiſſis id tamẽ ſolum poſſe fieri in filiorum, aliorumue deſcẽdentium fauorem, non vt extraneis quicquã ex prædicta tertia bonorũ parte relinquatur. Quam diſtinctionem ex alijs veriſſimam & indubitatiſſimã contendit Parlad. *in ſeſquicentur. quotidianar. differentiar. differrent. 146. num. 10.*

Nam licet hæc diſtinctio non fiat, & probetur abſolute opinio, quam defendi, cõmoda ad legis regiæ deciſionem poteſt adſignari ratio, quã eius ſententiæ adſertores elegãtem ſtatuunt, nullo modo inficiantes, poſſe patrẽ in deſcendentium fauorem prædicto filio grauamen adijcere: quia cum hæc ſibi poteſtas, filij, quem maluerit, honorandi à lege in hiſce bonis conceſſa ſit, nil mirum, ſi & aliorum ſpectetur fauor, & ob honorem filius in eis inſtitutus grauari queat. *l ab eo. 9 C. de fideicommiſſ.* Quamuis hæc tertia pars filiorum ſit

123 legitima ſũ, ta propriiſſime, adeo, vt ſi vnicus exiſtat filius, vel nepos, nec alij deſcendentes ſuperſint, ea priuari vnicus filius, vel nepos nequeat ex cõmuni omnium ſententia, nec illi in ea grauamen, conditio, aut fideicommiſſum adijci, quamuis contrà ſentiat multis adductis rationibus Parlad. *lib. rer. quotidian. 1. tot c. 7.*

Rurſus quæritur, ſitne modus aliquis iuri conſentaneus oneri perpetui fideicommiſſi legitimam ſubijciendi? In qua quæſtione Raphael Cuman. *in l coheredi. 41. §. cum filio. ff. de vulga & in l. in fideicommiſſariam. 18. ff. ad Trebellian.* idem *conſil. 25. & 52.* quem alij plures ſequuntur cum Menoch. qui eos adſert *conſil. 196. nu. 15. lib. 2.* Decius, Socin. Curt. Ioan. Dilec. Marzar. & Alciat. quos refert Andr. Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 5. c. 99.* volũt legitimam filij à patre grauari poſſe, ſi hæredem eum vniuerſalem inſtitutũ ſub cõditione *ſi abſque liberis moriatur*, totam rogauerit hæreditatem reſtituere comprehenſa etiam ipſius legitima, ea tamen adiecta clauſula, *vt ſi filius voluntati paternæ non acquieſcat reſtitutionem etiam legitimam ſubijcienti, in ſola legitima ſit pure inſtitutus.* 124

Mouentur ex eo, quòd cum pater id, quod filio non debet, vltra legitimam iure naturæ debitam, illi relinquat, iniuriam ei non irrogat oneri fideicommiſſi eam ſubijciens, argumento à contrario ſenſu, *l. ab eo. 9. C. de fideicommiſſ.* ob honorem quem ipſi facit, & grauaminis compenſationem: in ea maxime ſpecie, in qua filius tacite, vel expreſſe patris voluntatem adprobauit. 125

Quorum alterum interpretes prædicti ſufficere adſerunt teſte Ioan. Guter. *in c. quamuis pactum. 1. in princip. verb. quamuis pactum patri factum, de pactis, lib. 6. ex numero 33.* quamuis *in l. ſi quando. 35. §. & generaliter. C. de inofficio teſtament.* vt legitima granetur, ſpecialis conſenſus exigatur. Onus enim hoc non ad legitimam, quam ſi filius malit, intactam adipiſcitur, reliquis bonis ad ſubſtitutum deuolutis, ſed ad alia omnia ſibi non debita & relicta referendum arbitrantur. 126

Sed plane non deſunt contrariæ opinionis adſertores tanti legitimæ libertatem & integritatem facientes, vt ideo ſentiant, iniuriam à patre legi, & filio inferri, quomodocumque ipſi legitimam minuat, aut grauet. Alexand. *in d. l. in fideicommiſſariam. 18. ff. ad Trebellian.* contra Cuman. nec fructus voluit in legitimam imputandos, quæ ex potioribus ſecundum eum hæreditatis paternæ bonis integra & illibata deducenda eſt, nec directe, aut indirecte cuilibet grauamini ſubijciendam. 127

128 Carol. Ruin. *conſil. 194. numer. 13. lib. 3.* à le-
gitima grauamen reijciendum indiſtinctè
cenſuit, quamuis hac lege à patre filio cæte-
ra bona ipſi non debita relinquantur, & fi-
lius ei expreſſim conſentiat, cum patri po-
teſtas hæc *in dicta l. omnimodo. 30. l. quoniam in
prioribus. 32. C de inofficio. teſtamen. l. 11. titul. 4.
parti. 6.* ſublata ſit ex Martianeſ. plures alios
adferente *conſil. 1. n. 13 lib. 1.*

129 Quòd enim in vim diſpoſitionis facere
non poteſt, nec in vim conditionis poterit,
l. Seius, & Auger. ius. 27. ff. ad leg. falcid. vbi Bartol.
Alexander, & communis ſcribentium ſcho-
130 la. Et ſane hoc mihi perſuadeo, cum legitimæ
fauorem conſidero, cuius renunciatio bonis
moribus in iure ciuili aduerſa prædicatur. *l. ſi
quando. 35. §. 1. C. de inofficio. teſtament. l. pactum
quod dotali. 15. l. vltim. C. de pact. l. pactum dotali.
3. cum ſimil. C. de collationib. C. quamuis pactum.
2. de pact. lib. 6.* in quo legitimæ renunciatio
ſimplex expreſſim à filia facta non valeret,
quippe quæ bonis moribus aduerſa eſt, niſi
ſacramenti religio ipſi adiecta fuiſſet. ex illius
textus ſpeciali ratione, *quia ſcilicet nõ vergit in
æternæ ſalutis diſpẽdium, nec in alterius detrimenũ.*

131 Eodem verò iure cenſetur legitimæ re-
nunciatio, aut detractio, quo & ipſius graua-
men, *dicta l. omnimodo 30. l. quoniam in prioribus.
32. l. ſcimus 36. C. de inofficio. teſtamen.* Ergo ſicut
filius directè cogi non poteſt, vt legitimæ re-
nunciet, vel in illa grauamen admittat, nec
indirectè poterit, & conditio ſimilis ipſi in-
iuncta pro non ſcripta habebitur.

132 Eóque ſuperior opinio tendit, quæ cum
communis ſit, iuri conſona, & fauorem
filiorum reſpiciat, tenenda videtur, cuius
adſertores omnes ex Fachin. *dicto c. 96.* in ea
ſpecie loquuntur, qua patris voluntatem fi-
lius adprobauit, prout alios omnes adſcribens
probat Ioan. Guter. *in d. c. quamuis pactum, in
princip. à n. 33.* maximè *n. 39.* Quorum ſenten-
tiæ adſtipulatur Mantica *de coniectur. vltimar.
voluntat. lib. 7. tit 8. n. 11.* Nullus autem ex præ-
dictis interpretibus contrariam expreſſim
decidit, quando filius ab initio parentis vo-
luntatem impugnauit.

Quinimò Marzar. alios quam plures ad-
ferens *de fideicommiſſ. quæſt. 50* Manti. *dicto tit.
8. in primis numeris*, Menchacenſ. *de ſucceſſion.
creatio §. 10. n 303.* Martianeſ. *conſil. 1. n 17. 18.
& 21. lib. 1.* Paſqual. Saul. *in tractat. de alienan.
reb. fideicommiſ. ſubiectis quæſt. 18. n. 41.* legitimam
liberam & intactam relinquendam, reliqua
bona reſtitutioni obnoxia contendunt.

133 Quos ea imprimis mouet conſideratio,
quoniam, cum filius obligari directo ne-
queat, vt in legitima grauamen admittat, ita
nec poteſt, aut debet ſub conditione ad-
ſtringi, vt eam fideicommiſſo grauari patia-
tur, vel reliquam hæreditatem deſerat, quæ
ideo pro non ſcripta habetur. *d. l. Seius & Au-
gerius, 27. ff. ad leg falcid.* cuius verba refert
Fachin. *dicto lib. 5 cap. 96. ad finem.* In qua pa- 134
ter, ne filij ſui vniuerſales ab eo hæredes in-
ſtituti ex legatis integram falcidiam lege ſi-
bi conceſſam detraherent, quam ipſe illis
prohibere non poterat, eos ſub conditione
ad hæreditatem vocat, atque inuicem ſubſti-
tuit, vt intra diem ſuæ mortis triceſimum
reipublicæ caueant ſe loco falcidiæ centum
ſola detracturos. Quod ſi conditioni ſibi in-
iunctæ parere noluerint, eos exhæredes facit,
alios alijs ſubſtituendo, vt præmio eos inui-
tet, metu pœnæ cogat, ne integram falcidiam
detrahant, quod in vim diſpoſitionis ipſe ve-
tare non poterat. Quæſitum eſt à Scæuola,
vtrùm hæredes ſub hac conditione inſtituti,
quamuis conditioni non pareant, hæredita-
tem conſequantur? Cui quæſtioni Scæ-
uola adfirmatiue reſpondit, hæredes hoſce
ad hæreditatem admittendos, quamuis con-
ditioni non ſatisfecerint, quæ cum in frau-
dem legis dirigatur, pro non ſcripta haben-
da eſt.

Quod idem in ſpecie noſtra obtinet, in 135
qua patri directe non licet filij legitimam
grauare *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inofficio.
teſtament. l. 11. titul. 4. parti. 6.* Verbi gratia, Pa-
ter filio prædilecto tertiam & quintã bono-
rum ſuorum partem ſimul cum legitima re-
linquit, vt in omni hæreditate paterna per-
petuum fideicommiſſum admittat, quòd ſi
nolit conſentire, liberam & illæſam legiti-
mam titulo inſtitutionis honorabili ei re-
linquit, & ſubſtituto, quæ reſtat, ſubſtantiam
omnem. Videamus, num inſtitutus filius,
qui fideicommiſſum in ſua legitima non ad-
mittit, reliqua hæreditatis paternæ bona de-
ſerere, & ſubſtituto locum facere teneatur?
interpretes *ſuperius* relati negatiuam tuentur,
& conditionem hanc, quæ in fraudem legis
tendit, pro non ſcripta habendam, ſi ei filius
inſtitutus obtemperare nolit.

Mantica verò ex alijs multis *dicto lib. 7. titu.* 136
8. Martianeſ. *dicto conſil. 1. numer. 18.* probant,
in fideicommiſſo vniuerſali legitimam non
contineri. Quod enim filio ex mera patris
liberalitate non tribuitur, ſed aliunde potiùs,
puta naturæ, aut iuris ciuilis beneficio, filius
conſequitur, reſtitutioni non ſubiacet. *d. l. co-
hæredi 41. §. cum filio. ff de vulgar.* Bald. & plures
alij, quos refert Mantic. *vbi proximè numer. 1.*
Quorum ſententiam *num. 2.* legitimæ adſcri- 137
bit, quæ licet à patris facultatibus prodeat,
nec ante ipſius mortem debeatur, *authenti. no-
uiſſima. C. de inofficio teſtamento*, non tamen il-
lam filius ex patris diſpoſitione, ſed legis
prouidentia recipit. *l. omnimodo. 30. l. quoniam*

in prioribus.32. l ſcimus.36. C. de inofficio. teſtament. poſt alios Martianes. *dicto conſil.* 1. *num.*13.

138 Ideò quamuis tertia & quinta pars perpetui fideicommiſſi vinculo alligata ſit, libera tamen & integra ipſi relinquitur. *l. ſi adrogator.22.ff. de adoptionib.* ibi, *non oportet admitti fideicommiſſum, quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia.*

139 Quod iterum adfirmat Mantica *dicto tit.*8. *num.*4. inferens *num.*5. legitimam, nec patris hæreditatem, nec illius partem eſſe, ſed quãdam bonorum ſubſtantiam, quæ filio in bonũ patris eo mortuo debetur, quàm filij propriam ac debitam iure naturæ dicit *n.*6. ac retinere poteſt filius reſtitutionis tempore ex multis alijs, quos refert idem Mant. *n.*7.

140 Quinimo & pater ipſe tenetur filio integram illęſamque legitimam titulo inſtitutionis relinquere, quamuis hæreditatem ſuã reſtituturum velit *authentic. de reſtitutionib. & ea quæ parit.* §. *quamobrem*, quem ita intelligit Accurſ. *ibidem verb. tertiam, collatio.*4. *l. regia* 11. *tit.*4 *part.*6. vbi Greg. *ſchol. vlt.* ex Roder. Suar. à ſe relato ita tenuit.

141 Quæ quidem plurimorum opinio iuri & rationi conſona præferenda eſt ſingulari Fachinei *dicto lib.*5.*c.*96. qui vltra alios filium teneri voluit, ſimpliciter & indiſtinctè fideicommiſſum etiam in legitima admittere, ſi reliquam hæreditatem adipiſci velit. Quod ſi non admiſerit, legitimam ſolam inſtitutionis iure abſque onere, vel conditione conſequatur, reliqua hæreditati ſubſtituto relicta. Rem autem hanc planam exiſtimat, vt nihil prorſus adferri poſſe credat, quod vel probabilem dubitationem injicere videatur.

142 Principio, inquit Fachineus, in propoſita ſpecie pater filium in vniuerſa hæreditate hęredem inſtituit, hic nullus eſt querelæ locus. Deinde rogat eum per fideicommiſſum hæreditatem reſtituere, hucvſque nulla fit iniuria, quia ſi conditio adponitur, iure ſuo pater vtitur.

143 Tertio legitimam quoque oneri obligat reſtitutionis. Hic incipit eſſe cauſa querelæ, quia legitima nullum recipit onus, dicta *l. quoniam in prioribus.*32. *C. de inofficio. teſtament.* ac excipi debet de reſtitutione, *dicta authentic. de reſtitutionibus, & ea quæ parit. d.* §. *quamobrem.*

144 Sed huic querelæ occurritur ex clauſula, vt, ſi filius non conſentiat, titulo inſtitutionis legitimam abſque onere, vel conditione purè conſequatur; ſi filius in legitima ſola hæres eſſet purè inſtitutus, & abſque grauamine vel conditione, patris non poſſet teſtamentum impugnare: ita enim cautum ait *in authent. vt cum de appellatio. cognoſcitur.* §. *aliud quoque capitulum*, ergo nec in caſu propoſito illud impugnare poterit, quia in legitima eſt inſtitutus, & poteſt eam ab omni onere liberam & immunem conſequi, ſi nolit fideicommiſſo conſentire.

Huc ſecundum eumdem Fachine. accedit, quod conſtitutum eſt *in l. quoniam in prioribus.*32.*C. de inofficioſ. teſtam.* vt legitima nullum recipiat grauamen, intelligendum eſſe, quando alias inofficioſi querela teſtamentũ reſcindi poteſt; tunc enim, ne reſcindatur, cautum eſt, vt onus & conditio legitimæ adiecta non valeat, & pro non ſcripta habeatur. Sed teſtamentum reſcindi per querelam in propoſita ſpecie non poteſt. Nam filius vtroque caſu, ſiue acquieſcat patris voluntati, ſiue non acquieſcat, hæres inſtitutus eſt, primo quidem caſu in vniuerſa hæreditate, ſecundo in legitima. 145

Adhuc Fachine. qui *in fine dicti c.*96. reſpõdet *dicta l. Seius & Augerius.*27.*ff. ad leg. falcid.* in hac ſpecie, non dixiſſe teſtatorem, *ſi filius meæ voluntati non paruerit exhæres eſto, ſed hæres eſto in legitima portione.* Sunt igitur ſecundum eum hæc diſſimilia, ibi fraus merito damnatur, hic nulla fraudis ſuſpicio oritur. Debita enim filio portio honorabili titulo inſtitutionis hic relinquitur, ibi autem adimitur, vt Fachinei verbis vtar. 46

Verumtamen Fachineus ipſe videtur, iudicio meo, vt aiunt, ex capite locutus, nec propoſitæ difficultati ſatisfeciſſe volens, vt iniqua, & iuri aduerſa patris excogitatio ex vi conditionis in fraudem filij, & legis poſſit, quod directè non poſſet, eo maximè renitente contra prædictarum legum deciſiones. Nec in vtraque ſpecie, quam Fachineus conſiderat, pariter filius in legitima inſtitutus reperitur, quandoquidem, ſi tertiam & quintã partem deferere nolit, legitima grauata contra præfata iura filio relinquitur. Quem oblatæ vtilitatis conſeruandæ cauſa cogit, in detrimentum ſuum, & legis fraudem legitimam ſibi iure naturæ debitam alijs ex fideicommiſſo relinquere. Quod vtique vetuit conſultus *in d. l. Seius & Augerius*, ſi ea deciſio attente inſpiciatur, quæ ad ius Digeſtorum referenda eſt, quo filio dumtaxat præterito, non item ritè exhæredato in defectum conditionis dato cohærede inofficioſi querela concedebatur, *ex lege noſtra, & ſimilib.* 147 148 149

Hodie cum & exhæredato filio ex inofficioſi querela, & condictione ex nouioribus Codicis legibus ad legitimam, libertatẽ, vel implementum eius agere liceat, à fortiori nefas eſt modum admitti, quo legitima legibus hiſce in fauorem filiorum adiuta cõtra ipſarum mentem grauetur. Nec enim dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis 150

amplexus contra legis nititur voluntatem. *l. non dubium.5.cum ſimilib. C. de legibus.c. certū eſt. 88.de regul. iur. lib 6. & vtrobique* interpretes; maximè apud nos regiæ *l. 11.tit.4.part.6.* deciſione extante, & aliarum, quas retuli *superius* earum verba recitans *n.95.* ac differentia legitimæ iure naturæ debitæ, à Falcidia *in d.l. Seius & Augerius* conſiderata.

151 Ex quibus ſequenda videtur contra Fachin. communis ſententia, cum legitimæ fauor iure naturæ debitæ. *l.ſcripto. 6.§.vltim.ff. vnde lib.l. nam & ſi parentibus.15.ff. de inofficio.teſtam.* maioratus fauori præponderet, nec patri cauere liceat, ne leges in ſuo teſtamento
152 locum habeant. *l. nemo poteſt.55. cum ſimilib.ff. de legat lib.1.* cum expreſſo iure teneatur à reſtitutionis onere legitimam excipere *d.ſto authentic.de reſtitutionib §.quamobrem.d.l.11.tit.4. part.6.*

153 Nec vtique grauamen legitimæ ad eſtum propriè dici poteſt ſuper cæteris bonis conſtitutum, quæ hac ei lege relinquuntur, *niſi ea relinquere malit, integra & illæſa legitima fruatur.* Quoniam hac admiſſa ſententia videretur potius impoſita forma verbis, quam rebus contra deciſionem. *l. præmittendo. 41. cum ibi notatis, & ſimilibus ab Accurſio congeſtis verb. intuenda ff.de iure dotium.*

154 Nemo autem ſanæ mentis negabit, diuerſo iure bona propria filij, cuiuſmodi eſt legitima poſt mortem patris, quæ ab onere immunis ipſi concedenda eſt, quam tertiam & quintam bonorum patris partem perpetuo fideicommiſſo aptam cenſenda eſſe, vimque
155 ex hac electione filio inferri, vt grauamen in legitima contentur, quæ de reſtitutione excipienda eſt, vt in ſimili ſpecie conſiderat conſultus *in l. mulieri & Titio. 74.ff.de conditionibus & demonſtrationibus. Tantum enim.* inquit, *beneficio l. gū ex legato conceſſum eſſe mulieri intelligendum eſt, quantum haberet, ſi conditioni paruiſſet.*

156 Regula verò, *quem honoro, grauare poſſum* ad indebitum potiùs, quod ex mera teſtantis voluntate filio hæredi conceditur, referenda eſt, quam ad legitimam, quæ legis beneficio ipſi competit.

157 Sed adhuc in propoſita ſpecie non videtur omnino doctiſſimi Fachinei ſententia contemnenda, ſi rationem illius attentiùs intuearis. In vtroque videlicet caſu filium in legitima inſtitutum reperiri, ex ea clauſula, *quòd ſi filius legitimè grauamen non admiſerit, ſit hæres in illa purè abſque onere*, reliquis bonis ad ſubſtitutum delatis.

Quod vtique ius vltra eum nedum in legitima, ſed & in proprijs filij bonis caſtrenſis etiam peculij, propriáue induſtria, aut poſt emancipationem acquiſitis, videtur patri conceſſum in tertia & quinta bonorum ſuorum parte, quæ hac lege videtur poſſe filio relinquere, vt *ea ſi habere cupiat, ſimul cum proprijs bonis reſtitutioni ſubijciat. Quod ſi hanc in bonis ſuis non admittat, partem ſibi non debitam ſubſtituto deferat.* Quod extraneo teſtatori cuicumque liceret, in re quippe ſua vnuſquiſque adhibitum eſt moderator & arbiter. *l. in re mandata 21. cum vulgat. C. mandati.* Patri vero licet filium, quem maluerit, hoc vltra legitimam ex regijs legibus honore proſequi.

Communis tamen ſententia, quæ filij 158
fauorem legibus adiutum præ ſe fert, ſequenda videtur, ne quod in ipſius fauorem inductum eſt, in eius odium retorqueatur *contra l. quod fauore. 6. C de legibus. l. nulla iuris ratio. 25.ff eodem titul. C. quod ob gratiam. 61. cum ſimilib. de regul. iur. libr.6.* & pa- 159
rentes contra naturale votum. *d. l. nam & ſi parentibus. 15. ff. de inofficioſ teſtament. l. ſcripto.6. §.vltim. ac ſimilibus. ff vnde liberi*, aliquatenus filij legitimam, vel propria illius bona lædere poſſint, quorum potius ampliatio & conſeruatio ipſis incumbit. *l.1.cum ſequentibus. C. de bon.matern. l. pactum quod dotali. 15. cum ſimilib. numer. 130. ſuperius adductis. C. de pact.* Res eſt ambigua, ni fallor, nec [illegible] ſatis in hac, vel illa ſedet animus: maturius cogita, & circumſtantias omnes diſpoſitionis inſpice, cum caſus occurrerit.

Quæ tamen communis opinio an abſ- 160
que ſcrupulo amplectenda ſit, in effigie, quam in facto contigiſſe vidi, quæſtionis eſt? Pater in ſponſalium contractu inſtrumento guarentigio celebrato filio tertiam & quintam bonorum ſuorum partem ad onera matrimonij ſuſtinenda prælegati titulo ſpopondit bonorum quorumdam à nuptiarum die traditione facta, ea adiecta clauſula, *vt in eis, vel alia qualibet melioratione liceret ſibi quæcumque grauamina, vincula, conditiones & ſubſtitutiones filio inter viuos, ſiue in vltima voluntate adponere.* In qua poſtmodum nedum tertiam & quintam bonorum ſuorum partem, ſed & legitimam filij reſtitutioni ſubiecit, liberam ipſi titulo inſtitutionis honorabili relinquens, ſi conditioni ſibi iniunctæ parere noluiſſet, reliquis bonis ſubſtituto delatis. Quam quæſtionem nemo ex interpretibus, quos adhuc viderim, tangit, eamque contraria, quæ pro vtraque parte conſiderari poſſunt, fundamenta dubiam reddunt.

Pro affirmatiua conſidero ex grauami- 161
num & conditionum reſeruatione, quam
patet

Digitized by Google

patet in prædicto inſtrumento fecit, rem ad-
huc integram videri, cum idem ex prædicta
reſeruatione ei licere videatur, quod antè
contractus celebrationem poſſet, & Fachin.
dicto c. 96. adſerat, re integra legitimam filij à
162 patre cautela prædicta grauari poſſe, maximè
cum prætereum onus ab eo potius, quod vl-
tra legitimam pater filio relinquit, proficiſci
videatur, quam legitimæ adhærere, quam ſi
filius intactam maluerit, à tertia & quinta
bonorum patris parte ſecundum Fachi-
neum abſtinebit, vt ſubſtituto fratri defe-
ratur, quem ab initio pater in his bonis præ-
ferre potuit.

163 Verior tamen eſt contraria opinio, ex hoc
contractu nuptiarum cauſa inito perfectam,
& irreuocabilem donationem quoad ter-
tiam & quintam bonorum patris partem in
perſona filij conſtitutam. *l. perfecta donatio.* 4.
C. de donationib. quæ ſub modo, expreſſa in ter-
minis deciſio *in l.* 17 *Tauri*, quæ hodie lex eſt
1. tit. 6. lib. 5. recopilatio. cum alijs eius tituli legibus,
traditione maximè ſubſecuta. *l. traditionibus.*
20. *cum vulgatu. C. de pact. l.* 46. *titul.* 28 *part.* 3.
164 adeò vt nullo iure poſſit deinceps filius dictis
bonis (quæ ad onera matrimonij ſubſtinen-
da ſibi conceſſa ſunt, ſub quorum ſpe vxor il-
li nupſit) in vita ſua, vel deſcendentium ſuo-
rum priuari, etiam in defectum conditionis
ſibi de nouo iniunctæ ex vi reſeruationis à pa-
tre factæ ex multorum interpretum teſtimo-
nijs, quos refert ſequutus Ioan. Caſtell. *libr.
controuerſiar. iur.* 3. *c.* 10. *numero* 6. Quæ ideò *ex
ſuprà traditis* pro non adiecta habetur, *argu-
mento l. Seius & Augerius.* 27. *ff. ad leg.
falcid.*

165 Multo minus igitur ex hac reſeruatione
grauaminum & conditionum ad meliora-
tionem ipſam in ſponſalium inſtrumento re-
ſtricta licebit patri nouam, & tunc inexcogi-
tatam adijcere. *l. veteribus.* 40. *ff. de pact. l. quic-
quid adſtringenda.* 99. *ff. de verbor. obligationibus.*
qua legitimam filij iure naturæ debitam gra-
uet, quæ prima eſt iniuria. *d. l. quoniam in prio-
ribus.* 32. *C. de inoffic. teſtam. l.* 11. *tit.* 4. *part.* 6. vel
166 in defectum conditionis abſtinere cogat à
tertia & quinta bonorum ſuorum parte,
quàm ipſi ad onera matrimonij ſubſtinenda
ex oneroſo contractu nuptiarum cauſa cele-
brato tradidit in odium atque iniuriã ipſius
filij, & vxoris quæ ſub hac ſola ſpe ac poſſeſ-
ſione nupſit.

167 Qua in ſpecie apertius detegitur captio
patris, quam conſultus dato etiam ſubſtituto
deteſtatus eſt *in dicta l. Seius & Augerius.* 27. quã
ita intelligit Gregor. Lop. *in l.* 56. *ex ea, ſchol.* 3.
titul. 5. *part.* 5. Pincl *in l.* 1. *C. de bon. matern.* 3. *part.*
n. 64. *in fine.* Couarru. *lib. variar.* 2. *c.* 16. *colum.* 2.
in princip. verſic. & id verum eſt.

Nec non & eodem modo aliæ quæcum- 168
que conditiones extrinſecæ, quæ ipſi præle-
gato non inſint, ad eius perpetuam in perſo-
na filij conſeruationem, reijci debent, puta
reſtituat filius, ſi nauis ex Aſia venerit, & ſimiles, 169
quæ caſui adſcribuntur, cùm ex euentu filius
patris donatione priuetur. Cui non licet
quod prius dilucida voce proteſtatus eſt, in
eumdem caſum proprio teſtimonio, vel con-
traria voluntate infirmare. *l. generaliter.* 13. *vbi*
Accurſ. *ſchol. vltim. C. de non numerat. pecun. c.
per tuas.* 10. *de probationibus.* in his maximè bo-
nis, quæ ad onera matrimonij ſubſti-
nenda filio à patre conceſſa ſunt *ex præ-
dictis.*

Ex quibus euidens & apertum inter has 170
duas ſpecies diſcrimen deregitur. In pri-
ma enim idcirco aliquibus legitima filij gra-
uari poſſe viſa eſt, quia pater quem ex filijs
maluiſſet, hoc honore proſequi potuit *l.* 11. *tit.*
6. *lib.* 5. *recopilation.*

Qua de cauſa, ſi eorum ſententia ali-
quando obtineat, vel in legitima grauamen
admittere, vel aliorum bonorum hæredita-
tẽ filius prædilectus deſerere cogitur. *l. ab eo.*
9. *C. de fideicommiſſ. l.* 3. *tit.* 9. *part.* 6.

In ſecunda ſpecie pater filio debet legiti- 171
mam iure naturæ, & condictione ex legibus
ſibi eam deferentibus, tertiam & quintam
bonorum ſuorum partem ex vi contractus,
ac traditionis ad onera matrimonij ſubſti-
nenda filio ab ipſo patre factæ, licet ex reſer-
uatione bona hæc, & quæcumque alia ad
meliorationem ſpectent, poſſit pater poſt
mortem filij ſine liberis decedentis fidei-
commiſſo grauare. Legitimam verò, de 172
qua in reſeruatione nihil actum eſt, tenetur
filio intactam relinquere. *authen. de reſtitu-
tion. & ea quæ parit.* §. *quamobrem, cum ſimilib. &
interpretibus, ſuprà numero* 128. *ac deinceps ad-
ductis.*

Quare non eſt filius hic cum alijs eodem 173
iure iudicandus, nec iure vel ratione adſtrin-
gendus, vt in legitima ſibi iure naturæ debi-
ta, grauamen admittat, aut tertiam & quin-
tam bonorum patris partem, quæ ſua
etiam eſt ex vi contractus, ſubſtituto in
defectum conditionis etiam poteſtatiuæ de-
ferat, de qua in celebratione contractus a-
ctum non eſt, cùm nihil ei pater, quod
non debeat, dederit. *d. l. ab eo.* 9. *C. de fideicom-
miſſ. l.* 3. *titul* 9. *part.* 6. Sufficit enim vt graua- 174
mina & reſtitutionis neceſſitatem poſt mor-
tem ſuam, ac deſcendentium ſuorum in bo-
nis prælegati admittat, in quibus reſeruata
ſunt expreſſis inſtrumenti verbis, non vl-
tra ſpecies in eo comprehenſas. *l. quicquid
ad-*

adſtringendæ. 99. cum ſimilib. ff de verbor. obligationibus. Ex quibus non erit abſonum, vt ſuperiore quoque Fachinei admiſſa ſententia in propoſita ſpecie contrariam veriorem ob ipſius rationes & argumenta iudicem, & præſenti diſputationi vltima imponatur manus.

Ex l. ſi quiſquam. 7. ff. de diuerſ. & temporal. præſcriptionib.

S V M M A R I A.

1 *Facti ſpecies fingitur.*

2 *Concluſio proponitur, & comprobatur, & interpretes de ea agentes referuntur.*

3 *Accurſius quomodo flumina diuidat.*

4 *Expenduntur verba l. 1 §. item fluminum. ff. de fluminib. contra Accurſ.*

5 *Priuata aqua perennis à conſulto appellatur in dicta l. 1. §. loquitur.*

6 *Caßij ſententia, vt probabilis ab Vlpiano admittitur.*

7 *Omnia flumina publica fuerunt, principes tamen ex generali potentia, aliquibus indulſerunt.*

8 *Priuata flumina dicuntur, quæ quorundam vſui deputata ſunt; publica, quæ omnium vſui & vtilitati expoſita inueniuntur.*

9 *Aduerſus hanc ſententiam conſiderantur verba conſulti d. l. 1. §. fluminum, & §. item fluminum.*

10 *Refelluntur argumenta contra Accurſium adnotata.*

11 *Ex diuiſione fluminum in perennia, & torrentia, & alia in publica, & priuata, nihil ſuperfluum inuenitur.*

12 *In publicis fluminibus quilibet piſcari poteſt, in priuatis nullus abſque domini facultate.*

13 *Intelligitur pro Accurſ. d. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotidian. & æſtiua.*

14 *In §. fluminum neceſſaria deciſio proponitur, quamuis alterius tantum ſententia referatur.*

15 *§. fluminum, Inſtitut. de rerum diuiſio. explicatur.*

16 *Piſcandi facultas naturali iure omnibus competit in flumine publico, & eodem iure piſces capientis efficiuntur.*

17 *Nec domini in ſuis territorijs ius piſcandi prohibere poſſunt ex Ioan. Fabro & alijs, pro qua ſententia expenditur l. vlt. ff. de vſucapionib.*

18 *Dicta l. vltim. ex Accurſio. & Ruino intelligenda eſt in ordinaria præſcriptione decem vel viginti annorum, noſtra vero in præſcriptione longiſſima.*

19 *In d. l. vltim. verſic. vel ſi quis, legis noſtra verba referuntur, & contrarium reſpondetur.*

20 *In d. l. vltim. ex Accurſ. prohibitio piſcandi in vicinorum damnum vertebatur, ſecus in lege noſtra, quæ ſolutio diuinat.*

21 *Accurſ. & alij l. vltim. intelligunt in eo, qui cum piſcandi ius præſcripſiſſet, piſcari deſijt, noſtram in eo qui à poſſeßione nunquam deſtiterat.*

22 *Exemplum huius ſolutionis proponitur in ædificio in littore conſtructo diruto, vel in eo quod adhuc conſiſtit.*

23 *Aliud exemplum in noſtra ſpecie pro hac ſolutione formatur.*

24 *Impugnatur ex vitio diuinationis Accurſij, & aliorum ſententia.*

25 *Balb. communem defendit volens, etiam non impleta præſcriptione, ex præoccupatione in textu noſtro alterum eodem iure vti prohiberi poſſe, ſecus in l. vlt. in qua poßidens ex eo aliquando deſijt poßidere.*

26 *Balbi collectio optimis rationibus impugnatur.*

27 *Accurſ. quarto loco legem noſtram intelligit, vbi principis reſcriptum præſcriptionem præceßit. l. vltim. quando nullum adfuit reſcriptum.*

28 *L. vltim. C. de fund. patrimonial. lib. 11. contra Accurſ. explicatur.*

29 *Neceſſaria ſemper conſulti exprimunt.*

30 *Damnatur hæc vltima ab Accurſ. ſententia, nam priuilegium, & præſcriptio incompatibilia ſunt.*

31 *Otthoman. & alij, vt difficultatem effugiant, volunt textui noſtro negationem addendam.*

32 *Charond. & Robertus merito hanc additionem improbant.*

33 *Ipſi volunt l. vlt. procedere in loci præſcriptione, noſtram in præſcriptione iuris.*

34. *Loci*

34 *Loci publici præſcriptio prohibita eſt, iuris piſcandi conceſſa.*
35 *Improbatur Charondæ ſententia, quia differentia loci & iuris, magis videtur verbis, quam rebus impoſita.*
36 *Noua explicatio d. l. vltim. verſic. vel ſi quis adducitur.*
37 *Prædicta interpretatio improbatur.*
38 *Communis ſententia ſuperius relata vera iudicatur.*
39 *In d. l. vltim ſpecies conſiderata eſt, in qua vſus poſt longæuam poſſeſſionem deſijt.*
40 *Conſulti loci præſcriptionem negant, iuris admittunt, dum poſſeſſio non ceſſat.*
41 *Diruto in littore ædificio locus publicus ad ſuam reuertitur naturam.*
42 *Locus publicus præſcribi non poteſt, eius vſus poteſt.*
43 *Contra Accurſ. ius piſcandi & prohibendi longo tempore præſcribitur.*
44 *Ius piſcandi poſſideri poteſt, prohibendi præſcriptione completa, non antea.*
45 *Præſcriptio rei valet, quæ poſſideri etiam ficte poteſt.*
46 *Accurſij ſententia locum habet in eo, qui poſt præſcriptionem poſſidere deſijt.*
47 *Quæ iure gentium communia ſunt, præſcriptioni non ſubiacent.*
48 *Principi non licet ex plurium ſententia piſcationem, vel venationem interdicere.*
49 *Diuino ac naturali iure piſcandi & venandi ius omnibus hominibus competit.*
50 *Ex contraria ſententia principi licet iuſtis ex cauſis piſcationem & venationem vetare.*
51 *Poteſt ex cauſa princeps priuatis piſcationem & venationem interdicere.*
52 *Feræ, & volucres, an & quomodo omnibus ſint communes?*
53 *Animalia hominibus, homines Deus principibus ſubiecit, quibus obtemperandum eſt.*
54 *Septem cauſas piſcationis, vel venationis à principe prohibendæ refert Fachineus.*
55 *Flumina publica priuata ex principis facultate effici non poſſe videntur.*
56 *Contraria ſententia ex Accurſio verior eſt.*
57 *Tynnaria quæ ſint? & quo nomine hiſpano ſermone donentur?*
58 *Ius in locis publicis, quod ipſe habet, priuatis ex ſpeciali reſcripto concedere poteſt.*
59 *Princeps ſine populi conſenſu locum publicum concedere poteſt.*
60 *Principis priuilegio longiſſima præſcriptio æquiparatur.*
61 *Argumentum à contrario ſenſu eſt in iure fortiſſimum.*
62 *Ad obtinenda loca publica longiſſima præſcriptio ſufficit.*
63 *Piſces in flumine priuato capti capientis fiunt, neque is ad reſtitutionem tenetur.*
64 *Prohibentes piſcationem, vel venationem in priuatis etiam locis ad reſtitutionem damni vicinis ex ea prohibitione illati tenentur.*
65 *An teneatur venans aut piſcans in priuato loco reſtituere? & an domino liceat captos capite plectere? remiſſiuè.*
66 *In Hiſpania certis anni menſibus piſcatio, & venatio interdicta eſt, qui feris ac piſcibus gignendis vacant.*

MARTIANVS LIBRO III.

INSTITVTIONVM.

SI quiſquam in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem iure vti prohibet. *L. ſi quiſquam 7. ff. de diuerſ. & temporalibus præſcript.*

1 LIttera hæc diuiſionem non recipit, facti ſpecies ita fingitur. Seius in cuiuſdam fluminis publici diuerticulo pluribus annis ſolus piſcatus eſt, nunc denuo alter in eadem parte piſcari contendit. Quæſitum eſt à Martiano, vtrum is piſcari poſſit, vetante eo qui ſolus longo tempore in eo loco piſcatus eſt? an verò illius prohibitio proſit, vt alter eo iure non vtatur? Reſpondet Martianus, longam quaſi poſſeſſionem Seij ſufficere, vt alterum ibidem piſcari prohibere poſſit.

CON-

CONCLVSIO.

2 *Qui ſolus decennio in aliqua fluminis publici parte piſcatus eſt, alterum in ea piſcari prohibere poteſt.*

Quæ concluſio comprobatur *in l ſanè ſi maris.14.ff.de iniur.l.vltim.verſicul.vel ſi quis.ff.de vſucapionib.* Agunt de materia præter ordinarios interpretes *in præſenti* Bartol. *in dicta l.vlt.* vbi cæteri ſcribentes, omnes *in §.flumina, Inſtitut.de rer.diuiſio.* Bartol. *in l. quominus.2. nu.*30. vbi Iaſon *num.*99. Ripa *num.*101.*ff.de fluminib.* Deci.*conſil.*197.271.& 272. Carol.Ruin. *conſil.*28.& 29.*lib.*1. Guido Pape *conſil.*171. idem *deciſio.*514. Roderic. Suarez *allegatio.*16. & 17. Couarru *in reg.peccatum.2.parte*, §.8. *à num.*10. Balb. *de præſcriptionib. 4.parte, 5.part.principal. quæſt.*6. Matth. VVeſembec. *in paratitla, ad titul ff. de ſeruitutib. num.* 15. alios recenſens Pichard. *in dicto.§.flumina,num.* 3. Fachin. *lib.controuerſ.iur.1.c.*1. cum multis alijs, quos in diſcurſu meminiſſe oportebit.

3 Sed antequam ad concluſionem diſputandam deſcendam, quia Martianus ſcripſit *in fluminis publici diuerticulo*. Quæro, quod propriè dicatur flumen publicũ? & an & quando poſſit eſſe priuatum?

Qua in re Accurſ. *in l.nemo.4.ſchol.vlt.ff. de rer.diuiſio.* arbitratur, flumen publicum dici, quod perpetuo defluit, vt à priuato differat, quod hieme ſolum, non etiam vere decurrit, pro qua ſententia expendit verba Vlpiani *in l.1.§.fluminum.ff.de fluminibus. Fluminum*, ait. *quædam publica ſunt, quædam non, publicum flumen eſſe Caßius definit, quod perenne ſit: hæc ſententia Caßij, quam & Celſus probat, videtur eſſe probabilis.* ex qua deciſione Accurſium ſequitur Ripa *in d l. quominus.2.num.1.ff.de fluminib.* poſt alios Cepol. *in tractat. de ſeruitutib. c.*4. Gomez. *in l.46.Tauri,num.*10 Couarru. *in reg.poſſeſſor.2 part.§.4.n.*7. in pulchro caſu, vbi plures idem tenentes adſert.

4 Sed hæc Accurſij & aliorum ſententia, atque fluminum diuiſio non ſatis legitima videtur. Primo ea enim admiſſa ſuperflua extitiſſet Vlpiani diuiſio *d.l.1.§.item fluminũ. ff.de fluminib.in perennia, & torrentia*, perenne flumen adpellantis, quod ſemper fluit, torrens quod hieme tantum excurrit. vel ſecunda, quam poſt hanc primam diuiſionem fluminum facit *in dicto §.fluminum*, vt quædam *publica flumina* ſint, quædam *priuata*. cum vnica ex his duabus diuiſio vera cenſenda videatur.

Rurſus contra Accurſij ſententiam facit. *l.1.in princip. & in §.loquitur.ff de aqua quotidian. & æſtiua*, vbi aqua priuata perennis appellatur, ergo male ab Accurſio perennis fluuius publicus dicitur. 5

Neque Accurſij ſententiam iuuat dictus *§.fluminum*. ibi enim Caſſij recitatur ſententia, quæ licet à Celſo probata fuerit, non tamen vt neceſſaria, ſed vt probabilis ab Vlpiano admittitur, niſi fortè reſpicias vſum fluminis publici, quod, cùm publicum ſit *§.flumina, Inſtitut. de rer. diuiſio.* & omnibus perpetuo pateat, hoc ſenſu, & reſpectu flumen publicum perenne poteſt appellari. 6

Quare contra Accurſium dici poſſet, omnia flumina publica fuiſſe. *d.§.flumina*, verum principes propter ius & generale dominium, quod in his, veluti in alijs rebus publicis habent, *c.1.quæ ſint regal.in vſib. feudor.* ſolitos fuiſſe nonnulla ex his fluminibus priuatis indulgere ad eorum vſum, commoditatem, & priuatam vtilitatem. Imò & in conceſſo caſtro includi ex Capic. & alijs probat Carol. Tap. *in l.vltim.1.part.c.2.num.9.& 13.ff. de conſtitutionib.princip.* idem adſerens *n.* 11. in nemoribus, piſcatione, venatione, & aucupio, & in paſcuis, & montibus *n.*12. 7

Vnde priuata flumina dici cœperunt, id eſt, quæ priuatorum vſui, & priuatæ commoditati deſeruiebant, publica verò, quæ in ſua natura ſtabant omnium vſui & vtilitati expoſita. *l.riparum.5.ff.de rer.diuiſio.§ flumina. Inſtitut.eod.titul.l.6 tit.28.part.3.* Quam ſententiam contra Accurſium tenuit vir quidam eximius Salmanticæ olim cathedram regens, meritiſſimus deinde Regius ſenator *in repetitio.l.quominus.2.ff.de fluminib.* quam præ manibus habui. 8

Sed tanti viri bona pace dixerim, Accurſij ſententiam potiorem eſſe, quam ipſe, ſi fari liceat, leuibus iudicio meo fundamentis impugnat, cum tamen deciſioni Vlpiani *in dicto §.item fluminum, & ſequenti*, vbi bis flumina diuidit, non reſponderit. 9

Nec pro eo contra Accurſium facit conſideratio, qua Vlpianum ſuperfluæ verborum copiæ vitio arguebat, quoniam ſi admiſſa Accurſij ſententia verba conſulti ſuperflua forent, ea quoque reiecta eodem iure cenſenda eſſent, imò & inutilia, ſi flumina omnia in iure publica ſemper eſſe conſtaret. 10

Secundo, nam Vlpian. *in prædictis* §§. nullum profecto verbum ſuperfluum habet: cum enim flumina diſtribuiſſet *in perennia, & torrentia*, adijcit præcedentem diuiſionem emolumento eſſe ad cognoſcendum, quæ ſint *publica*, quæ *priuata* flumina, *torrentia* namque *priuata* ſunt, *perennia publica*. In his quilibet nul- 11 12

nullius præhabita licentia piſcari poteſt, *d. §. flumina, cum ſimilib. Inſtitut. de rer. diuiſio.* in illis ſolus dominus, vel qui ab eo piſcandi facultatem adeptus eſt ex Accurſ. *in d. §. flumina. ſchol.* 1.

13 Rurſus alia obiectio contra Accurſium corruit deducta *ex d. l. 1. § . loquitur. ff. de aqua quotidian. & æſti. Loquitur autem*, inquit Vlpianus, *prætor in hoc interdicto de aqua ſola, quæ perennis eſt, nulla enim duci aqua poteſt, niſi quæ perennis eſt.* ceu velit Vlpianus priuatas aquas perennes eſſe.

Quod prorſus à mente Vlpiani alienum eſt, nam licet aquarum deriuatio priuatis vſibus applicari poſſit, non tamen inde ſequitur perennes aquas publici fluminis priuatas dici, ſed potius omnibus communes, vt inde poſſint ſinguli ad irrigandos & colendos agros aquam deriuare ex Weſembec. *in paratitla ad eum titulum.*

14 Nec defendi poteſt huiuſce viri doctiſſimi conatus volentis Caſſij ſententiam *in dicto §. fluminum*, relatam, non vt neceſſariam, ſed vt probabilem ab Vlpiano admitti, qui tamen non adeò ſtrictè ac materialiter locutus eſt, prout ex ſequenti paragrapho plane deducitur. Poſtquam enim ipſius animo ſedit præcedens fluminum diuiſio, interdictum illud ad publica flumina referendum ſtatuit, non ad priuata, quæ ab alijs priuatis locis in nihilo differunt.

15 Nec his obeſt Iuſtinian *in d. §. flumina, Flumina*, inquit, *omnia publica ſunt*: dictio enim illa, *omnia*, publica dumtaxat, & perpetua flumina comprehendit ex Accurſ. *inibi, ſchol.* 1. exemplum ſtatuente *in Rheno & Pado*, cui præter loca à ſe congeſta fauet Vlpianus *in d. l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fluminib.* vt non immerito Martianus noſter *in fluminis publici diuerticulo* dixerit, hoc neceſſario epitheto flumini adiecto.

16 Quibus ſic præhabitis aduerſus concluſionem noſtram pro dubitandi ratione facit, piſcandi facultatem in flumine publico iure naturali omnibus competere. *§. flumina, Inſtitut. de rer. diuiſio. l. nemo ff. eodem titul.* & naturali iure piſces capientium effici. *l. 1. §. vltim. ff. de acquiren. rer. domin.* poſt alios Ruin. *conſil.* 28. *in princip. lib.* 1. Fachineus *lib. controuerſ. iur.* 5. *c.* 1 *verſ atque ita reſponderunt*, cum *in principio* ſacræ ſcripturæ, ac iuris ciuilis loca in comprobationem euocaſſet.

17 Quo fit, vt nec domini in ſuis territorijs piſcãdi ius prohibere poſſint. ita notat Ioan. Faber *in d. §. flumina*, quem ſequitur Guido Pape *deciſio.* 514. vltra ordinat. *in d. §. flumina*, Cepol. *de ſeruitutib c.* 4. cum alijs, quos retulit Couarru. *dicta regul poſſeſſor. 2. part* §. 4. *num.* 7. Auendan. *in capitib. corrector. 1 part. c.* 12. Forcatul. *dialo.* 85. Duaren. *lib. diſputat. 1. c.* 52. Fachin. *dicto lib. 1. c. 1. in princip.*

Cui ſententiæ ex mente Bartoli *in d. l. quo minus. numer. 29. in princip.* Iaſon *numer.* 99. fauet Papinian. *in l. vltim. ff de vſucapionib. Præſcriptio*, inquit, *longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca iure gentium publica concedi non ſolet.* Cum igitur locus publicus ſit flumen *ex lege noſtra, in fluminis publici diuerticulo*, nulla potuiſſe videtur cadere præſcriptio.

18 In qua difficultate componenda Accurſ. vt ab ea incipiamus, aliquas ſolutiones profert. Primo, *d. l. vltim.* in longa præſcriptione intelligit decem vel viginti annorum, *noſtram* in longiſſima triginta vel quadraginta. Quæ ſententia ex prædictorum iurium diſpoſitione ſuaderi videtur, altera verbis hiſce contexta, *præſcriptio longæ poſſeſſionis, in d. l. vltim.* altera diſſimilibus. *ſi quis pluribus annis in lege noſtra.* Accurſio autem conſentire videtur ex alijs Ruin. *conſil. 28. n. 14 lib.* 1.

19 Verum conciliatio hæc diruit, nec diſcrimen hoc inter hæc duo iura ſuſtineri valet, maxime ſtante *verſicul. vel ſi quis eiuſdem l. vltim.* in quo *noſtra* verba tranſcripta inueniuntur, cum tamen *illic* Papinianus contra Martianum *in præſen.* reſpondeat, ſeque ad præcedentes verſiculos referat, in quibus de longi temporis præſcriptione locutus fuerat.

20 Secundo, inquit Accurſ. ideò *in d. l. vltim.* ab eo, qui præſcripſit, alterum eodem iure vti prohiberi non potuiſſe, quoniam prohibitio hæc in vicinorum damnum vertebatur; cum tamen in ea nullum verbũ inueniatur, quod ad commodum, vel incommodum vicinorum referri valeat.

21 Quapropter tertiam conciliationem profert Accurſ. cuius authorem dicit Ioanẽ interpretem antiquum, & hanc ſequũtur Bartol. & cæteri *in dictis iurib* idem Bart. *in d. l. quo minus, 2. nu.* 30. vbi Iaſ. *n.* 99. Ripa *n* 101. *ff. de fluminib.* Carol. Ruin. *cõſ.* 28. *n.* 14. *lib.* 1. Balb. alios adferens *de præſcript. 4 part. 5 part. principal. quæſtio 6. num. 1. verſic. ad hunc textum reſpondet Bartolus*, Matth. Weſembec. *in paratit. ad titul. ff. de ſeruitutib. num. 5. ad med.* Cuiac. *ad l. 45. quæ in vulgatis codicibus vltima eſt. ff. de vſucap.* Gotofr. *in præſen. verb. prohibet, & in d. l. vlt. verb prohibeat* vt Papinian. *in d. l. vlt.* de illo agat, qui pluribus annis in flumine publico piſcatus ſit, iam tamen nõ piſcatur, ac per conſequens ius iſtud poſſidere deſijt. Huius enim deſertionis cauſa ius prohibendi amittit, & ad priſtinum ſtatum publicus locus reducitur, vt omnibus prout antea ſit communis. Martianus vero noſter de eo intelligatur, qui prohibitionis tẽpore à iuris illius quaſi poſſeſſione nuſquã deſtiterat, cuius non interruptæ longæ quaſi

poſſeſſionis ratione alium quemcumque iure ſuo vti prohibere rectè poreſt.

22 Quæ interpreiatio *dictæ l. vltima* conſona videtur, in cuius principio cum regulam Papinianus propoſuiſſet, loca poblica præſcribi non poſſe, duobus eam exemplis confirmat. Primum in eo ſtatuit, qui in littore pluribus annis ędificium habuit, ædificio enim funditus diruto, vel à domino derelicto, alius quilibet eius loci commoditate vti non prohibetur, quamquam enim, dum ædificium ſtetit, domioos præoccupaiionis prohibitioniſue ius habuit. *l. riparum 5. cum ſequenti. ff. de rer. diuiſio.* poſtea tamen diruto ædificio, vel derelicto locus ille ad priſtinam conuerſus eſt naturam.

23 Aliud exemplum Papinianus format in eo, qui in flumine publico piſcatus eſt. Quod vt rectè præcedenti reſponſo conueniat, ſimile eſſe oportet. Quare ſupponendum eſt hunc pro derelicto ius illud piſcandi habniſſe, & iam in eius quaſi poſſeſſione non exiſtere, *in lege* verò *noſtra* retinuiſſe. Quam conciliationem poſt pulchra & ridicula verba authoritate ſua confirmat Zaſ. *in diſſolutio. anno-miar. 2. parte, num.* 1.

24 Hæc tamen Accurſij, & aliorum ad hæc duo iura contraria ſolutio ex ſequentibus euerti videtur. Primò, nam diuinationem cõtinere videtur. Vnde enim quæſo in noſtro Martiniani reſponſo conſtat, eum, qui pluribus annis piſcatus ſit, in quaſi poſſeſſione adhuc extitiſſe eo quo prohibuit tẽpore? Deinde quænam inter Martiani & Papiniani reſponſa differentia conſtitui poteſt? vt alterũ in eo, qui iam quaſi poſſeſſionem non habebat, alterum io eo, qui ea nuoquam vti deſierat, locum habeat, cum diſtinctioni huic expreſſim obeſſe videatur *verſicul. vel ſi quis, dicta l. vlt.* in quo Martiani verba ad litteram Papinianus profert?

25 Quibus difficultatibus vt reſpondeat, & Baldi cæterorumque opinionem confirmet Franciſc. Balb. *vbi ſuprà*, noſtrum textum intelligendum adſerit, quando quis eſt in quaſi poſſeſſiooe piſcandi, quia poteſt ſecundum eum præoccupationis iure in eadem parte alium eo iure vti prohibere, etiamſi præſcriptio impleta oon ſit: qua etiam completa ſi locum occupare deſijt, non poteſt aliom eo iure denuo vtentem prohibere, & hunc eſſe ſenſum *dicta l. vlt.* cum res, ſiue locus publicus ex deſerta occupatione quantumuis longa in priſtinum ſtatum reformetur. *l. quod in littore. 14. prope finem. ff. de acquiren. rer. domin.*

26 Verũ hæc Balbi collectio nedum communem ſententiã non adiuuat, quin potius ipſi eſt omnino aduerſa, & parum profecto, vel certe nihil proficit, quooiam Martianus loci publici præoccupationi nõ innititur, vt perperã Balbus, & ante illum Ioannes antiquus interpres exiſtimarunt, quæ vera eſſet, etiãſi momento locum publicum quiſquã præoccupaſſet tam longo annorum curriculo non expectato. *l. 3. ff de acquiren rer. domin. l. 48. tit. 8. part. 3.* ſed potiùs ſe fundat io præſcriptione ordinaria decem annorum completa *ex lege noſtra*, ibi, *pluribus annis piſcatus ſit.*

Quid enim aliud ſignificat verbum illud, *pluribus annis*, quã neceſſariam eſſe plotiũ annorum præſcriptionẽ, vt poſſit quis alterum in ea fluminis parte piſcari volentẽ prohibere? Quod etſi *in lege noſtra* expreſsũ non adpareret, reſpectu tamen Rubricæ *de diuerſ. & tẽporalib. præſcriptionib.* ſub qua cõſtituta eſt, deberet eius deciſio ad præſcriptionẽ referri. *l. Imperator. 19. cũ vulgat. ff. de in diẽ addictio.* Quod adeò ex communi omnium interpretũ ſuffragio verũ eſt, vt plurimi ex eis teſte Ruino *d. cõſ. 28. n. 14. lib. 1.* Conart. *in reg. peccatũ 2. parte, §. 8. n. 10.* ten uerior, noſtri textus deciſionẽ ab aduerſa differre, eo quod illa in longa, noſtra in longiſſima præſcriptione procedat. Ex quibus perſpici poteſt, quã lõge à mente conſultorũ, & ſcribentiũ Balbi collectio abertet.

27 Quarta & vltima ab Accurſio in prædictis locis conciliatio adfertur, quam ipſe magni facit, *in lege noſtra*, reſcriptum principis præſcriptionem præceſſiſſe, *in d. l. vlt.* reſcripium interceſſiſſe nullum. Nec huic interpretationi Accurſius obeſſe adſerit difficultatem à ſe cooſideratam, præſcriptione ſcilicet opus nõ fore, vbi reſcriptum principis iotervenisset, id enim ſufficit, vt flumen quantumuis publicum priuatum fiat, quod longe difficilius eſt, quam ex reſcripto ius prohibẽdi adipiſci.

28 Quoniam alias, inquit ipſe Accurſius, præcedente reſcripto præſcriptione opus eſt. *l. vlt. C. de fund. patrimonialib. lib.* 11. Quę lex, ni fallor, Accurſij conatum minimè probat, cum in ea lex generalis cõtineatur, vt triginta, ſeu quadraginta annorum poſſeſſio præſcribentem tutum ab omni moleſtia & inquietudine faciat, quod iam generaliter ſtatutum fuerat *in l. ſicut in rem. 3. cum ſimilib. C. de præſcriptio. trigint. vel quadragint. annor.* Nulla vero in lege illa reſcripti mentio fit.

29 Quod è contra, etſi verum eſſet, *noſtra legi*, cooueniте nõ poſſet, in qua Martianus principis priuilegium non meminit, quod vtique, ſi neceſſarium eſſet, expreſſiſſet. *l. vm. §. ſin autem ad deficientis. C. de vete. iure enuclean.* Socio. *n. 12.* Ripa *n 32.* Salicet. *n. 14.* Alciat. *nu. 3. in l. 3. ff. de legat. lib.* 1.

30 Quare Accurſ. *in præſen.* hanc vltimam interpretationem damnat *ex c. veniens. 19. de præſcript.* in qoo præſcriptio & priuilegium adeò incompatibilia iudicantur, vt locum ſimul

habere

habere nequeant: quæ communis & vera eſt canoniſtarum ſententia.

31 Hac difficultate cognita Othoman. *in d. § flumina, Inſtitut. de rer. diuiſio.* contendit, *legi noſtræ* negationem addendam, & ſic conſona eſſe Papiniani & Martiani reſponſa. quam lectionem probat Gribald Mopha, cuius facta mentione idem tentant Weſembec. *in paratitla ad titul. ff. de ſeruitutib. num.5.* Balduin. *in d. §. flumina*, Connan. & alij, quos *hic* retulit, *ſchol. vlt.* Gotofred.

32 Sed ſi verum fatear, hæc legum correctio, verborumque detractio, vel additio mihi nunquam ſatis placuit, nec huiuſmodi emẽdationes contra vulgatam editionem in forenſi iudicio admittuntur. Quamobrem iure optimo emendationem hanc, & inanem coniecturam damnarunt Ludou. Charond. *lib. veriſimil.1.c.21.* Ioan. Robert. *lib. recep. lectio. 2.c.7.*

33 Ipſi tamen aliter hanc difficultatem ſoluunt: alter *dicto lib. veriſimil.1.c.22.* alter, *libro 1. recep. ſenten. c.17.* quorum conciliationem à peritiſſimis Salmanticæ præceptoribus olim probatam teſtis eſt Pichard. *in d. §. flumina. num.3.* vt Papiniani reſponſum locum habeat non in iuris, ſed in loci præſcriptione, Martiani verò ſecus non in loci, ſed in iuris præſcriptione loquatur.

Cuius ſolutionis fundamentum, vt facilius agnoſcatur, ſciendum eſt, *in d. l. vlt.* eum qui pluribus annis piſcatus eſt, inhibere voluiſſe alterum denuo in eadem fluminis par-
34 te piſcantem, ne iure vteretur ſuo ex loci publici præſcriptione, quæ cum ſit iure prohibita. *l. vſucapionem.9 ff de vſucapionib. l. viam publicam. 2. ff de via public. l 7. titul. 9. partit.3. l.3. & 8. titul.7. lib.7 recopilation.* prohibitio nulla officit cuicumque alij eo in loco piſcari volenti. Secus ſi ex iuris piſcandi præſcriptione prohibitio fiat *ex lege noſtra.*

35 Quæ Charondæ conciliatio, licet ſubtilis videatur, iuribus tamen hiſce aduerſa videtur, cum eadem Martiani verba Papinianus expreſſerit, & aduerſum omnino reſponderit, ac differentia Charondæ videatur potius verbis, quam rebus formam dare, cùm tamen è contra res magis, quam verba intuenda ſint. *l. promittendo.42. vbi* Accurſius *verb. intuenda ſunt* iura ſimilia euocat. *ff. de iure dotium.*

36 Veruntamen ad ſubſtinendam Charondæ ſolutionem, & rem hanc apertius elucidandam conſtitui poſſet, *in principio dictæ l. vlt.* compertum habuiſſe Papinianum loca publica longa poſſeſſione præſcribi non poſſe, quod vnico exemplo confirmat eius, qui in littore longo tempore ædificium poſſedit: licet enim ex longa præſcriptione vſus hic proprius factus ſit, dum ædificium ſtetit, vt dominus alium quemcumque in eo loco ab eo tempore ædificare volentem prohibere poſſit, diruto tamen priorius ædificio, vel derelicto locus ille littoris priſtinæ naturæ reſtituitur, vt quiuis eo ad libitum vti poſſit.

Tunc igitur præfatis Papiniani verbis adijcitur *verſiculus, vel ſi quis*, in quo cum eadem Martiani *in lege noſtra* verba proferat, eius reſponſum ad iuris, non ad loci præſcriptionem referri oportet: Charondæ autem expoſitione admiſſa, contrarium præcedenti eſſet, in quo de loci publici præſcriptione agi videtur, niſi principium *dicti verſicul. vel ſi quis*, legere mauis, *& ſi quis*, vt ſit ſenſus præſcriptionem loci publici non valere, vnde diruto ædificio, quod longo tempore in littore Seius poſſederat, poteſt Titius eo etiam renitente aliud conſtruere, cum locus ad priſtinam redactus ſit naturam, quamuis è conuerſo adeo proſit iuris piſcandi in quadam fluminis parte longæua præſcriptio, vt qui eam impleuerit, poſſit alium eo iure iam ſuo vti prohibere. quo in ſenſu acceptus ille verſiculus cum lege noſtra mirum in modum conuenire videtur.

Hanc tamen expoſitionem eiſdem de cauſis, quibus ſuperiorem Connani & Othoman., Weſembecij, & aliorum reijciendam puto, ne *legis illius* litteram immutari opus ſit, quod ab inſtituto meo longe abhorret. Nec aliter ea retenta prædictus *verſiculus* intelligi poſſit, qui expreſſim de iuris præſcriptione agit, imò nec *in præcedente* dubitatur, an valeat loci publici præſcriptio, iam enim *in principio legis* generalis regula propoſita fuerat, longæ poſſeſſionis præſcriptionem ad obtinenda loca iure gentium publica non prodeſſe, ſed an vſu finito, ex deſertione, ſeu euerſione ædificij omnino ius prohibendi ceſſet? 37

Iam ergo ſatis *ex prædictis* conſtat, nullam ex interpretationibus hiſce non claudicare, nec aliam ſupereſſe, vt difficillimum videatur aliquam ex ipſis eligi, & à contrarijs argumentis defendi. Neque conſentiam exitu & ſolutione hanc antinomiam adeò eſſe difficilem, vt nulla poſſit inter hæc duo iura conciliatio admitti, cum communis rectè perpenſa rem hanc ſatis expediat, quæ diſcrimen ſtatuit inter præſcribentem, qui poſſidere deſijt, & illum, qui adhuc poſſeſſionem retinet. 38

Eam igitur *in præſenti diſputatione*, non leuibus fũdamẽtis potiorẽ iudicaui. Imprimis, quia *in d. l. vlt.* Papinianus eã ſemper ſpeciem cõſiderauit, in qua vſus poſt longã quaſi poſſeſſionẽ deſijt, vt *ſuperius* accuratè oſtẽdimus. 39

Cuius interpretationis veritas ex eo noti- 40

oi ſit, quod, vt reor, diuerſum conſulti iudi-
carunt loca publica obtinere, vel ius piſcan-
di ex præſcriptione acquirere. Primum
iure optimo negant, ne loca publica priuato-
rũ propria fiant, atq; ſi ſemel ab acquiſiti iu-
ris quaſi poſſeſſione ceciderint, vel, vt ſtri-
ctiùs loquar, poſſidere deſierint, ius prohi-
bendi ex præſcriptione quæſitũ amittunt, cũ
locus adhuc ille publicus maneat. Quæ dom
dntat: quaſi poſſeſſio ius prohibendi tribuit,
non quidem ex loci publici adeptione, ſed ex
cõtinuatione occupationis & vſu piſciũ, qui
poſt longam quaſi poſſeſſionem toto, quo
poſtea durat tempore, proprius factus eſt.

41 Qua de cauſa *in d. l. vlt.* ædificio diruto ad
priſtinum ſtatum litus conuertitur. *l. quod in
littore. 14. circa finem. ff. de acquiren. rer. domin.*
quia locus publicus non præſcribitur.

42 Ex quibus primæ difficultati pro dubitan-
di ratione adductę reſpõdetur locũ publicũ,
qui omniũ eſt vſui & vtilitati, expoſitus non
præſcribi, eius vſum, & cõmoditatẽ præſcribi
quæ occupantis, dũ occupat, ſit, ac per con-
ſequens poſſideit. Quæ ſane ad noſtrum tex-
tum potiſſima eſt decidendi ratio, quam o-
mnes interpretes pluribus confirmant.

43 Vnde cauendum eſt ab Accurſ. *in d. § flu-
mina verb. in omnibus, Inſtit. de rer. diuiſ.* adſerente
piſcandi ius & prohibendi, ne alius eo iure
vtatur, longi temporis quaſi poſſeſſione præ-
ſcribi nõ poſſe *ex d. l. vlt ff de vſucapionib.* Com
contraria verior ſit & tenenda *ex lege noſtra &
ſimilib. l. vſum. 4 C de aquæduct. lib. 11.*

44 Cum vero piſcandi ius omnibus commu-
ne ſit. *d. § flumina. l. 4. tit. 28. part. 3.* & piſcis pro-
prius accipientis fiat. *l. 1. § vlt. l. 3. ff. de acquiren.
rer. domin.* iuſte ab occupante ius illud poſſi-
45 detur non adepto prohibendi effectu, donec
præſcriptio completa ſit, quæ valebit omni-
no in re, quæ poſſideri enim licte valet. *l. ven-
ditor. 13. vbi* Accurſius & interpretes *ff. commũ.
prædior.* Quam ſententiam pluribus, quàm alij
confirmat Dec. in cauſa, quæ pependit inter
Methimnæ Ducem, & Tariſæ Marchionem.
conſil. 271. lib. 1.

46 Sed Accurſij ſententia, quã ſemper vbique
magnifacio, intelligenda eſt in terminis *dictæ
l. vlt.* quam pro ſe inducit: quando videlicet
poſt longæuam præſcriptionem impletã quis
poſſidere deſijt. Licet enim ius prohibendi
acquiratur, non tamen adeò proprie, & ex
radice, vt ita dixerim, acquiritur, ſicut res cor-
porales, quæ poſſideri poſſunt & adprehẽdi.

47 Ex prædictis regula generalis colligitur,
ea quæ iure gentium communia ſunt omniũ,
præſcribi nequaquam poſſe, quæ latè Iuſti-
nianus commemorat *ex §. & quidẽ naturali iu-
re, vſque ad §. vniuerſitatis, Inſtit. de rerum diuiſio.*
& ante eum *in diuerſis locis* conſulti, & Impe-
ratores. *l. 3. 4. & 6. titul. 28. part. 7.* Cui regulæ
plures limitationes adſcribit Balb. *in dicta 4.
parte. 5. partis principal. quæſtio. 6.* quas apud ipsũ
lector inueniet. Eorum tamen vſus, qui pri-
uatorum proprius effici poteſt, *ex prædictis* re-
ctè præſcribitur.

Hinc infertur ad quæſtionem, vtrum ve- 48
natio ſeu piſcatio à principibus prohiberi
poſſit? quam ex alijs examinat Fachin. *libr.
controuerſ. iur. 1. c. 1.* In qua partem negatiuam
defendunt Ioan Andr. Butr. Deci. Iaſ. Tiraq.
Caſane. Craue. Menoch. Cuiac. & alij, quos
refert Fachin. *d. c. 1. verſic. atque ita reſponderunt.*

Quos mouet primo, diuino iure, piſcandi 49
ac venandi poteſtatem hominibus conceſsã
eſſe. *Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginem &
ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, &
volatilibus cœli, & beſtijs vniuerſis terræ. & c. 9. Ter-
ror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ,
& ſuper omnes volucres cœli.*

Secundo, Ariſtotel. *in politic. Naturaliter ho-
mini dominium in belluas conceſſum*, ait, *quas ve-
nando capere poteſt.*

Tertio, probatur *in l. 1. & 3. ff. de acquiren. rer.
domin. l. iniuriarum, 13. § vlt. ff. de iniur. §. feræ igi-
tur, Inſtit. de rerum diuiſio. c. ius naturale. 7. diſtin-
ctio. 1.* quorum verba recitat Fachineus.

Pro adfirmatiua idem Fachin *dicto c. 1. verſ.* 50
quibus tamẽ non obſtantibus, refert Couarru. qui
tredecim alios refert, Nattam, Ruinal. Se-
baſtian Medic. & Zoanetum *in locis ab eo ad-
ductis*. Fundamentum huius ſententiæ poſitũ
eſſe ait *in c. nemo retia, in titu. de pace tenen. & eius
violatorib. in vſibus feudor.* cuius verba refert *in
verſic. probatur autem hæc ſententia.*

Deinde reſpondet contrariæ ſententiæ ar- 51
gumentis ex mente Couarru, cuius verba re-
fert, *verſic. ſecundo probatur, & ſequenti*, volentis
primo rerum communium vſum poſſe prin-
cipem ex cauſa, & per conſequens venatio-
nem, vel piſcationem priuatis interdicere,
quod prius ratione probauerat.

Secundo feras, volucres, & cætera anima- 52
lia communia non eſſe poſitiue & adfirma-
tiue, quia omnium propria ſint, ſed negatiue,
quia nullius ſunt, & iure naturali nulli ſunt
applicata, ex diuo Thoma 1. 2. *quæſtio. 94.
articul. 5.* vt venatio iure naturali omnibus
permiſſa quibuſdam ex cauſa prohiberi poſ-
ſit, quia ſecundum Couarru. non valet argu-
mentum: *Hoc iure naturali permiſſum eſt, ergo hu-
mana lege prohiberi non poteſt*, cum multa
iure naturæ liceant, quæ inſpecta reipublicæ
vtilitate, & iuxta æquiſſimum communitatis
regimen lege humana prohiberi poſſunt. va-
let tamen negatiue conceptum: *Hoc iure na-
turæ prohibetur, lege igitur humana permitti non
poteſt.*

Ex quibus infert Fachin. etſi Deus anima- 53
lia

Digitized by Google

lia hominum poteſtati ſubiecerit, principi-
bus tamen homines ſubiceſſe. *c. omnis anima.
2. de cenſib.* quibus iuſta imperantibus, & ve-
nationem ob iuſtas cauſas prohibentibus
obtemperandum eſt. *c. magn. iin. 28. 11. quaſt. 1.
c. ſolita 6. de maiorita. & obed. princip. part. 2. vbi*
Gregor. *ſchol. 5. & 8. l. 1. tit. 1. eadem part. 2.*

54 Septem autem venationis, vel piſcationis
prohibendæ iuſtas cauſas refert in principe
Fachineus, *ex verſic. ſunt autem*, ex communi o-
mnium ſententia. Quas aliorum teſtimo-
nijs comprobat. Prima, cum ex conſuetu-
dine antiqua principibus ſolis venandi po-
teſtas conceſſa eſt. Secunda, ſi poteſtas ea
principi ab Imperatore indulta ſit in ipſa du-
catus, comitatus, vel marchionatus inueſti-
tura, quod *inferius in* conceſſione priuato à
Rege facta probauimus, & adſerit Couarru.
in regul. peccatum. 4. de regul. iur lib. 6. 2. part. §. 8.
num. 10. Tertia eſt, cum ſubditorum con-
ſenſus adeſt, qui prohibitioni à principe fa-
ctæ acquieſcunt, & longum tempus præter-
labitur. Quarta, ſi temporis vetuſtas adſit,
cuius initij memoria non extet, ex quo prin-
cipes ſubditis ſuis venationem prohibue-
runt. Quinta, ſi principes quædam ſibi loca
eligant, in quibus venationem, cæteris eam
interdicentes exerceant. Sexta, ſi venatio à
principe prohibeatur, ne agricolæ, artifices,
mercatores, operarij & mercenarij venandi
ſtudio nimis dediti officia ſua & miniſteria
deſerant, quibus ciuitates conſeruantur. Sep-
tima eſt, ne venationis prætextu arma ſubditi
ferant, iræ excitentur, homicidia & latroci-
nia committantur, ex quibus pax publica
perturbetur.

Quæ tres vltimæ cauſæ ſpecialiter in regijs
legibus venationem hoc, vel illo modo in-
terdicentibus exprimuntur, prout *in regijs le-
gibus, & pragmaticis annorum*, 1611. & 1617. vi-
dere licet.

55 Sed numquid princeps poſſit priuato cui-
libet ius ſuum in fluminibus publicis, & ius
prohibendi alios piſcari, ſeu venari, concede-
re? quæſtionis eſt. Imprimis autem dicendū
videbatur, id principi non licere. Cum enim
naturali iure flumina publica communia ſint
omniū, *dicto* §. *flumina, Inſti. de rer. diuiſione*, nec
principi iura naturalia immutare liceat. §. *ſed
naturalia, Inſtit. de iure natura.* conſtat principi
non licere loci publici proprietatem priuato
concedere.

56 Contrariam tamen ſententiā tuetur Ac-
curſ. *in præſen & in l. ſane ſi maris. 14. ff. de iniur. &
in l. ſi venditor. 13. in princip. ex ea. ff. commun. præ-
diorum, vbi* conſultus Tynnaria meminit, de
quibus Decius agit *conſ.* 271. & 272. *libr.* 2. ea
nos, *almadrauas* dicimus. Vlpianus *Tynnariam
piſcationem* appellauit.

Vnde & nos *Tynnaria* proprie dicimus lo- 57
ca in ipſo maris littore conſtituta, vbi Tynni
capiuntur, quā uis loca hæc ad hunc effectū
parata & inſtructa, latinè *cetariæ*, aut *cetaria*,
dicantur apud Plin. *lib. natural. hiſtor. 9. c. 15. &
30.* Horatium *in lib. 2. ſermon. ſatyra 5.*

Plures adnabunt Tynni, & cetaria creſcent.

Accurſium autem poſt alios ſequitur Carol.
Ruin. *conſ. 28. ex n. 2. conſ. 29. n. 1. lib. 1.* Deci. *conſ.
271. verſic. & vlterius.* Couarru. *in relectione c. pec-
catum. 4. 2. parte*, §. 8. *de reg. iur. lib. 6.* & alij, quos
adfert Fachin. *dicto lib. controuerſ. iur. 1. c. 1. verſic.
quibus tamen non obſtantibus.*

Interpretum horū fundamentū ex eo de- 58
ſumitur, quòd loca publica ad Regis iuriſdi-
ctionē ſpectent, *c. 1. quæ ſint regal. cū ſimilib.* Nil
minū igitur poſſe principē ius, quod ipſe ha-
bet, alteri viendū concedere. Quod vt prin- 59
ceps facere poſſit, conſenſus populi nō requi-
ritur, prout quidā exiſtimauerunt, teſte Patre
Domini. Soto. *lib. de iuſtit. & iure. 4. quaſtio. 6.
artic. 4. verſic. ſecundo princeps.*

Principis autē priuilegio longiſſima præ- 60
ſcriptio æquiparatur, ex qua idcirco in flumi-
ne publico proprietas priuato acquiritur.
Quod ſane argumēto à cōtrario ſenſu, quod 61
eſt in iure fortiſſimū. *l. 1. §. huius rei, cum ſimilib.
ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdict.* docet con-
ſultus *in d. l. vlt. ff. de vſucap. in princ.* dū firmat lō-
gæ poſſeſſionis præſcriptionē ad obtinenda
loca iure gentiū publica concedi non ſolere.
Vult enim è conuerſo, ad ea obtinenda lon- 62
giſſimi temporis præſcriptionē ſufficere, id-
que interpretes *paſſim vbique* probāt, maxime
Couarr. *in dicta reg. peccatum. 2. part.* §. 8. *nu.* 10.
qui latiùs, quàm alij diſputat, Fachin. alios
adferens *dicto lib. 1. c. 1. verſic. quarta cauſa eſt, ex l.
2. & vlt. ff. de aqua pluuia arcen.*

Licet autem ex longiſſima præſcriptione, 63
priuilegio principis, vel conſuetudine populi
conſenſu ſtabilita flumen publicum priuatū
fieri poſſit, piſces tamen capientium efficiun-
tur, nec eos in foro conſcientiæ aucupantes
reſtituere tenentur, teſte ex Medina & alijs
Couarru. *dicto* §. 8. *num.* 10.

Quinimo prohibentes piſcationem, ſeu 64
venationē in fluminibus, locisue publicis, vel
priuatis etiā proprijs, ad reſtitutionē damni
vicinis illati tenentur ex piſcandi aut venan-
di prohibitione, puta, ſi ex multitudine ani-
maliū ſegeribus damnum inferatur. Quod *in
regia pragmatica anni* 1617. expreſſum eſt, & la-
tiùs probat ex Caiet. Couarru. *in d.* §. 8. *nu.* 11. 65
à quo diſputare incipit, an teneatur in foro
poli, vel exteriore reſtituere quod cepit qui
in priuato ſingularis domini loco venatur?
maxime ſi locus ſit muro circumdatus, & an
liceat in eos capitali ſupplicio animaduerte-
re, qui venantes aut piſcantes inuēti fuerint?

 Quas

Quas quæſtiones lata etiam diſputatione proſequitur Pater Dominic. Sot. *lib. 4. de iuſtit. & iure quæſtio. 6. art.* 4. Fachin. *dicto lib. 1. c. 1. verſic. ſupereſt*, de pœnis eorum agens, qui contra principis edictum venationi, vel piſcationi operam dant. Quam quæſtionem poſt diuerſas interpretum ſententias relatas concluſionibus expediuit, pro prima vice capitis pœnam infligendam non eſſe probans, & materiæ huius ſpecies omnes complexus.

Hæc tamen venandi, aut piſcandi liber- 66
tas in Hiſpania tam in publicis, quam priuatis locis certis anni menſibus, *in l. 1. & ſequentib. tit. 8 lib 7. recopilation.* interdicta eſt, qui feris, ac piſcibus gignendis vacant. De quibus omnibus longior à nobis alibi Deo dante inſtituetur ſermo. Hæc nunc ad verum Martiani ſenſum elucidandum ſufficiant.

Ex l. Titia. 134. ff. de verbor. obligationib.

SVMMARIA.

1 *Diuiditur textus littera.*

2 *Concluſio ſignatur.*

3 *Pœnalis tertij ſtipulatio valet, vt Titius & Seia matrimonium contrahant.*

4 *Ex pœna inter extraneos ſtipulatione matrimonij libertas non impeditur.*

5 *Si extranei tacitè, vel expreßim pro ſponſis pœnam promittant, ſtipulatio eſt inutilis.*

6 *Inter contrahentes arrharum nomine pœnalis ſtipulatio interponi ſolet.*

7 *Stipulatio in faciendo, vel non faciendo concepta pœnam recipit.*

8 *Pœna quantitati incerta iudicis arbitrio ad partis intereſſe reducitur.*

9 *Deciſio noſtra, & concluſio iuribus & interpretibus confirmatur.*

10 *Pauli Caſtrenſis ad hanc legem interpretatio proponitur.*

11 *Reijciuntur Pauli & Zaſij explicationes.*

12 *Relatiuum* eorum *in textu poſitum ad filios Accurſius refert.*

13 *Sponſalia vnde dicta? & quare ſponſus & ſponſa dicantur?*

14 *Sponſalium contractus per alium olim fieri non poterat, ſicut nec ſtipulatio.*

15 *Parentes pro filijs, amici pro amicis, tutores pro pupillis ſtipulatione præcedente ſponſalia contrahebant.*

16 *Vxores aliquando filijs à patre in teſtamento deſtinabantur.*

17 *Conuentio à patribus facta à contrahentibus olim adprobari debebat.*

18 *Mens Pontificis in c. 1. de deſponſatio. impuberum oſtenditur.*

19 *Stipulatio in lege hac ob adiectionem pœnæ non valuit.*

20 *Adfinitas adfinitatis eſſe non poteſt.*

21 *Pœnæ ſtipulatio in matrimoniis ob libertatem in eis à iure requiſitam non valet.*

22 *Modica etiam pœna ſponſalibus adijcienda non eſt.*

23 *Res ſuas nemo iactare præſumitur.*

24 *Agenti ad pœnam ſponſalibus adiectam doli mali obſtat exceptio.*

25 *Quod nullum eſt, reſcißione non eget.*

26 *Intellectus Pauli Caſtrenſis ad ea verba,* agenti exceptionem doli mali obſtaturam, *proponitur.*

27 *Pœnæ adiectio in matrimoniis non omnino aduerſa bonis moribus naturalibus videtur.*

28 *Actio ad matrimonium, in quo fuit conſtituta pœna, non datur.*

29 *Pœna ſpōſalibus adiecta iuramento ex Speculatore, & alijs confirmatur.*

30 *Iuramentum actum alioqui mutabilem firmum & irreuocabilem reddit.*

31 *Legitima renunciatio à filia facta iuramento confirmatur.*

32 *Minor contrahens cum iuramento prætoris auxilio non iuuatur.*

33 *Contra pactum prorogandæ iuriſdictionis iuratum etiam re integra quis venire non poteſt.*

34 *In contractibus innominatis pœnitentia non admittitur, ſi iuretur.*

35 *Iuramentum ſponſalibus adiectum implendum videtur.*

36. Ex

36 *Ex hoc iuramento publica vtilitas non læditur.*

37 *Iuramentum actus, cui adhæret, naturam ſortitur.*

38 *Cum pœna ſponſalibus adiecta iure improbetur, iuramento non confirmatur.*

39 *Iuramentum, cui lex reſiſtit iniquitatis vinculum eſt, nec ex eo actus prohibitus confirmatur.*

40 *Ex coactis nuptijs praui reſultant effectus.*

41 *Læſo hic fauore publico pœnam prohiberi adſerit.*

42 *Matrimonium liberrimus contrahentium conſenſus informat.*

43 *Fauori publico priuatorum pactis derogari non poteſt.*

44 *Pœnam ſponſalibus adycientes venialem culpam admittunt.*

45 *Verba negatiuè concepta vinculum neceſſitatis inducunt.*

46 *Iuramentum contra bonos mores ſeruari non debet, nec vllam producit actionem.*

47 *Abſolutio à iuramento contra bonos mores ex Couarru. & Thoma Sanchio neceſſaria non eſt.*

48 *Vera interpretatio c. cum quidam. 12. §. vltim. de iureiuran.*

49 *Actus de ſe iniuſtus iuramento iuſtus effici non poteſt.*

50 *Reſpondetur c. cum contingat. 18. de iureiurand.*

51 *Renunciatio legitimæ filij ſolius fauori detrahit.*

52 *Renunciatio legitimæ à filio facta nullam ex parte ſtatut[i] [illegible] contraret.*

53 *Contractus à minore cel[e]bratus cum naturaliter obligat, iuramento accedente etiam ciuiliter.*

54 *Reipublicæ intereſt, matrimonia libera eſſe, nec pœna vinculo adſtringi.*

55 *Pœna ſponſalibus adiecta dolum, & venialem ſaltem culpam inducit.*

56 *Pœna in matrimonio, & iuramentum ei accedens iuri, & bonis moribus aduerſa ſunt.*

57 *Pœnæ ſtipulatio in ſponſalibus iuramento ex veriore ſententia non confirmatur.*

58 *Verba l. mulieri & Titio. 74 ff de conditionib. & demonſtrationib. recitantur.*

59 *Mulier conditioni,* ne nubat, *non parens ius accreſcendi non habet ad partem alteri ſub ea conditione relictam.*

60 *Qui ad legatum contra teſtantis mentem admittitur, ius accreſcendi non habet.*

61 *Vſusfructus Titij mulieri accreſcit, ſi Titius moriatur, aut capite minutus ſit.*

62 *Fichardi ad d. l. mulieri & Titio, interpretatio refutatur.*

63 *Pars Titij mulieri, quæ conditioni non paruit, non accreſcit ex communi ſententia.*

64 *Litteræ legis noſtræ immutatio à Gotofredo facta impugnatur.*

65 *Declaratur Bartoli ſententia, & ortæ difficultati reſpondetur.*

66 *Mulier conditioni,* ne nubat, *non parens, nec ſuam nec Titij partem ſemel quæſitam amittit.*

67 *Verba l. hoc genus. 106 ff. de conditionibus & demonſtrationib. recitantur.*

68 *Legatum mulieri,* ne Titio nubat, *non acquirit mulier, quamuis alij nupſerit.*

69 *Negatiuæ dictionis proprietas in perpetua duratione agnoſcitur.*

70 *Lex generaliter loquens generaliter & ſine diſtinctione intelligenda eſt.*

71 *Expenduntur Vlpiani verba contra Accurſium, & Coſtæ interpretatio proponitur.*

72 *A ſeparatis non fit illatio.*

73 *Pauli Caſtrenſis ad d. l. hoc genus expoſitio adprobatur.*

74 *Sermo ſimpliciter de nuptijs prolatus de primis, non de vlterioribus intelligitur.*

75 *Expenduntur verba l. cum ita. 63. in princip. & verſic. videamus. ff. de condition. & demonſtration.*

76 *Proponitur quæſtio, an mulier Titio nubere vetita, vidua facta eo viuente legatum amittat?*

77 *Intellectus verus d. l. hoc genus adſignatur.*

78 *Aduerſatiua dictio,* ſed, *præcedentium qualitates repetit.*

79 *Mutianæ cautionis effectus proponitur.*

80 *Quæ in hac quæſtione ſit opinio ſequenda?*

81 *Propria legis noſtræ adnotatur ratio.*

82 *Nuptias liber conſenſus facit.*

83 *Prohibita eſt pœnæ ſtipulatio inter conſanguineos contrahentium proximos.*

84 *Idem iuris eſt in amicis, & ijs, qui graue damnum contrahentibus inferre poſſunt.*

85 *Violentæ nuptiæ difficiles exitus ſemper habere ſolent.*

86 *Pœnæ ſtipulatio ſe facturum, & curaturum à patre in filij ſponſalibus facta valet.*

87 *Pœna quantitatis etiam modica à ſponſalibus amouetur.*

88 *An pœnalis ad intereſſe ſtipulatio in ſponſalibus valeat?*

89 *Intereſſe damni pœnæ ſpecies appellari non poteſt, ceſſantis verò lucrum pœna eſt.*

90 *Diſcrimen inter contractus, & vltimas voluntates quoad conditiones* vt huic nubat, vel, ne nubat.

91 *Pœnæ ſolutio in contractibus hinc inde obligat, ideò non valet.*

92 *Ex legato,* ne huic nubat, *vel* vt ei nubat, *nil mulier amittit, ſed ad matrimonium certa lege inuitatur.*

93 *Diſcrimen inter contractus, & vltimas voluntates*

luntates quoad turpes, vel impoſsibiles conditiones.

94 *Mulier iura corona poſsidens, ſi nubat inconſulto principe, illa non amiſſura videbatur.*

95 *Ea tamen ex veriore amittit ſententia.*

96 *Ratio pracedentis ſententia impugnatur.*

97 *Ex ordinaria poteſtate princeps legibus ſe alligatum profitetur.*

98 *Lex Luſitania in ſpecie à Coſta proponitur, & laudatur.*

99 *In antiquis donationibus eaſdem conditiones nouiſsimus princeps denuo adijcere videtur.*

100 *Regia priuilegia durant ad nutum Regis, quaſi precario conceſſa.*

101 *Mulieris viduitas non inducitur ex neceſsitate nubendi cum Regis conſenſu.*

102 *Legatum puella ſub conditione,* ſi Seio fuerit copulata, *conſequitur poſt initum matrimonium copula non ſecuta.*

103 *Puella, cui mille relicta ſunt,* ſi nubat, *ducenta,* ſi religionem ingrediatur, *eam ingreſſa mille conſequetur.*

104 *Authentic. cui relictum. C. de indic. viduitat. tollen. iure canonico correctam non eſſe communis eſt ſententia.*

105 *Proponitur, ac defenditur authoris contraria opinio.*

106 *Regula,* matrimonia libera eſſe, *ad primas, ſecundas, tertias, ac vlteriores nuptias protrahitur.*

107 *Pro indicta coniugi viduitate nulla ratio adeſt, qua publica ſit priuata ſemper praponenda.*

108 *Conditione vidua,* ne nubat, *iniuncta proles impeditur.*

109 *Virginis ſtatus fœlicior eſt cœlibatu.*

110 *Coniuge mortuo ſuperſtes alij cui velit poteſt coniungi.*

111 *Viri ac filiorum dedecus, & maſtitia matrimonij cedit libertati.*

112 *Maius eſt in Deum, & homines peccatum luxuria vidua, quam ſecunda nuptia.*

113 *Maritus vxori,* ne nubat, *legans in libertatem matrimonij peccat.*

114 *Neceſsitas reſeruandi bona primi matrimonij eius filijs odium ſecundi non inducit.*

115 *Communis ſententia fauorem filiorum principaliter attendit.*

116 *Vis ac poteſtas c. vlt. de ſecund. nuptijs.*

117 *Pœna ſtipulatio inter extraneos mulierem à nuptijs non auertit.*

118 *Pœna coniunctos, vel valde amicos tangens non valet.*

119 *Arrha pœna non eſt, ſed remuneratio virginitatis, aut nobilitatis ſponſa.*

120 *Stipulatio pœna nulla fauore matrimonij valet.*

PAVLVS LIBRO XV.

RESPONSORVM.

l. Titia 134. ff. de verbor. obligationib.

TItia, quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Seio habenti filiam, & tempore matrimonij conſenſerunt, vt filia Caij Seij filio Titiæ deſponderetur, & interpoſitum eſt inſtrumentum, & adiecta eſt pœna, ſi quis eorum nuptijs impedimento fuiſſet: & poſteà Caius Seius diem ſuum obijt, & filia eius noluit nubere. Quæro an Caij Seij hæredes teneantur ex ſtipulatione? Reſpondit, ex ſtipulatione, quæ proponeretur, cum non ſecundum bonos mores interpoſita ſit, agenti exceptionem doli mali obſtaturam, quia inhoneſtum viſum eſt, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſiue futura, ſiue iam contracta.

1 LItteræ huius enarratio caſus figuram ſatis apetit. Diuiditur autem in tria membra eius contextus. In primo Paulus ſpeciem, de qua conſultus eſt proponit. In ſecundo dubitationem. In tertio decidit, deciſionis rationem adijciens. Prima pars eſt *in principio.* Secunda *in verſic. quaro.* Tertia *in verſic. Reſpondit.*

CON-

CONCLVSIO.

2 *Stipulatio pœnæ ſponſalibus, vel matrimonio adiecta, vtpote libertatem matrimonij impediens omnino reijcienda eſt.*

3 Quæ concluſio aliquas, nec leues difficultates patitur. Imprimis obeſſe videtur, quòd tertij cuiuſcumque alterius vltra coniuges promiſſio, ſiue ſtipulatio pœnę valet. *vt Titius & Seia matrimoniũ contrahant*, & in cõditionis defectum ſtipulantem obligat, vt conſtitutam pœnam ſoluat. *l. mulieri, & Titio.* 74. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* quam ad id probandum induxit *in præſentiarum* Bartol. *num.* 1. ex Accurſ. *ſchol. vlti.* quem cæteri ſequuntur, & plures alij, quos recenſet ſecutus P. Thom. Sancti. *lib.* 1. *de ſponſalib. diſputatio.* 30. *nu.* 3.

4 Nec immerito hanc ſententiam præaddućti ſcribentes fouent, ſiquidem ex pœnæ ſtipulatione inter extraneos interpoſita matrimonij libertas non impeditur, cum nihil contrahentium interſit, pœnæ ſtipulationem aduerſus tertium committi ex Accurſio, quem reliqui ſequuntur teſte Thom. Sanctio *vbi ſuprà num.* 5. Qui tamen id ex Hoſtienſi, &
5 alijs à ſe relatis in ea dumtaxat ſpecie accipiendum adſerit, cum ſcilicet extranei abſq; dolo nomine proprio pœnam ex proprijs bonis ſoluendam ſpondent, nam ſi mandato contrahentium ſtipulati eſſent, inutilis foret ſtipulatio, quippe quæ matrimonij liberum conſenſum impediret, eademque prohibitionis vigeret ratio. Ex quibus deduco, nulla iuſta ratione motum videri Paulum, dum pœnæ ſtipulationem aduerſus hæredes committi negat, qui omnino extranei eſſe poterunt.

6 Imo verò, ſi rectius hanc difficultatem perpendamus, & inter contrahentes pœnæ ſtipulatio interpoſita obligat. *l. arrhis.* 3. *l. vlti. cum ſimilib. C. de ſponſalib. l.* 1. *titu.* 11. *vbi* Gregor. Lop. *parti.* 4. cui difficultati ſi reſpondeas, hoc præcipuum in arrharum ſolutione haberi, obeſt adhuc deciſio *l. cum ita legatum* 63. *l. Titio.* 73. §. 1. *ff. de conditionib. & demonſtrationib. l.* 1. *C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. cum alijs eiuſmodi. l.* 4. *verſicu. pero ſi el teſtador. l.* 22. *verſicu. eſſo ſeria titu.* 9. *parti.* 6. Quibus in iuribus palam ſtatuitur, legata Seio ea lege, *Vt Mariam vxorem ducat, vel vt cum ea contrahat*, valere, cùm tamen reſtrictio hæc, ſiue prohibitio matrimonij libertati officiat, vt *in ijs iuribus* docent ſcribentes, & alij plures, quos ad idem refert ſecutus Thom. Sancti. *lib.* 1. *de ſponſalib. diſputatio.* 33. *nu.* 6. & 7. ſtipulatio igitur pœnæ *in ſpecie noſtra* contra Pauli deciſionem committi debuit.

Secunda dubitandi ratio ex eo profluit, quòd ſtipulatio, quæ in faciendo, vel non faciendo, vt noſtratum idiomate vtar, conſiſtit, pœnam recipit, eamque omnino præſtari oportet. §. *non ſolum, Inſtitu. de verbor. obligationib.* §. *alteri, Inſtitu. de inutilib. ſtipulationib. l. vlti. ff. de prætor. ſtipulationib. l.* 38. *titu.* 11. *parti.* 5. 7

Quæ quidem conuentionalis pœna ciuili & canonico iure locum obtinet. *c. ſuam.* 9. *de pœn. l.* 32. *titu.* 5. *l.* 34. *titu.* 11. *parti.* 5. *l.* 215. *in legib. ſtili.* Solet autem pro pœna incerta quantitas promitti, quæ iudicis arbitrio æſtimatur prout ſtipulatoris interfuerit. *l. vni. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt*, Paul. Caſtrenſ. *in. l. ſtipulatio iſta.* 38. §. *alteri. nu.* 1. *ſuprà hoc titu.* at ferè ſemper certæ quantitatis pœna ſtipulationi adijcitur. *l. ſtipulationum.* 74. *ſuprà hoc titu. l. vlti. C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. l. vlti. ff. de prætor ſtipulationib. l.* 35. *titu.* 11. *parti.* 5. Qua igitur de cauſa in lege noſtra pœnæ ſtipulationi vigor & obligatio contra tot prudentum reſponſa, & excogitatas deciſiones denegatur? 8

His tamen, & ſimilibus argumentis parum nocentibus veriſſima eſt ſuperior concluſio, quam probat *l. vlti. in fine. C. de ſponſalib. l. neque ab initio.* 14. *in fine. C. de nupt. l. ſed ſi hoc.* 62. §. *vlti. in princip. cum duab. ſequentib. l. cum tale.* 72. §. *ſi arbitratu, cum alijs eiuſdem tituli, ff. de conditionib. & demonſtrationib. l. nuptias.* 30. *ff. de regul. iur. c. requiſiuit.* 17. *c. gemma.* 29. *de ſponſalib. c. accedens.* 10. cum Bernar. *ibi ſchol.* 1 *de procuratorib. l.* 1. & 39. *titu.* 11. *parti.* 4. concil. Pariſien. 1. *c.* 6. Tridentin. *ſeſſio.* 24 *de reformatio. c.* 1. *in princip.* & *c.* 9. 9

Agunt de materia vltra ordinarios interpretes *in præſenti, & relatis iuribus* Bartol. *conſil.* 44. *conſil.* 226. *incipien. Martinus promiſit, ſe facturum.* Anton. Butri. *conſil.* 70. Socin. *conſil.* 3. Anton Gomeci. *in l.* 50. *Tauri nu.* 12. Couarru. multos adferens *in epito. de ſponſalib.* 2. *parte, c.* 3. §. 7. *ex nu.* 5. & *in c. quamuis pactum, in initio ſecunda part. nu.* 3. *de pact. lib.* 6. idem Couarru. 2. *parte Rubri de teſtament. nu.* 16. Roderic. Suarez *in l.* 1. *titu.* 2. *de las arras lib.* 3. *fori colum.* 1. Eman. Coſta *in l. cum tale.* 72. §. *ſi arbitratu, verſicu. quinto lex locum non habet, ex nu.* 3. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in Rubri. titu.* 2. *lib.* 5. *recopilation. ſchol.* 2. Parlador. *in ſeſquicentu. locor. different.* 147. §. 4. & 5. Pichard. *in* §. *ſed ſi vxori.* 16. *Inſtitu. de legat.* Petr. Surd. *deciſio.* 99. & 100. Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 4. *c.* 99. *lib.* 5. *c.* 49. 54. & 55. latiſſime, & optime omnium, P. Thom. Sancti. *lib.* 1. *de ſponſalib. diſputatio.* 30. *cum quatuor ſequentib.*

Sed antequam ad rationem decidendi deueniamus, vt littera Pauli facilius explicetur, quædam notatu digna viſa ſunt. Imprimis ſeſe offert dubitatio, quam aduerſus eam conſiderat *hic nu.* 2. Paulus, Caſtrenſis, pœnæ ſtipulationem, 10

Digitized by Google

tionem, de qua *in præſenti* valuiſſe, niſi alia verba præter expreſſa præceſſiſſent, *ſi quis eorum impedimento fuiſſet*: nec enim contrahentium libertas impeditur ex ſtipulatione, promiſſione, vel iuramento parentum, ſe nuptijs non impedimento futuros, imo potius prædictæ libertati conſulitur.

Quare Caſtrenſis exiſtimat, eorum verborum ſenſum non eſſe proprie & ſtricte accipiendum, ſed, vt eis aliquis induci effectus queat, eam pollicitationem interceſſiſſe præſumendam, quæ in alieni facti promiſſione interuenire ſolet, ſcilicet ſe facturos, & curaturos, vt filij ſui inuicem deſponderentur: de qua præſumptione videndi ſunt, quos adducit Thom. Sanct. *dicto lib. 1. de ſponſalib. diſputatio. 24. nu. 11. diſputatio. 25. nu. 3.*

11 Quæ Caſtrenſis interpretatio minime ſubſtineri poteſt: manifeſto enim diuinationis vitio laborat, nec Pauli noſtri menti conſona eſt, quoniam ſtipulatio, quam Caſtrenſis meminit, contrahentes obligat, in qua nulla prohibitionis ratio attenditur, vbi nulla coactio intercedit. At in hac ſpecie ex obligatione parentum, quæ eò dumtaxat protrahitur, vt hi curent inter filios matrimonium contrahi, minime adſtringuntur filij ad illud ineundum, cum pœna non committatur adhibita à parentibus cura licita, etiam diligenti, vt in terminis ex receptiſſima aliorum ſententia tuetur Thomas Sancti. *dicto libr. 1. diſputation. 30. numero* 4. Fachineus *lib. controuerſ. iur. 3. c. 20.*

Quare Zaſi. *hic nu.* 4. aliter hanc difficultatem ſoluit, volens in ſpecie *legis noſtræ* à patre, dum vixit, interpellatam filiam, ne Titiæ filio nuberet, atque adeo impedimento fuiſſe ne matrimonium contraheretur. Sed plane, vt ipſe quoque Zaſius aduertit, plus hæc quam prior diuinat.

12 Miror autem virum doctiſſimum Paulum Caſtrenſem in errorem adeo conſpicuum incidiſſe: nullatenus enim, ſi orationis, ſiue mauis periodi, ordo atẽdatur, relatiuum, *eorum*, ad parentes, imo ad filios referri debet, prout exprimit Accurſ. *in præſen. verb ſi quis eorum*, Caſtrenſis, vel alterius ex poſteris dubitationem præſentiens, cui expoſitioni ſe ſubſcribit Zaſius *vbi proxime*, quæ omnino vera eſt, & patet ex ipſa conſulti littera, *& filia eius*, inquit, *noluit nubere* qua de cauſa in re, quam velut notam alij prætermittunt, amplius immorari non licet.

13 Deinde ex hac lege deducit Cuiac. *lib. obſeruation. 16. c. 33.* quem ſequitur *in præſenti* Gotofre. *verb. conſenſerunt*, & *verb. deſponderentur*, ſponſalia ex eo dicta, quod veteres ex ſtipulatione futuras ſibi vxores deſpondebant, nomenque à *ſpondendo* traxiſſe, ſicut & hæc de

cauſa contrahentes ſponſum, & ſponſam dictos eſſe.

Hic autem ſponſalium contractus olim 14
per alium fieri non poterat, qui ſtipulatione
celebrabatur, quæ per alterum, vel alteri fa-
cta erat inutilis. *§. alteri, Inſtituta de inutilib. ſtipu-
lationib. l. ſtipulatio iſta. 38. § alteri, cum ſimilib. ff. de
verbor. obligationib*

Sed & contrahentium parentes filiorum 15
ſuorum nomine hunc contractum ciuili ſti-
pulatione interueniente peragebant, imo &
amici, & tutores, vel conſanguinei eis defi-
cientibus, vt ex Aulo Gellio, Alciato, Varro-
ne, & alijs probat P. Thom. Sancti. *lib. 1. de
ſponſalib. diſputatio. 1. in princip.* Aliquando au- 16
tem à patribus vxores filijs in teſtamentis de-
ſtinabantur. *l. non eſt. 66 ff de ritu nuptiar.* vbi
Accurſ. & Gotofred. *verb. deſtinatam* iura ſi-
milia enunciant. Quod confirmant comi-
ci, & Homeri verba, quæ ad idem Cuiaci. *vbi
ſupra*, & Gotofredus recitant.

Opus tamen erat, vt conuentio, ſiue ſpon- 17
ſio huiuſmodi à contrahentibus, & ijs, in
quorum poteſtate erant, adprobaretur. *l. 2. ff.
de ritu nuptiar.* quod & alio comici loco pro-
bant Cuiaci. & Gotofredus *ibidem.* Vnde
inquiunt parentum conſponſionibus filios
non adſtipulantes non teneri. *d. l. 2. ff. de ritu
nuptiar. lege noſtra, l. ſponſalia. 11. ff. de ſponſa-
lib.*

Quod ſane neſcio, an ſaltem in filia iure 18
probetur? licet enim & hæc hodie parentis
ſponſionem adprobare debeat, iure tamen
ciuili ex ea etiam inuita obligabatur. *l. ſed quæ
patris. 12. ff. de ſponſalib. Tunc autem*, inquit Vlpia-
nus, *ſolum diſſentiendi à patre licentia filiæ concedi-
tur. ſi indignum moribus, vel turpem ſponſum ei pater
eligat.* Vnde à contrario, ſi iuſtum ei elegiſſet,
reluctari nõ poſſet. Quod & probari videtur
in c. 1. in fine, de deſponſatio. impuber. licet eius ver-
ba ad honeſtatem, non ad neceſſitatem refe-
rant Bernard. *in eo verb. debet.* Iaſ. *hic nu. 1.*

Nec ſane ideo ſolummodo potuit vnuſ- 19
que ex filijs *in lege noſtra* ab hac conuentione
diſcedere, quia ipſorum conſenſus, & adpro-
batio explicita non adfuit, quam defuiſſe
nullis ex Pauli verbis deprehenditur: quini-
mo altera potiſſima adſignatur ratio ex pœ-
næ ſtipulatione orta, ex qua vnicuique ex fi-
lijs à conuentione diſcedere licuit, nec comi-
cus contrarium docet. *Nonne*, inquit, *oportuit
præſciſſe me ante: nonne prius communicatum opor-
tuit?* Querela enim illius iuſta erat, ſecus, ſi
conſentientibus filijs fieret, ex qua tamen iu-
ris deciſiones facultatem hanc parti conce-
dentes euerti nefas eſſet. Qua in re plura
verba non teram, quæ locus alius longiora
expoſtulat.

Vltimo ex hac Pauli deciſione notat 20
Zaſi.

Zaſi. filiam viri ex alia genitam filio vxoris ab alio ſuſcepto vxorem conſtitui poſſe, quia licet vnuſquiſque ipſorum ex parentum matrimonio cum alterius parente adfinitatem contraxerit, filio tamen, vel filiæ ipſius nullo adfinium gradu coniunctus eſt, cum nulla ſit adfinitatis adfinitas, quam contrahens dumtaxat matrimonium, non etiam eius conſanguinei cum coniugis conſanguineis contrahit. *c. quod ſuper his. 5. vbi* Bernard. & cæteri *de conſanguinit. & adfinit.* quo in iure hæc eſt propria materia.

21 His ita conſtitutis decidendi ratio *ad legem noſtram*, ex viſceribus eiuſdem ſumenda eſt, in qua Paulus matrimonij contractum ab omni pœna, quæ liberum conſenſum impediat, immunem deſiderat: hæc enim pœnæ adiectio bonis moribus repugnat, propter eximiam libertatem, quam ad coniugales contractus iura exigunt. *c. cum locum. 14. c. requiſiuit. 17. c. gemma. 29. de ſponſalib. Cum itaque*, inquit, *libera matrimonia eſſe debeant, & ideo talis ſtipulatio propter pœnæ impoſitionem ſit merito improbanda. l. 19. titu. 11. parti. 5.*

Quam decidendi rationem multis ornant ſcribentes *hic, & in dicto c. gemma*, Odofred. *in l. 2. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* Fortun. Garſ. *tracta. de vlti. fine illatio. 2.* Alciat. *in c. cum contingat. 28. nu. 81. de iureiuran.* Coſta *in l. cum tale. 72. §. ſi arbitratu, limitatio. 5. nu. 6. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* Couarru. *in c. quamuis pactum, in initio. 2. partis, nu. 3.* & *in 2. parte Rubri. de teſtamen. nu. 16. & 17.* Gregor. Lop. *in l. 84. ſchol. vlti. titu. 18. parti. 3.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in dicta Rubri. titu. 2. lib. 5. recopilation. ſchol. 2. nu. 2.* Thom. Sancti. latius, quam cæteri *dicto lib. 1. de ſponſalib. diſputatio. 30. maxime nu. 2. & 3.*

22 Idque nedum in pœna magnæ quantitatis obtinet, ſed & in modica, prout ex Barto. Cumano, Alcia. pluribuſque alijs à ſe relatis hanc veriorem dicentes tenuerunt Gregor. Lop. *in dicta l. 39. verb. la pena, titu. 11. parti. 5.* Thom. Sancti. *dicta quæſtio. 30. nu. 11.* contra Cynũ, Ioan. Andr. & Henric. Bohic quos ipſe retulit contraria eorum fundamenta diluens.

23 Qua enim ratione defendi poſſet matrimonij libertatem illæſam ſeruari, quam pœnæ cuiuſuis adiectio ad neceſſitudinem, vel ad minimam ſaltim liberi arbitrij coactionem reuocet? eùm res ſuas nemo iactare velit. *l. cum indebito. 25. cum vulgatis. ff. de probationib.*

24 Illud ſane ſilere non poſſum, quod aduerſus hoc Pauli reſponſum interpretes obijciunt, dum ipſe ait, *agenti ad pœnæ ſolutionem doli mali exceptionem obſtaturam*, cum tamen ſtipulationem illam contra bonos mores eſſe adfirmet, atque adeo à ſui principio nullam. *l. ſtipulatio hoc modo. 61. ſupra hoc titu. Stipulatio*, inquit Iulianus, *hoc modo concepta, ſi hæredem me non feceris, inutilis eſt, quia contra bonos mores eſt.* de cuius interpretatione Couarru. *2. parte Rubric. de teſtament. num. 20.*

25 Vnde, ſi nulla eſt prædicta ſtipulatio, quorſum ſcribentes aiunt, vt emanans inde obligatio reſcindatur, exceptione opus eſt? quod etenim nullum eſt reſciſſione non eget. *l. nam etſi. 5. verſic. poſt defectum*, vbi Accurſ. *verb. quia nullus. ff. de iniuſto rupto. l. 1. verſic. pero ſi, titul. 8. partita 6.*

26 Cui difficultati ſatisfacit *hic, num. 2.* Paul. Caſtrenſ. paulo ante finem exceptionem illam facti, ſiue intentionis appellans, non quidem vt ea ad ſtipulationis vinculum elidendum opus ſit, ſed quia fraudulenter aduerſus legem ſtipulatio hæc interpoſita eſt, hanc agenti & intentioni ſuæ exceptionem obſtaturam, *argumento l. non dubium. 5. & ſimilium. C. de legib.*

Sed hæc difficultatis ſolutio, quam communiter ſcribentes adferunt, plus, niſi fallor, ſubtilitatis, quam vtilitatis præ ſe fert: ſiquidem hac nota & indigna explicatione aliqua in Paulo improprietas detegi videtur, quam vtique non fatebor.

27 Quare, licet ex eo pœnæ ſtipulatio ſecundum bonos mores non ſit, ob quam liber conſenſus deficit, quem ad matrimonium contrahendum iura poſtulant, non tamen omnino contra bonos mores eſt naturales ex Thoma Sanctio latè ex alijs comprobante, *dicto lib. 1. diſputatio 32. num. 20. ad med.* quæ hac de cauſa per ſe ſumpta valuit, & proculdubio committenda eſſet, niſi conuentus doli exceptione defendi poſſet, quem commiſit, qui non ſecundum bonos mores ſtipulatus eſt ex ratione conſulti, *quia inhoneſtum*, non omnino bonis moribus aduerſum, *viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia obſtringi.* Quæ ratio illicitam, & nullam ipſo iure hanc ſtipulationem non efficit, poteſt enim ex vulgata regula *l. non omne. 188. ff. de regul. iuris* aliquid licere, quamuis inhoneſtum ſit.

28 Idque primus omnium ſenſit Accurſius *in præſenti*, hanc ſtipulationem bonis etiam moribus aduerſam ratus, qui cum *in verb. bonos mores*, hac in parte deciſionem ſimilem fecerit Imperatoris conſtitutioni *in l. pacta quæ contra. 6. C. de pact.* poſtea *verb. agenti*, adijcit, *ad pœnam*, ceu velit ad pœnam, non ad matrimonium agenti doli exceptionem obſtaturam, cum ad illud ineundum, vel diſſoluendum pœnæ ſtipulatione intercedente nulla prorſus actio concedatur, vt matrimonij libertas integra & illæſa conſeruetur, nec in propoſita ſpecie vlla ſit opus reſtitutione *ex rationibus ſuprà traditis*; ſecùs vbi promiſſa pœna petitur, vel ſoluta prout indebita condicitur,

Digitized by Google

citur,& nihil interſit, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur? *l. nihil intereſt. 113. ff. de regul. iur.*

29 Ex hac decidendi ratione primo infero ad quotidianam quæſtionem, vtrum pœna ſponſalium contractui adiecta iuramento confirmetur? & contrahentes obliget in matrimonij defectum ſtipulatam pœnam ſoluere? Qua in quæſtione prima eſt Guillielmi Durandi Speculatoris aſſertiua opinio *in tit. de inſtrumentor. editio. § compendioſe, verſic. quid, ſi quis iurauerit? nu. 5* quem ſequitur Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de ſepultur § an licitum? verſicu. quid ſi quis eligat?* Fortun. Garſ. licet dubius *de vlti. fine illatio. 20. nu. 359. verſicu tertius caſus*, Ioan. Corraſ. *in l. admonendi. nu. 31. ff. de iureiuran.* Corne. *toto conſil. 294. maximè nu. 5. lib. 4.* cum alijs pluribus, quos refert P. Thom. Sancti. *dicto lib. 1. diſputatio. 32 nu. 20. in fine*, pœnæ ſtipulationem in ſponſalibus iuramento confirmari.

30 Quorum ſententia probabilis efficitur, nam iuramentum actum alioqui mutabilem firmum & irreuocabilem reddit. *c. cum contingat. 28. vbi* Bernard. *verb. debent*, & late ſcribentes omnes, maxime Alciat. *de iureiuran.* domin. & auus meus *in l. 2. ſchol. 3. à nu. 2. titu. 2. lib. 5. recopilation.* late Fachineus *in loco proximè referendo.*

31 Quæ quidem regula plurimis exemplis demonſtratur. Imprimis enim neminem latet, pactionibus adſtringi non poſſe patri filium, vt legitimæ ſibi iure naturæ debitæ renunciet. *l. ſi quando. 35. § 1. C de inofficio. teſtamen. l. pacti in quod dotali. 15. C. de pact. l. pactum dotali. 3. C. de collationib.* poſt alios dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 7. ſchol. 2. nu 6. titu. 6. lib. 5. recopilation.* Quod ſi renuntiationi huic iuramentum adijciatur, valet abſque dubio *c. quamuis pactum. 2.* vbi late ſcribentes, maxime Couarru. & Ioan Guterr. *de pact. lib. 6.* circa cuius diſpoſitionem quæſtiones excitat, ac reſolui. Fachin. *lib. controuerſ. iur. 3. c. 22. tribuſque ſequentib. lib. 8. c. 69. cum alijs tribus.* dominus meus Matien. *in dicta l. 7. ſchol. 2 nu. 7.*

32 Eodem modo minori ob facilitatem propriam, & ætatis imbecillitatem ſuccurritur, vt aduerſus contractas obligationes etiam in iudicio reſtituatur. *l. 1. & toto titul. ff. & C. de minorib. & de in integr. reſtitutio. minor.* ſi tamen iurauerit, reſtitutio ipſi denegatur. *authenti. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendition.* quam poſt alios exacte commentatur Ioan. Guter. Fachin. *dicto lib. 3. c 10. & 11.* qui alia multa his ſimilia exempla diſputat *ſequentibus capitulis vſque ad 26.* partis donationem iuratam lata diſputatione valere probans *dicto lib. 3. c. 77.* idem in coniugis donatione cenſens. *c. 81.* & in donatione vltra quingentos ſolidos non inſinuata. *c. 82.* quarum aliquas meminit dominus & auus meus Matien. *in dicta l. 2. ſchol. 3. à nu. 3. titu. 2. lib. 5. recopilation.*

Pactum item quo iuriſdictio prorogatur, re integra, libera paciſcentis voluntate, priore conuentione non obſtante diſſolui poteſt. *l. ſi conuenerit. 18. ff de iuriſdictio. omnium iudicum*, poſt alios Couarru. *2. part. Rubric. de teſtament. num. 9.* Fachin. *libr. controuerſiar. iur. 1. c. 61.* ſecus tamẽ in pacto iurato tenuerunt Angel. Fulgoſ. Paul. & Alexand. *in dicta l. ſi conuenerit*, Imola, Barbat. & Felin. *in c. 1. de iudic.* vbi dicit communem. Ripa *num. 57.* Decius *num. 23.* Alciat. *num. 45.* Anton. Cueſet. *in Rubric. de iureiuran. priuileg 16.* Ande. Fachin. *dicto c. 61. verſic. ſed controuerſia eſt.* 33

Deinde quamuis in contractibus innominatis, & pactis nudis re integra ſaltim ciuili iure ſit pœnitentiæ locus. *l. ſi pecuniam. 5.* vbi Accurſ. *verb. ſed cum liceat pœnitere, ff. de condict. cauſa data*, poſt alios Fachin. id etiam iure canonico ex veriore ſecundum eum ſententia obtinere docens *libr. controuerſiar. iur. 2. c. 100.* ſi tamen iuramentum interueniat, non licet, in eis etiam re integra pœnitere ex Accurſio *in d. l. ſi pecuniam, verb. neceſſe habeas*, cuius ſententiam, *ibi*, ſcribentes communi conſenſu recipiunt Iaſon *in § actionum, num. 47. Inſtituta de actionib.* & pro viribus defendit Fortun. Garſ. *in c. 1. nu. 16. & 17. de pact.* Fachin. *d. c. 100.* quamuis ex iuramento actionem non oriri ducat, quod *lib. 3. c. 12.* latiore diſputatione comprobauit. 34

Secundo pro hac opinione conſiderant illius adſertores iuramento pœnæ ſtipulationem ſponſalibus adiectam firmari, nam iuramentum hoc bonis moribus aduerſum non eſt, nec in alterius alicuius, quam ſtipulantis detrimentum vergit, nullibi enim in iure ſecundum eos cautum inuenitur, conuentionem hanc bonis moribus aduerſam eſſe. Lex enim noſtra, quæ ſola difficultatem facit, ſecundum bonos mores non eſſe, non ipſis contrariam ſtatuit, poteſt enim media eſſe, vltra, vel præter bonos mores teſte Thoma Sanctio id exemplis confirmante, *dicto lib. 1. quæſtio. 32. num. 10. parum poſt princip.* 35

Tertio iuramentum iſtud ſeruandum videtur, quia in eo nulla publica vtilitas vertitur, quid enim, inquiunt, reipublicæ intereſt, apud hunc, vel apud alium ſuis è ciuibus ſtipulatam pœnæ ſummam permanere, & in dubio ex iuramento ad factum iurantem præciſe compelli poſſe? ex Accurſ. *in d. l. qui pecuniam. 5. verb. neceſſe habeas, ff. de condictio. ob cauſ.* verior eſt ſententia ita teſtante Roberto Maran. *diſputatio 7. nu. 1. 2. & 19.* Fachineo exactius diſputante *lib. controuerſiar. iur. 3 c. 17.* Quibus & alijs fundamentis, quæ omnia re- 36

recenſere longum eſſet, & à noſtro inſtituto alienum, hanc partem interpretes præadducti tuentur.

37 Quæ tamen ſententia infirma reddi videtur, nam iuramentum illius actus cui adhæret, naturam ſortitur. *l. vlt. ff. de libera cau. l. vlti. C. de non numera pecun. c. quemadmodum.* 25. *de iure iuran.* Bald. *in c. qua in eccleſiarum.* 7. *colum.* 10. *de conſtitutionib.* idem *in c. cum contingat.* 28. *nu.* 6. *verſicu. tertio oppono, vbi* Panormitan. *numer.* 14. *de iureiuran.* Felin. *in c. ſi cautio.* 14. *nu.* 58. *de fide inſtrumentor.* Iaſ. *in l. qui pecuniam.* 30. *nu.* 7. *ff. ſi cert. peta.* Alexand. *conſil.* 89. *nu* 5. & 16. *lib.* 2. Andr. Tiraquell. *in l ſi vnquam.* 8. *n.* 160. *C de reuocand. donationib.* Ant. Pinel. *in l.* 2. 3. *parte, c.* 1. *nu.* 3. *C. de reſcind. venditio.* Couarru. 2. *parte Rubri. de teſtament. nu.* 11.

38 Cum igitur pœnę adiectio in matrimonijs contrahendis, ſiue iam contractis iure improbetur *ex lege noſtra. c. cum locum.* 14. *c. requiſiuit.* 17. *c. gemma.* 29. *de ſponſalib. Et ideo,* inquit, *talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem ſit merito improbanda,* nullum ſane robur ex vinculo iuramenti recipit, ne reſiſtente ciuili & canonica lege, ſit potius iniquitatis vinculum. *c. quanto.* 18. *de iureiuran. c. inter cætera.* 22. 22. *quæſtio.* 4. *l. iuris gentium.* 7. §. *ſi paciſcar. ff. de pact. l. non dubium.* 5. *C. de legib. Secundum itaq;,* inquiunt Cæſares, *prædictam regulam, qua vbicumque non ſeruari factum lege prohibente cenſuimus, certum eſt, nec ſtipulationem huiuſmodi tenere, nec mandatum vllius eſſe momenti, nec ſacramentum admitti.*

40 Quæ regula nedum ciuili iure, ſed etiam canonico, maxime in propoſita ſpecie obtinet, in qua principaliter publicus fauor attendatur, cum publice interſit matrimonia libera eſſe, ex coactis autem iurgia, diſſenſiones, praua filiorum educatio, ac difficiles exitus ſequantur. *c.* 2. *c. cum locum.* 14. *c. requiſiuit.* 17. *de ſponſalib.*

41 Quare Iaſ. *in præſen. nu.* 17. expreſſim adſerit, fauore publico pœnæ interpoſitionem in ſponſalibus prohiberi. Quod ipſi mihi magis perſuadeo ex ipſamet efficiente matrimonij cauſa, quam mutuus, iſque liberrimus contrahentium conſenſus informat. *l. nuptias* 30. *ff. de regul. iur. l. vlti. in fine. C. de ſponſalib. cum alijs iuribus inferius nu.* 82. *enunciatis,* ne priuilegium hoc matrimonialis coniugij ex priuata, & iniqua conuentione contraria deterius quocumque modo fiat, & priuatorum pactis huic iuri publico derogetur contra *l. ius publicum* 38. *l. inter debitorem.* 42. *in fine. ff. de pact. c. ſi diligenti,* & Bernar. *ibi ſchol.* 1. *de foro competen.* quem textum ad effigiem noſtram ſingularem iudicauit Thom. Sancti. *dicto lib.* 1. *de ſponſalib. diſputatio.* 32. *nu.* 21. *parum ante finem.* in quo, ait, cum publicus fauor, tum etiam illicita pactio, ſuper qua interponitur, iuramenti

42

43

vires eneruat: quæ vtraque cauſa in effigie noſtra *ex ſupra traditis* potiſſimum conſideratur.

Secundo conuincitur Guilliel. Durandi opinio, nam pœnæ adiectio in matrimonijs bonis moribus repugnat, tum quia venialem culpam eam ſtipulantes admittunt, prout ex Caieta. & Armilla ſumma *in locu à ſe relatis* probat Thom. Sancti. *dicto lib.* 1. *diſputatio.* 30. *nu.* 2. tum etiam, quia ſummus Pontifex *eam merito improbandam iudicat in d. c. gemma.* 29. *de ſponſalib.* & Iulius Paulus *in præſenti inhoneſtum* cenſet, *vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſiue futura, ſiue iam contracta.* 44

Quorum iurium verbis, quæ negatiue concipiuntur, vinculum neceſſitatis induci ex alijs defendit Thomas Sancti. *dicta diſputatio.* 32. *verſicu. ſecundo ea promiſſio eſt contra bonos mores.* 45

Quare iure optimo pœnæ ſtipulationi huic adiectum iuſiurandum non obligat. *c. non eſt obligatorium.* 53. vbi late ſcribentes *de regul. iur. lib.* 6. nec vlla ex eo iuramento oritur actio ex Barto. *in l. ſi quis pro eo.* 56. *nu.* 6. *ff. de fideiuſſorib.* quem cæteri ſequuntur teſte Couarru. *in c. quamuis pactum.* 2. *de pact. lib.* 6. *in* 2. *partis initio nu.* 3. qui *num.* 4. omnes ita communiter tenere adſerit *in d. c. cum contingat.* 28. *de iureiuran.* Quod vtique regulariter in quocumque iuramento promiſſorio late diſputatione probat Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 2. *c.* 100. *lib.* 3. *c.* 12. 46

Neque à iuramento pœnæ ſtipulatæ in ſponſalibus adiecto abſolutionem neceſſariam eſſe ex bonis authoribus edocuit Thom. Sancti. *in dicta diſputatio.* 32. *numer.* 22. quam doctrinam tenuit ante illum *vbi proxime* Couarru. argumento reſpondens, quod contrariæ ſententiæ adſertores inuenerunt *ex c. cum quidam.* 12. §. *vlti. de iureiuran.* quo probari volunt, neceſſariam eſſe abſolutionem à iuramento, parentibus non obloquendi, vel præſtandi eis humanitatis ſubſidij, quod tamen *in eo* illicitum, & bonis moribus aduerſum eſſe conſtat, abſolutionem huiuſce iuramenti ad cautelam potius, quam ad neceſſitatem exigi. 47

Ego vero *ex l.* 11. *in fine titu.* 11 *parti.* 5. facilius intelligi poſſe deciſionem illam, nec communi quam defendit Couarru. aduerſam eſſe reor, *E maguer,* inquit, *alguno fueſſe de tan malentendimiento, que eſta iura ficieſſe, non es tenudo ſegun Dios, ni ſegun el mundo de guardar la, como quier, que deba ſer eſcarmentado aquel, que ſe atreuio à facerla,* vt ob hanc ſolam illiciti iuramenti pœnam, aut pœnitentiam illa relaxario *in d. c. cum quidam.* deſideretur, nec alijs ſit opus ſolutionibus quas Couarruuias adfert *vbi ſupra numer.* 3. *verſicu. octauo ex eadem radice.* 48

L Vnde

49 Vnde patet, iuramento pœnæ in ſponſalibus ſtipulatę adiecto, nullum actui robur adijci ex ijs quæ poſt alios in ſpecie non diſſimili tradit Ioan. Guter. *in tracta. de iuramen. confirmator. num.* 34. Actus enim, qui dempto iuramento iniuſtus eſt, ex eo iuſtus effici non poteſt, verbi gratia in vſurarum promiſſione, aut ſolutione, cui ex ea parte, in qua iniqua eſt, noua ex iuramento actio non inducitur, nec is, in cuius fauorem promittuntur pœnam vſurarijs debitam ſubterfugiet ex ijs, quæ communiter ſcribentes adnotant *in c. illo vos. 4. de pignorib. c. debitores. 6. ex eo de iureiuran.* cum ergo pœnæ ſtipulatio in matrimonijs vtrimque improbetur, nulla ex parte iuramento confirmatur.

50 Nec obſunt fundamenta pro contraria parte adducta. Non primum deſumptum *ex d. c. cum contingat.* 28. *de iureiuran.* & regula ex eo deducta, actum ſcilicet alias infirmum iuramento confirmari, quæ vera eſt, vbi tertio iniuria non infertur, ſecus in caſu noſtro, in quo publicus, vt prædixi, verſatur fauor, cui pactis priuatorum derogari non poteſt. *d. l. ius publicum.* 38. *cum ſimilib. ff. de pact.* cum ex pœnæ adiectione ampliſſimam libertatem, quæ in ſponſalibus deſideratur coerceri neceſſe ſit *contra legem noſtram, ac iura ſimilia iterum atque iterum ſuperius repetita.*

51 Deinde parum aduerſam partem fouet
text. *in dicto c. quamuis pactum.* 2. *de pact. lib.*
6. tum quia filiæ fauor, ne legitima priue-
tur, ſpecialis eſt, cui renunciare poteſt is,
cuius intereſt. *l. ſi quis in conſcribendo.* 29. *C.*
de pactis, vbi Accurſ. *verb. antiquis* iura conſo-
na adducit, Bernard. *in c. ſi diligenti, ſchol. 1. de*
52 *foro competen.* & ſcribentes vtrobique. Tum
etiam quia filiæ renunciatio nullam in ſe
continet turpitudinem. Quod vtrumque *in*
eo textu expreſſim deciditur.

53 Rurſus corruit argumentatio *ſuperius* propoſita *ex dicta authent. ſacramenta puberum.* 6. *ſi aduerſ. vendition.* Nam præter rationes iam conſideratas ſupponi oportet, contractum à minore celebratum non omni iure improbum iudicandum: naturalis enim eum ligat obligatio, quæ ex iuramento coadiuuatur, vt ciuilem etiam obligationem producat, quamuis, vbi læſio probaretur manifeſta reſtitutionis beneficio iuuari poſſet à iuramento abſolutus ad effectum agendi ex veriore ſententia, quam poſt longam diſputationem eligit, ac fundat Faclin. *lib. controuerſiar. iur.* 3. *c.* 14. Ex his reliquæ difficultates ſoluuntur, in quibus cum actui iuſto iuramentum adijciatur, quod in nullius detrimentum tendit, nec in æternæ ſalutis diſpendium vergit, merito ipſius obſeruatio commendatur.

54 Sed & vltima conſideratio, quam pro ſe Guillielmi Speculatoris ſequaces adferunt, iniqua eſt: nam, *vt ſuprà latius probauimus*, fauor matrimonij vniuerſalis hanc pœnæ adiectionem irritam conſtituit, cuius ſpecialis ab homine facta renunciatio nullius eſt momenti. Nec huic reſolutioni officit, nihil reipublicæ intereſſe, pecuniam apud hunc, vel illum ciuem remanere: nam ex aduerſo conſidero, hanc pœnæ prohibitionem non ſane ratione hac, ſed ob ſummam potius matrimonij libertatem inductam eſſe, quam ſemper obſeruari reipublicæ bene inſtitutæ plurimum intereſt, vt ex Thoma Sanctio & alijs *ſuprà* defendimus.

55 Nec ſane dici poteſt, in alterius damnum prædictam pœnæ ſtipulationem non reddere, nec in æternæ ſalutis diſpendium, ex qua dolum & venialem ſaltem culpam induci *ex lege noſtra, & alijs iuribus* defendit P. Thom. Sancti. *dicto libr. 1. de ſponſalib. diſputation.* 30. *numero 2. diſputat. 32. numero 21. verſic. ſecundo ea promiſſio eſt*, & publicus *ex iterum atque iterum repetitis*, in huius ſtipulationis prohibitione attendatur fauor.

56 Quod autem defendere conantur ſcribentes prædicti, pactionem hanc, & iuramentum ei adnexum bonis moribus aduerſa non eſſe, verum non eſt, nam priuatiue potius Iulius Paulus inhoneſtum docet, matrimonia vinculo pœnæ obſtringi. Quæ deciſio cum adeò ſtricte concipiatur, patet, ſuperiorem conſulti ſententiam eodem cum rigore intelligendam, idque ipſum alijs verbis repetitur *in dicto c. Gemma.* 29. *de ſponſalibus. Et ideò*, ait, *talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem ſit merito improbanda*, quaſi velit Pontifex, talem ſtipulationem nullo modo aut caſu probari poſſe, quæ verba ita inducit P. Thomas Sanctius *dicta diſputation.* 32. *numero* 21. Nihil mirum ergo, ſi iuramenti adiectio nullum huic ſtipulationi robur addiderit, cum adeò ſit iniqua, & à ſalutaribus iurium deciſionibus abſona.

57 Quamobrem ſecunda ſuperiori contraria, eaque veriſſima opinio conſtituitur, pœnæ ſcilicet ſtipulationem contractui ſpõſalium adiectam iuramento non confirmari authore Bartolo *in præſent. numer.* 11. *& in d. l. ſi quis pro eo.* 56. *numero* 6. *ff. de fideiuſſoribus.* cuius ſententiam legiſtæ, *in lege noſtra*, & canoniſtæ *in dicto c. Gemma*, plerique amplectũtur, cum pluribus alijs, quos refert ſecutus Didac. Couarru. *in c. quamuis pactum. 2. partis initio. numer. 3. verſic. octauo ex eadem radice, de pact. lib.* 6. idem *2. part. Rubric. de teſtament. n.* 17. quam-

quamuis contra reſponderit Corn. *conſil.* 294. *maxime nu.* 5. *lib.* 4. & dubitauerit Fortun. Garſ. *de vlti. fine, illatio.* 20. *verſicu. vnde etiam ſingulariter, & verſicu. dico ergo*, & Bartoli ſententiam aliorum plurium mentione facta ſequitur P. Thom. Sancti. *dicta diſputatio.* 32. *numer.* 21. *ad finem.*

58 Quibus ita conſtitutis infero ſecundo ad interpretationem nimis ab omnibus laudatæ, ſed à paucis intellectæ *l. mulieri, & Titio.* 74. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* verba Papiniani ſunt: *Mulieri, & Titio vſuſfructus, ſi non nupſerit mulier, relictus eſt, ſi mulier nupſerit, quandiu Titius viuet, & in eodem ſtatu erit, partem vſuſfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato conceſſum eſſe mulieri intelligendum eſt, quantum haberet, ſi conditioni paruiſſet; nec, ſi Titius, qui conditione defectus eſt, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.*

Difficultas illius deciſionis conſiſtit in quæſtionis elucidatione, vtrum pars vſuſfructus Titio legata, mulieri, quæ contra voluntatem teſtatoris ſuas nuptias prohibentis nupſit, in hunc conditionis defectum vltra partem eidem relictam adcreſcere debeat?

59 In qua quæſtione primam protulit ſententiam Accurſ. *in illa lege ſchol. vlti.* docens nullo in caſu partem Titij adcreſcere poſſe mulieri, quæ conditioni non paruit, non quidem ex repudiatione Titij: defecta ſiquidem conditione nulla ei repudiandi facultas relicta eſt, cum partem ſuam amiſiſſet, nec item ſi moreretur, vel capite minutus eſſet, poſtquam nupſiſſet mulier ex prædicta ratione: licet enim partem ſuam mulier præcipuam habeat, conditioni non parens, tertio tamen relictam adipiſci non debet, cum ſua interſit nihil, vt is ſua parte priuetur, ne melioris conditionis fiat, quam ſi legi ſibi præſcriptæ paruiſſet, cum præcipua teſtatoris intentio eò directa ſit, ne mulier nubat, vt, niſi ea mulieri conditio iniuncta illam, ne deſponderetur, opprimeret, in conditionis defectum, parte quoque ſua mulier ipſa priuanda eſſet.

60 Accurſij ſententiam tuetur Bartol. *in dicta l. mulieri, & Titio*, quem alij omnes communiter ſequuntur regulam ex ea generalem conſtituentes, ei qui ad legatum ſpeciali iure contra teſtantis voluntatem admittitur, ius adcreſcendi non competere, quam alios ſecutus probat Gotofred. *in d. l. mulieri, & Titio*, quicquid in eam adſtruant Alciat. *lib. paradox.* 6. *c.* 8. Facbin. *lib. controuerſiar. iur.* 4. *c.* 99. quamnis vterque tandem Bartoli ſententiæ ſe ſubſcribant.

61 Ex aduerſo ab hac ſententia diſcedunt Paul. Caſtrenſ. Raphael Cuman. Socin. *nu.* 5. Iaſ. *nu.* 180. Ioan. Crott. *num.* 72. *in d. l. mulieri, & Titio*, Ripa *in l. reconiuncti.* 89. *numero* 144. *ff. de legat. lib.* 3. Hi namque putant, ſi Titius moriatur, aut capite minutus ſit, quibus caſibus acquiſitus vſusfructus finiri ſolet, mulieri partem vſusfructus Titij adcreſcere. *argument. l.* 1. *§. interdum, ff. de vſufruct. adcreſcen.*

Quorum interpretum ſententiam duo ſane fundamenta iuuant. Primum quod *in ea lege* dicitur, *quamdiu Titius viuet, & in eodem ſtatu erit, partem vſusfructus habebit.* Igitur è conuerſo, niſi viuat & in eodem ſtatu ſit, totus vſusfructus ad mulierem pertinebit. Secundum nam, ſi tantum beneficio legis mulier conſecutura eſt, quantum haberet, ſi conditioni paruiſſet, conſequens eſt, vt totum vſumfructum habere incipiat poſt Titij repudiationem, ſicut & haberet, ſi conditioni paruiſſet.

Quorum ductus rationibus Emanuel Coſta *in l. cum tale.* 72. *§ ſi arbitratu ff. de condition. & demonſtrationib. limitatio.* 4. *numero* 7. *&* 8. increpat vehementer Alciatum iuuenili eum ardore deceptum adſerens, dum *in lib. paradoxor.* 6. *c.* 8. Bartoli ſententiam tuetur, & contrariam ex verbis *dicta l. mulieri, & Titio* diluere contendit. Quæ vtique Coſtæ adſertio ſi vera eſſet, immeritò mulier conditioni ſibi iniunctæ non parens, vtilitatis plus, quam ſi paruiſſet, conſequeretur.

Quam vt effugiat difficultatem Pichard. *in §. vxori, numero* 31. *&* 32. *Inſtitut. de legat.* nouiter, vt exiſtimat Papiniani deciſionem interpretatur, ſupponens, *in ea lege* teſtatorem iuſſiſſe partem Titio legatam poſt eius mortem mulieri adcreſcere, atque adeò, ſi nubat, partem etiam Titij conſecuturam. 62

Quæ tamen expoſitio ſubtilitatem ſuperioris impedit, manifeſto diuinationis vitio detecto, Papinianus ſiquidem grauaminis huiuſce nullam mentionem facit. Illa enim verba, *partem vſusfructus habebit*, ad eam partem referuntur, quæ mulieri relicta eſt, quam ideò accipit, quamuis conditioni non paruerit, ne innupta manere cogatur lucrum ex legato ſibi obueniens amittere detrectans. Quod ſecus eſt in alia parte Titio relicta, quæ cum in conditionis euentum ipſi, non mulieri acquiratur, in defectum conditionis, cui mulier parere noluit, mulieri nullo iure adcreſcere debet, vt tantum *ex conſulto*, non amplius, quam ſi conditioni paruiſſet, beneficio legis mulieri contra teſtantis voluntatem nubenti concedatur.

Quapropter verior videtur Bartoli & aliorum ſententia. Primo nam, ſi conditio impleta foret, mulier Titio partem legatam nullatenus conſequeretur. Qua igitur ra- 63

tione melioris conditionis fiet legi ſibi pr̨e-
ſcriptæ non parens, quam ſi paruiſſet? vnde
nihil mirum, ſi pars prædicta ipſi non adcre-
ſcat ex ratione *ſupra* tradita, præſertim cum
nulla ex hac lucri amiſſione coactio inducatur:
quod, ſi conditioni paruiſſet nulla tenus
conſecuta fuiſſet teſte Mantic. *de cõiectur. vlti-
mar. volunta. lib. 11. titu. 19. nu. 5.* Fachin. *dicto lib.
4. c. 99.* Quam interpretationem Accurſ. &
cæteri probant ex eiuſdem legis fine, *nec, ſi Ti-
tius, qui conditione defectus eſt, legatum repudiet ea
res mulieri proderit,* à fortiori duobus in caſibus
mortis, & minutionis capitis inferentes, lega-
ti vtilitatem mulieri non obuenturam.

64 Sed huic profecto expoſitioni Papiniani
adhuc verba obeſſe videntur, *quandiu Titius
viuet. & in eodem ſtatu erit, partem vſuſfructus
habebit*, vt à contrario ſenſu in iure fortiſſi-
mo *l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui man-
dat. eſt iuriſdict.* Titio mortuo, vel capite mi-
nuto illius etiam pars ad mulierem peruen-
tura videatur.

65 Quam difficultatem agnoſcens Gotofre-
dus, qui cum alijs Accurſium eſt ſequutus,
eorum verborum loco, *quandiu Titius viuet,*
legit, *quandiu mulier viuet*, exiſtimans ita legis
illius ſenſum manifeſtum fieri. Cuius tamen
lectio maximi facienda non eſt, cum potius
attente inſpecta deciſioni noſtræ tenebro-
ſam caliginem adferat, eaque retenta colligi
videatur, opus eſſe, vt mulier viuat, & in eo-
dem ſtatu ſit, ne parte ſibi legata priuetur,
quod ſane abſurdum, & matrimonij libertati
aduerſum eſſet.

Quare vt communis ſententia defenda-
tur, quam veriorem exiſtimo, *ſuperius* relata
verba eius interpretationi non officere ad-
ſero, cum tota lex ad tempus referatur,
quo mulier inuenitur legi ſibi à teſtatore
iniunctæ non paruiſſe, ideoque id quaſi
neceſſarium conſultus exprimit, ne Titij
pars mulieri adcreſcat, prædictam Titio
adhuc viuente, & in eodem permanente
ſtatu nupſiſſe, quæ cum parte ſibi legata
priuari non potuerit, ne innupta manere
cogeretur. *l. quoties. 22. l. cum tale. 72. §. Me-
uia. l. Titia, ſi non nupſerit. 100. ff. de conditio-
nib. & demonſtrationib.* ex Coſta, Thom. Sanct.
dicto lib. 1. diſputatio. 34. numer. 3. Titio ſub
eadem conditione partem legatam ex ad-
creſcendi iure non conſequitur, nec ſi Titius
repudiet, poſtquam conditione defectus eſt,
vt exprimit *in fine* conſultus, caſum hunc, tam-
quam difficiliorem poſt alios decidens ex
Fachineo *dicto lib. 4. c. 99.*

66 Cæterum, ſi antequam nupſiſſet mulier,
Titius mortuus fuiſſet, vel capite minutus,
aut legatum repudiaſſet, quibus caſibus
deficeret præcipua huius legis ratio, ius ad-
creſcendi effectum ſortiretur, nec deinceps
mulier tam parte ſibi legata, quam ex iure
adcreſcendi quæſita priuari poterit, quamuis
contra teſtantis voluntatem nupſerit, vt ma-
trimonij libertas illæſa relinquatur, quem ca-
ſum, veluti notum, nec à ſe quæſitum omiſit
Papinianus.

Tertio ex prædicta decidendi ratione in- 67
fero ad intellectum *l. cum ita legatur. 63. l. hoc
genus. 106. ff. de conditionib. & demonſtrationib.*
quibus cauetur legatum mulieri, ſi Titio, vel
aliis nominatis viris non nupſerit, omnino
valere, nec Mutianam cautionem ſufficere,
vt ante Titij, vel aliorum, quibus nubere
vetita eſt, mortes legatum conſequatur, niſi
alij prius viro nubat, *d. l. hoc genus*, in qua Iu-
lianus ait: *Hoc genus legati, ſi Titio non nupſerit,
perinde habendum eſt, ac ſi poſt mortem Titij lega-
tum fuiſſet, & ideò nec Mutiana ſatisdatione in-
terpoſita capere legatum poteſt, ſed & alij nubendo
nihilominus legatum conſequitur*, in quorum ver-
borum explicatione interpretes varias ſen-
tentias protulerunt.

Quarum prima ex Accurſ. *ibidem ſchol. 1.* 68
ſumitur, legatum, ſub conditione, *ne nubat*,
mulieri non acquiri, etiamſi alij nupſerit, cu-
ius ſententiam communem dicit Alciat. *in l.
boues. 89. §. hoc ſermone, numer. 2. ff. de verb. ſigni-
ficatio.* Coſta *in d. l. cum tale. 72. §. ſi arbitratu.
limitatio. 5. numero 2. ff. de conditionibus & de-
monſtrationib.* Couarru. *lib. variar. 1. c. 13. nume-
ro 7.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. libr.
11. titul. 19. numer. 9.* cum alijs, quos ſecutus
enumerat P. Thom. Sanct. *dicto lib. 1. diſputat.
34. num. 41.*

Quorum potiſſimum fundamentum in 69
eo conſiſtit, quod negatiuæ dictionis pro-
prietas in perpetua duratione agnoſcitur,
atque adeò conditio ea negatiue concepta,
nedum ad primas, ſed ad ſecundas, tertias &
vlteriores nuptias protrahitur, dummodo in
rerum natura ſit poſſibile, mulierem nubere
Titio vetitam, ipſi nubere. Quod ex gene- 70
rali verborum Iuliani conceptione Accur-
ſius colligit, qui cum ſecundum eum gene-
raliter loquatur, ſine vlla eſt diſtinctione in-
telligendus. *l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præ-
ſtan. l. de pretio. 10. cum vulgat. ff. de Publicia. in rem
actio.*

Cui interpretationi repugnant Iuliani 71
verba, *ſed & alij nubendo nihilominus legatum
conſequitur*, quæ optime aduerſus Accurſij
ſententiam obijcit *ibi* Paul. Caſtrenſ. *num. 2.
& vltim.* Coſta *vbi ſupra dicto num. 2.* qui licet
principalem Accurſij doctrinam ſequatur,
aliter tamen conſulti verba explicat intelli-
gens, Iulianum tacite illis verbis excuſaſſe
conditionem iuri publico, noſtræque legi
non repugnantem, & ideò implendam, quia

mulier alij nubendo nihilominus legatum conſequeretur.

72 Ego vero plane non video, qua ratione eam conditionem implendam adſitmet Coſta ex eo quod mulier alij nubendo nihilominus legatum conſequatur, cum à ſeparatis iniqua ſit illatio *l. Papinianus exuli.* 21. *in princip. ff de minorib.* diuerſi autem caſus in illa lege à Iuliano deciduntur eius, quæ nondum nupta erat, & alterius, quæ alij nupſerat, primus *in priore legis illius reſponſo*, ſecundus *in verſicu. ſed & alij.*

73 Quare nullam ex præactis interpretationibus probare poſſum, quin potius Iuliani litteram plane, ac ſine vllis ambagibus, prout ſonat, intelligendam vltro defenderem Paulum Caſtrenſem ſecutus *in dicta l. hoc genus*, qui voluit, legatum, quod mulieri non traditur Mutiana etiam cautione interpoſita, dum innupta reperitur, ſi ſemel alij nupſerit, dicta cum cautione ipſi concedendum, etiam ſi Titius adhuc viuat, & poſſibile ſit, primo coniuge mortuo, ei nubere.

74 Moueor primo, nam, quamuis ſecundum Accurſ. *in d. l. hoc genus* communi calculo receptum negatiua illa *Titio non nubendi* conditio perpetua iudicetur, & ad ſecundas, tertias, & vlteriores nuptias protrahenda, contraria tamen ſententia verior videtur ex *dicta l. boues.* 89. *§. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignificatio.* & probat Iuliani littera, *ſed & alij nubendo nihilominus legatum conſequitur.*

75 Secundo pro hac interpretatione in ſpecie contraria facit Caij deciſio *in dicta l. cum ita legatur.* 63. *verſic. videamus. ff. de conditionib. & demonſtrat.* duriorem conditionem *ſi Titio nubat mulier*, iudicantis, quæ iure non improbatur. *l. Titio centum.* 71. *§. Titio centum ff. eod. titu.* quam eam *ne Titio nubat*, quare inter vtramque ſeruanda æqualitas videtur, vt pariter ex primis nuptijs vtrique ſatiſfiat, vel vtraque deficiat. Idque in negatiua effigie præter Iulianum *in d. l. hoc genus* confirmat Caius *in d. l. cum ita, magis placet*, inquit, *cuilibet eorum, ſi nupſerit, amiſſuram legatum, nec videri tali conditione viduitatem iniunctam cum alij cuilibet ſatis commode poſſit nubere.*

76 Quòd ſi adhuc quiſpiam quærat, an ſi viuo Titio cui vetita eſt nubere mulier alij nupta vidua fiat, legatum ſtatim reſtitui oporteat? cum pariter ſecundo poſſit ei nubere, an ſaltim poſt ſecundas nuptias cum eo celebratas? non adeo facilis eſt reſponſio, quam Paulus Caſtrenſis non attigit, cuius ſententia hac in parte claudicat, quamuis eius interpretatio litteræ Iuliani conuenire videatur.

Quare, vt omnes huiuſmodi difficultates tollantur conſtituo *in prima parte. d. l. hoc genus* Iulianum decidiſſe, legatum mulieri ſub conditione, *ne Titio nubat*, perinde habendum, ac ſi poſt Titij mortem legatum eſſet, nec viuo eo mulierem Mutiana etiam cautione interpoſita ad illud admittendam eſſe. In ſecunda verò mulierem alij nubendo viuo etiam Titio ad legatum admitti ex aduerſatiua dictione, *ſed*, quæ præcedentium qualitates repetit. 78 *l. hoc amplius.* 9. *§. de his autem. ff. de dam. infec. l. transfigere.* 18. *C. de tranſactionib.* notat Bartol. *in l. marit.* 29. *§. vlti. ff. de adulter.* Cin. *in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendition.* Bald. *numero* 72. Alexand. *numero* 6. *in l. omnes populi.* 9. *ff. de iuſtit. & iure*, Iaſ. alios referens *in l. filius à patre*, 28. *numero* 7. *ff. de liber. & poſthum.* vbi nos ex alijs, *num.* 32. Dec. *in l.* 1. *num.* 10. *C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* 77

In qua ſpecie Iulianus cautionem Mutianam deſiderat, vt, ſi forſan vidua facta Titio nubat, in conditionis defectum legatum reſtituat. Cautionis enim huius effectus eſt ea lege quicquam tradi, vt accipiens in conditionis euentum vel defectum acceptam reſtituat quantitatem. *l. ſi qui.* 4. *§ vltim. ff. de conditionib. inſtitution. l. Mutianæ* 7. *l. cum tale.* 72 *§. Titius, & in eis* ſcribentes. *ff de condition & demonſtrationib. l.* 7. *in fine titul.* 4. *parti.* 6. Cum enim *in prima periodo* legatum innupiæ viuo Titio, interpoſita etiam cautione denegetur; *in ſecunda huic aduerſa* quando mulier alij nupſit fateri oportet, quamdiu Titius viuet, non aliter legatum ipſi tradendum, quam ſi cautione Mutiana ſatiſdet, in conditionis defectum à ſe reſtituendum, quia, cum prohibitio hæc perpetua ſit ex Accurſio, ex ſecundis, tertijs, aut vlterioribus cum Titio nuptijs conditio deficiet, & hunc verum. *d. l. hoc genus, & ſimilium*, ſenſum nec ab alio adhuc ita explicitum exiſtimo. 79

Sed adhuc forſan tentari poſſet ſemel poſt primas nuptias acquiſitum legatum, mulieri poſtea conditioni non parenti auferri non debere, nec vlla iam cautione opus, vt legatum in defectum conditionis reſtituatur, hæc enim pœna eſſet, quam à matrimonij libertate alienam iura proferunt. Idque Iulianus docere videtur ex dictione, *nihilominus*, quæ iuncta dictioni *ſed* præcedentia omnia delere videtur in cogita. 80

Quarto infero ad intellectum *legis noſtræ, c. Gemma.* 29. *de ſponſalib.* quibus cauetur, pœnæ in eis ſtipulationem prohiberi, vt eorum diſ- 81

poſitio procedat, ne pœnæ ſoluendæ metus
liberum matrimonij conſenſum impediat, ſi-
ne quo illud conſiſtere non poteſt. *l. nuptias.*
30. ff. de regul. iur. l. ſufficit. 4. ff. de ſponſalib. c. cum
locum. 14. c. requiſiuit. 17. cum ſimilib. eod. titulo.

83 Quamobrem tametſi metus hic non vi-
deatur in conſtantem virum eadere, cum ta-
men genus humanum maxime fœmineum
in auaritiam inclinet. *l. 5. titul. 11. parti. 4.* iuſtiſ-
ſima ratione prohibita eſt pœnæ in ſponſali-
bus ſtipulatio non ſolum inter conttahentes
ipſos, ſed & inter eos, qui contrahentes iu-
re ſanguinis proximo adtingũt. Quem horũ
iuriũ ſenſum, & mentem interpretes adſerũt
teſte Couarr. *in epito. ad lib. 4. decretal. 2. parte. c. 3.*
§. 7. n. 5. cum multis alijs, quos congerit Tho.
Sanct. *dicto lib. 1. diſputatio. 30. numer. 3.* id ad
84 eos extendens, qui ſponſis adeo ſunt amici,
vt probabile ſit eos coëteeri, vt inuiti matri-
monium conttahant, ne amici pœnam ſol-
uant, quod & probat dominus, & auus
meus Ioan. Marien. *in dialo. relator. & aduo-*
ca. 3. parte. cap. 17. numer. 8. & ad eos item, qui
graue poſſunt contrahentibus damnum in-
ferre, ne hoc timore ducti eos pœnæ iactu-
ram facientes ſibi iratos habendi inuiti nu-
ptias conttabant. Qua de cauſa idem etiam
adſerit *dicto numer. 3.* Thom. Sanctius in pœ-
na à temporalibus dominis promiſſa ne ſub-
diti cogantur vxores quas nolint, & è con-
uerſo ducere.

85 Cuius generalis doctrinæ ratio teſte Co-
uatru. *vbi ſuprà* oſtenditur *in c. accedens. 10.*
de procuratorib. nam ſimiles, inquit Pontifex, *vio-*
lentæ nuptiæ difficiles exitus ſemper habere ſolent. c.
requiſiuit. 17. cum ſimilib. de ſponſalib. diximus *ſu-*
perius. n. 40.

86 Quæ adſertio locum non habet quando
pœna ita concepta eſt, vt matrimonij ne-
ceſſitatem non inducat, puta, ſi parentes,
conſanguinei, amici, vel domini ſub certa
pœna promittant ſe facturos, & curaturos,
vt Titius, & Seia matrimonium contrahant:
cum enim à pœnæ ſolutione excuſentur, ſi
curam, & diligentiam, vt is contractus cele-
bretur, adhibuerint, timor intercedit nul-
lus, ne hi pœnam ſoluant, *ex adnotatis ſuperius*
in ratione decidendi, n. 10. ac duobus ſequentibus.

87 Prior autem concluſio ita vera eſt, vt
etiam, ſi modica ſit pœnæ quantitas, ſtipu-
latio nulla ſit, *dicto c. gemma, lege noſtra & ſi-*
milib. & *in his* communiter ſcribentes, Co-
uarru. vbi ſupra, plures referens Thom. San-
cti. *dicta quæſtio. 30. numer. 11.* Quo loci hanc
ſententiam multis fundamentis adiuuat,
contrariæ argumenta refellens, eamque
expreſſim probat. *l. 39. titul. 11. part. 4.* quam
ad eius comprobationem vtiliter indu-
xit dominus, & auus meus Ioan. Matien.
in Rubri. titul. 2. lib. 5. recopilat. ſchol. 2. nu-
mer. 2.

Sed quærunt interpretes an vllo in caſu 88
ſtipulantes pœnam promiſſam ſoluere co-
gendi ſint? & an loco intereſſe ſtipulatio pœ-
nalis matrimonio adiecta valeat? vt certa
quantitas ſoluatur, qua æſtimant ſponſi,
quod ſua intereſt non contraxiſſe.

In qua quæſtione triplex eſt opinio ex
his, quæ adnotat Thom. Sanct. *dicta*
diſputatio. 30. à numer. 12. vltimam ex
tribus veram adſerens, quæ duas priores
conciliat, ſcilicet intereſſe in damno emer-
genti conſiſtens exigi poſſe, ſi alter ex ſpon-
ſis matrimonij cauſa expenſas fecerit, non
autem in lucro, quod ex matrimonio proue-
nire potuiſſet. Quoniam, vt ait Sanctius, in- 89
tereſſe damni pœnæ ſpecies appellari non
poteſt, ſed damni ſatisfactio. At ceſſans lu-
crum pœna eſt, quæ in matrimonio non ad-
mittitur, & huc referri oportet promiſſiones
omnes quæ intereſſe nomine fieri ſolent, ne
quiſquam ex contrahentibus ab inſtitutis
nuptijs reſipiſcat ſecundum eumdẽ Thom.
Sancti. aliorum teſtimonijs vtentem *dicta di-*
ſputatio. 30. numer. 16. Vnde patet, ne pluribus
tempus abſumam, iuſtiſſima ratione Paulum
in præſenti motum reſpondiſſe, pœnam matri-
monio contrahendo, ſiue iam contracto
adiectam non valituram, nec ſtipulantes ad
eius ſolutionem adſtringi.

Hinc optima diſcriminis ratio inter con- 90
tractus, & vltimas voluntates deſcendit, vt
in illis quocumque modo pœna adijciatur,
etiam ſi à nuptijs non deterreat, quin potius
mulierẽ, *vt Titio nubat,* inuitare videatur, ſol-
uenda non ſit *ex lege noſtra. d. c. gemma, & ſimi-*
lib. In teſtamentis legatum, *vt huic nubat, vel*
ne ipſi nubat, concedendum inobedienti non
ſit. *Aliud eſt enim* (ait Vlpianus *in l. Titio centum.*
71. § Titio centum. 1. ff. de conditionib. & demon-
ſtrationib.) *eligendi matrimonij pœna metu liberta-*
tem auferri, aliud ad matrimonium certa lege inui-
tari.

Quæ differentiæ ratio ex eo vera ſit, nam 91
pœnæ ſolutio hinc inde obligat, cui timore
ſoluendi ex proprijs, parentum, adfinium, ſi-
ue amicorum facultatibus mulier cogitur
inuita deſponderi ſecus in legato vt *huic* 92
nubat, vel *ne ipſi nubat:* nihil enim ex bonis
ſuis mulier amittit, ſed ex conſulto potius
ad matrimonium certa lege inuitatur. Quod
ita per plures columnas probat, plurimos
alios adferens Thom. Sancti. *dicto lib. 1. diſpu-*
tatio. 33. à numer. 6. ac diſputatio. 34. Qua in
re amplius non immorabor, eum in ſingu-
lis deciſionibus conſulti ſuarum in ſpecie
pro-

propoſita ſententiarum rationes exprimant.

93 Altera etiam eſt inter contractus, & vltimas voluntates quoad turpes, vel impoſſibiles conditiones differentia, vt ſtipulatio ex conditionis turpitudine, vel impoſſibilitate non valeat, legatum ea reiecta, vel alia qualibet, quæ à nuptijs auertat, concedatur, ita ex alijs à ſe relatis aliquas recenſens tenuit D. Franciſc. Sarmient. *lib. ſelectar. interpretation. 2. capit. 3. num. vlti.*

Ego tamen ad ſpeciem noſtram libentius adſentior P. Thom. Sanctio *dicto lib. 1. diſputatio. 34. numer. 2. verſicul. rogabis tamen* contractus ideo turpi vel impoſſibili conditione adiecta non ſubſtineri edocenti, quoniam inquit contrahentes ipſi cum adhuc viuant contractibus ſuis inualidis nouum poſſunt robur adijcere, remittere conditionem, legemque apertius exprimere *l. veteribus. 39. cum vulgat. ff. de pact.* At, qui iam obijt teſtator diſpoſitionem ſuam ad modum debitum reducere nequit, quam ideo lex adiuuat illas conditiones reijciens, quæ nec impleri poſſunt, nec debent, vt teſtatoris voluntas, qui iam aliud velle non habet, ſubſtineatur. *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. cum Martha. 6. cum mille ſimilibus de celebratio. miſſar.*

94 Quinto ſeſe offert quæſtio, num mulier iura regiæ coronæ ſub lege poſſidens, *ne abſque principis facultate nubat*, inuito eo, vel eius adſenſu irrequiſito contrahens poſſit à principe ijs iuribus ex ordinaria poteſtate priuari?

In qua prima facie dicendum videbatur, priuationem hanc à principe iure fieri non poſſe, ex qua manifeſta coactio liberam contrahentium voluntatem impediens induci videtur.

95 Sed contraria ſententia verior eſt poſſe principem in rebus à ſe donans, legem, quam voluerit, imponere *l. legem. 10. C. de pact.* mulieremque illi non obtemperantem principis beneficio priuari, ita teſtante Afflict. *inc.*
96 *1. § praeterea. numer. 20. & 21. quib. mod. feudum amittatur in vſib. feudor.* In quo metu pœnæ matrimonij libertas non impeditur, ſed lucri dumtaxat amiſſione, quo mulierem legi ſibi præſcriptæ non obtemperantem priuari videtur æquiſſimum *l. ea quæ. 58. ff. de donationib. inter vir. & vxor.*

97 Quæ tamen ratio mihi non ſatisfacit, præſertim cum de principis ordinaria poteſtate ſermo ſit noſter inſtitutus, ſecundum quam legibus adſtrictus eſt. *l digna vox eſt. 4. C. de legib. l. 16. titul. 1. parti 1.* lucri ſiquidem amiſſione libera etiam coërcetur voluntas, & conditio hæc contractum vitiat *ex praedictis.*

Nihilominus tamen hanc ſecundam ſen- 98
tentiam lex quædam Luſitana confirmat teſte Coſta *in d. l. cum tale. 72. §. ſi arbitratu, limitatio. 2. numer. vltim. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* Cuius rationem dicit, quam ipſe la- 99
tius ornat, nam in antiquis etiam donationibus, quas priores Reges fecerunt, eamdem legem denuo nouiſſimus princeps imponere
præſumitur. Cui & illud addiderim, regia 100
ſemper priuilegia ea conditione concedi ſolere, vt eò vſque durent, donec regia maieſtas indulſerit, non amplius, quibus iuſta de cauſa hunc incertum limitem ex conditionis euentu pendentem ſtatuere potuiſſe videtur, quaſi precario conceſſa ſint. Quod ex alijs lata diſputatione diſcutit Carol. Tapia *in l. vltim. ff. de conſtitutio. princip. 2. parte. c. 11. maxime à num. 56.*

Nec ex conditione *inconſulto principe non* 101
nubendi videtur viduitas iniuncta, vel matrimonij libertas retardata, cum beneficium principis non eò tendat, ne innupta maneat, ſed ne inhoneſte nubat. Quoniam etiam legatum, *ne Maeuio, Titio, vel turpi marito nubat* mulier conditioni contraueniens non conſequetur, *l. cum ita. 63. cum ſimilib. ff. de condition. & demonſtrationib.* Quod in prælegato, *ne Iudaeo, vel ſimili macula infecto nubat* poſt alios defendit Ludouic. Molina *de Hiſpanor. primogen. lib. 2. c. 13. num. 28.* Parlador. *in ſeſquicentur. different. 147. § 5. nu. vlti.* cum aliis multis honeſte, vel ex adſenſu principis nubere poſſit, *d. l. cum ita* Molin. *proxime* adductus *& num. 36.*

Quærit Fachin. *lib. controuerſ. iur. 5. cap. 49.* 102
Nuncquid legatum puellæ ſub conditione, *ſi Seio fuerit in matrimonium copulata*, poſt matrimonium contractum ante copulam conſequatur? adfirmatiuam ſententiam contra Baldum *ex l. cum fuerit. 25. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* cuius verba recitat Menoch. & alijs defendens.

Quærit item Fachin. *dicto lib. 5. c. 54.* legatis 103
puellæ mille, *ſi nubat*, ducenta, *ſi religionem ingrediatur*, an religionem ingreſſa mille conſequetur? partem adfirmatiuam Bartolo, negatiuam Baldo adſcribens. In qua ipſe religionis fauorem maximi facio *authent. de ſanctiſſim. Epiſcop. § praeſenti collat. 9.* eodemque iure matrimonium carnale, & ſpirituale cum de vno ad alterum æqua ſit argumentatio *c. inter corporalia. 2. vbi* late ſcribentes *de tranſlatione epiſcopi*, cenſenda eſſe arbitror, eamque aliis multis relatis tenuit Micha. Craſ. *lib. ſententiar. § legatum, q. 50. n. 12.*

Denique pro huius materiæ coronide 104
quæſtio illa diſputanda proponitur, in qua, ni fallor, interpretum plerique non ſatis fœliciter

liciter laborarunt. Nûm ſcilicet *ex c. vltim. de ſecund.nuptijs* deciſio *authenti. cui relictum. C.de indicta,viduitat.tollen.* correcta ſit?

In qua communis eſt fere omnium ſententia, prædictam authenticam correctã non eſſe teſte P. Thom. Sanctio alios omnes adferente, veriſſimamque ac indubitatiſſimam contendente de ſponſalib. *libr.7.diſputat.*87. *num.*29. *diſputat.*91. *num.*1.& 5. Quam vt melius comprobet *dicti c.vlt.* verba expendit, *legalis infamia ſubſtinere iacturam*, ex eis adſerens, licere teſtatori lucrum, quod concedit auferre, reique ſuæ honeſtam conditionem adponere, qualis ex eo eſt viduam à ſecundis nuptijs abſtinere, nec in ciuili, aut canonico iure non tranſeundi ad ſecundas nuptias viro, aut vxori conditionem impoſitam reprobari.

105 Ego vero *dictam authentic.cui relictum.C.de indicta viduita.tollenda,in d.c.vlt.de ſecund.nuptijs*, correctam defendo, tam quia pœnam & odium coniugis ſecundo nubentis continet, quæ ſummus Pontifex accurate repellit, quam, quia vniuerſali regulæ *matrimonia libera eſſe oportere* aduerſatur, velut exceptio illius nullo tamen iure fundata, ſed vanis ni fallor argutijs inuenta.

106 Cum tamen præcedens regula indefinite ad primas, ſecundas, tertias, quartas ac deinceps nuptias protrahatur. *c. aperiant.* 11. *cum duob. ſequentib.* 31. *quaſtio.* 1. nec nobis diſtinguere lege non diſtinguente liceat. *l. de pretio.* 10. *cum vulgat.ff. de publicia. in rem actio.* hicque nuptiarum, ſacramenti, & propagationis fauor alijs quibuslibet rationibus præpõderet.

107 Nec ſane vlla differentiæ ratio adſit pro iniuncta coniugi viduitate quæ publica ſit, priuatæ ſemper præponenda. *l.vni.* §.*vltim.C. de cadue.tollen.authentic.res qua. C.commun.de legat. l.vtilitas publica.*4. *C. de primipilo lib.*12. *l. actione.*66. §.*labeo.ff.pro ſocio. c. Scias.*35.7.*quaſt.*1. *l.*8. *titul.*28.*part.*3. Menchac.*libr. controuerſ. illuſtr.*1.*c.*5. *num.*16. Surd. *deciſio.*62.*num.*23. *deciſio.* 255. *numer.* 10. cum publice expediat matrimonia omnia libera eſſe. *c. gemma.* 29. *cum ſimilib.de ſponſalib.* & pœnæ ſecundo nubentium iure canonico abrogatæ ſint.

108 Ex hac autem viduæ nubendi prohibitione iniuncta, ſicut ex ea, quæ virgini fit, proles impeditur, quam Iuſtinianus *in l.* 2. *C. de indicta viduitat.tollen.*& iura canonica, velut bonum matrimonij neceſſarium exigunt, contraria ipſi conditiones impugnantia. *c.vltim.cum complicibus de conditionibus adpoſit.*

109 Nec decere intereſt, vt ſe vidua contineat, decet enim etiam ex diuo Paulo, vt virgo abſtineat, cuius ſtatus fœlicior eſt cœlibatu, prout ex Itner. & alijs notat Aceurſ. *in dicta authentic. cui relictum ſchol.vlt.* Ius vero canonicum, ac diuinum ſolum contendit, ne vlla matrimonia etiam viduarum impediantur, ſed potius libera ſint. *d.c.gemma, lege noſtra, & ſimilib.*

110 Quo tendunt Apoſtoli verba relata *in dicto c.vltim. de ſecund.nupt. Mortuo* ſcilicet *coniuge ſuperſtitem ab eius lege ſolutum, licentiam in domino habere, cuicumque alij voluerit, coniungi.* Quæ plane libera facultas ex pœna, vel omiſſo hac de cauſa lucro arctatetur ex Panormita. *in dicto.c.vlt. num.*3. contra expreſſa Apoſtoli verba, quibus nemo eſt, qui in ſpecie reſpondeat.

111 Sed omnes viri & filiorum dedecus, ac triſtitiam ex ſecundis vxoris, vel matris nuptijs conſiderant, quæ matrimonij libertati, & procreationis fauori cedere debent. Nec ſcelus iudicandum, legatum retinere in propoſita effigie contempta voluntate defuncti.
112 Maius enim eſſet coniugis relictæ in Deum, & virum ex luxuria peccatum, cui ius canonicum medetur. *c. vltim. de præſcriptionib. c. vt animarum,* 2 *cum ſimilib. de conſtitution. libr.* 6. Quod in terminis ex alijs accurate tradit P. Thomas Sanctius *de ſponſalibus. dicto lib.*7.*diſputation.*91. *quaſtio.*4.*num.* 41. cum tamen ex veriore ſententia, quam ipſe defendit. *numero* 42. ex fornicatione legatum ſub conditione, *ne ſecundo nubat*, vidua non amittat.

113 Quare iudicio meo maritus vxori legans ſub conditione, *ne nubat*, in libertatem matrimonij peccat, cuius voluntatem tamquam iuri aduerſam irritam ideò reddi neceſſe eſt *argumento. l.nemo poteſt.* 55. *ac ſimilium. ff.de legat. lib.* 1. quicquid contra ſentiat Iuſtinian. *in d. authentic. cui relictum* cuius deciſionem poſt vniuerſalem *dicti c.vltim.de ſecundis nupt.* correctionem, nulla regia lege, vel canonica ſanctione roboratam video, cum tamen indiſtinctè ab omnibus ſuprema libertas matrimonij commendetur.

114 Neceſſitas autem proprietatis bonorum à primo marito venientium liberis primi matrimonij reſeruandæ, fauorem potius filiorum illius matrimonij reſpicit iuris rigore, & æquitate munitum, quam odium ſecundarum nuptiarum, cum bona etiam à ſecundo marito habita, & qua ratione ipſius liberis conſeruari fas, opuſque ſit ex Panormita. *in dicto c. vltim.num.* 3. *vbi* additio *litter. D.* in quo rationes haſce, & alias conſiderat idem Abbas, quem videas, negat enim ex eis Imperatori poteſtatem matrimonij ad tempus etiam interdicendi.

115 Noſtram ſententiam principalem ex Innocentio, & alijs à ſe relatis audax expreſſit Col-

Collectat. *in c. penult. num. 4. & 5. de ſecund. nuptijs*, & quidem omnes teſte Alexandro de Neuo *in d. c. vlt. num. 13.* Thoma Sanctio alios *vbi ſuprà* referente communiter tenent, ſecluſo fauore filiorum, viduæ ſecundo nubenti pœnas impoſitas abrogatas eſſe *in dicto c. vlt. de ſecund. nuptijs. l. 3. tit. 1. vbi* late & eleganter dominus & auus meus Ioan. Matien. *ſchol. 2. lib. 5. recopilation.*

116 Nec obeſt *dictis c. vlt.* verborum *legalis infamiæ ſubſtinere iacturam*, à Thoma Sanctio & alijs tradita expoſitio, vt in pœnis legalibus, nō ab homine impoſitis intelligenda ſint, tū, quia legalis etiam eſt infamiæ iactura legis permiſſio, vt homo metu pœnæ, aut lucri amittendi poſſit viduitatem indicere. Quòd ſi hæc ſolutio non ſufficit, ſit ſatis ex ea conditione matrimonij libertatem, quam iura omnia intactam & illibatam merito ſeruari volunt, quomodolibet impediri *ex rationibus ſuperius traditis*, quas repetere noſtri non eſt inſtituti, ſed hæc & alia ſapientioris cuiuſpiam arbitrio ſubijcere.

117 Reliquum eſt, vt dubitandi rationibus ſatisfiat, & imprimis ad dictam *l. mulieri, & Titio. 74. cum ſimilib. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* reſpondetur, Pœna extraneo impoſita, vel legato ei ea conditione relicto, ne mulier nubat, mulierem à nuptijs non auerti, cum ſua interſit nihil, eum conditione defectum legatum eſſe amiſſurum.

Proinde cum ex huiuſmodi conditione nulla mulieri coactio inferatur, non aliter Titius ad legatum admittitur, quam ſi mulier innupta manſerit. *l. 1. C. de indicta viduitat. tollen. l. Auia. 77. §. Titio. ff. de conditionibus & demonſtrationib.* Vnde infert Coſta *in d. l. cum tale. 72. §. ſi arbitratu. ff. eod. titul. limitatio. 4. nu. 3.* eodem modo pœnam ab extraneo promiſſam ſoluendam eſſe ex Accurſ. *in præſenti*, & Præpoſito *in d. c. gemma. 29. numer. 7. de ſponſalibus.*

118 Noſter vero textus, & ſimiles in parentibus, coniunctis & propinquis contrahentium, nec non & in amicis ſtricta amicitia coniunctis, dominis & his, qui eis damnum inferre poſſunt, quorumue commoditatis ipſorum vtilitati & lucro cedit, intelligendi ſunt, prout *ſuperius in quarta illatione, num. 83. & 84.* probauimus. Vbi enim ea neceſſitudo reperitur, fraus legi facta deprehenditur, cuius cauſa legatum non valet. *l. heres meus. 79. §. vltim. ff. de conditionib. & demonſtrationibus. Quod in fraudem legis*, Papinianus ait, *ad impediendas nuptias adſcriptum eſt, nullam vim habet, veluti Titio patri centum, ſi filia, quam habet in poteſtate, non nupſerit, hæres dato, vel filio familias, ſi pater eius vxorem non duxerit, hæres dato*, ex qua deciſione, & alijs eiuſmodi ita tenuere interpretes *proximè* adducti.

Sed his obeſſe videtur text. *in l. arrhis. 3. l.* 119
vlt. C. de ſponſalib. & arrhis. l. 1. tit. 11. part. 4. quibus cauetur, matrimoniales arrhas, quas ſponſus ſponſæ plerumque dare ſolet, repeti poſſe, ſi per eam ſteterit, quominus matrimonium contrahatur.

Cuius deciſionis ratio ſpecialis eſt, quam diuerſimode proponunt interpretes *in præſenti*, & *in c. Gemma, 29. de ſponſalib.* quorum ſententias congerit Couarru. *de ſponſalib. 2. part. c. 3. §. 7. numer. 6.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in Rubr. tit. 2. ſchol. 2. ex num. 2. ad fin. lib. 5. recopilation.* P. Thom. Sancti. *dicto lib. 1. diſputatio. 35. nu. 2.* Quoniam arrha pœna non eſt, ſed quædam virginitatis & nobilitatis ſponſæ remuneratio. Qua opus non eſt, ſi per eam ſteterit, quominus matrimonium contrahatur, eaque priuari oportet eadem ratione ſponſum, à quo ſpe ſua ſponſa defraudata eſt. Quam rationem ex his, quas interpretes adferunt ſpeciei noſtræ aptiorem iudico.

Ad ſecundam dubitandi rationem faci- 120
lior eſt reſponſio, ſpeciale ius in noſtra effigie conſiderandum, nam etiamſi ſtipulatio pœnalis, de qua Paulus, in faciendo, vel non faciendo conſiſtat, & hac de cauſa implenda videatur, matrimonij tamen fauore iuſtis ex cauſis reijcitur, quas recenſet conſultus *in præſenti*, & S. P. *in d. c. Gemma*, noſque latius *in ratione decidendi* adnotauimus. Ex quibus deciſio noſtra ſatis explicita, ni fallor, manet. Quæ omnia cedant vtinam in laudem & gloriam omnipotentis Dei, virginis Deiparæ Mariæ, ac Beati vtriuſque Ioannis, quorum nomine ac protectione glo[illegible]

Ex

Ex l. contractus. 29. ff. de regul. iuris.

S V M M A R I A.

1 *Præter obligationes contractibus inſitas, alia ad fraudes hominum refrenandas ſunt inuenta.*

2 *Fraus bonæ fidei iudicijs aduerſa eſt, illaque in contractibus vtens punitur.*

3 *Fraus ſua nemini prodeſſe debet.*

4 *Lata culpa quare adinſtar doli in contractibus puniatur?*

5 *In culparum diuiſione, explicatione, & applicatione quid interpretes ſentiant?*

6 *Bartolus quinque culparum ſpecies conſtituit, latioremq; dolum præſumptum vocat.*

7 *A verbis legis recedere non licet.*

8 *Simile non eſt idem.*

9 *Qualis culpa dolus dicatur verus, vel præſumptus?*

10 *Dolus genus eſt ex Bartolo ſpecies habens, dolus enim bonus eſt, & dolus malus.*

11 *Dolum diſtinguit Bartolus in verum & præſumptum.*

12 *Bartolum reprehendunt modernorum plerique.*

13 *Quæ gradu intenduntur, ſecundum plus & minus ſpecificã differentiam non admittũt.*

14 *Optimum bonus etiam dicitur, & latior idẽ, quod lata culpa ſignificat.*

15 *Sancti Thomæ adſertio Angelos in ſpecies diuidentis defenditur.*

16 *Culpas ob diuerſos effectus in ſpecies aliqui partiuntur.*

17 *Ex veriore ſententia culpa gradus, non ſpecies habet.*

18 *Doli diſtinctio in verum, & præſumptum à Bartolo facta impugnatur.*

19 *Dolus quomodo probetur?*

20 *L. ſi procuratorem. 8 §. dolo. ff. mandati, explicat*[illegible]

21 *Tectus calliditate dolus verus eſt, non præſumptus.*

22 *Dolus ex malitia, culpa ex ignorantia deſcendit.*

23 *Dolus & culpa diuerſa ſunt.*

24 *Culpa dolum non continet, tamquam ſpeciem.*

25 *Zaſius duo culpæ genera facit, alterum verſutiæ, ignauiæ alterum.*

26 *Culpa qualibet etiam maxima ab ignorantia procedit.*

27 *Culpa verſutiæ dolus verus eſt ſecundum Corraſium.*

28 *Culpa in genere & in ſpecie accipitur, quod exemplis confirmatur.*

29 *Culpa in genere accepta dolum etiam includit ſecundum aliquos.*

30 *Culpa genus non eſt, cum ab inſcio, non à verſuto & fallaci admittatur.*

31 *Lata culpa cur? & quomodo dolus dicatur?*

32 *Quodcumque illicitum factum impropriè culpa dicitur.*

33 *Dolus & culpa diuerſa ſunt, & diuerſa nomina ſortiuntur.*

34 *Lata culpa dolus dicitur, & quare?*

35 *Dolus præſumptus doli veri ſpecies non eſt.*

36 *Accurſius inter latiſſimam, latiorem, & latã culpam differentiam non conſtituit.*

37 *Lata culpa dolus verus non eſt, ſed præſumptus.*

38 *Lata culpa quibus verbis, aut ſignis ſignificari ſoleat?*

39 *Dolus præſumptus lata culpa eſt contra Barboſam.*

40 *Limitatur regula,* taciti & expreſſi idem eſſe iudicium.

41 *Machinatio deprauata etiam tecta dolum includit.*

42 *Culpa tres gradus habet, latam ſcilicet, leuem, & leuiſſimam.*

43 *Dolus definitur.*

44 *Lata culpa communis definitio.*

45 *Infans, vel furioſus latam culpam non admittunt.*

46 *Peccans in arte, quam noſſe non debuit, lata culpa reus non eſt, ſecus in artifice.*

47 *A lata culpa ſunt immunes ij, in quos culpa qualitas cadere non poteſt.*

48 *Infans, vel furioſus hominem occidentes lege Cornelia non tenentur.*

49 *Aliquando in pueros ſingulari quadam ratione eſt animaduerſum.*

50 *Verba legis in habilibus dumtaxat locũm habent.*

51 *Lata culpa reus non eſt, qui in arte peccauit, quam noſſe non tenetur.*

52 *Lata culpa communis definitio numeris ſuis apprime conſtat.*

53 *Lata*

53 *Lata culpa diffinitio à Donello tradita impugnatur.*
54 *Lata culpa, quæ ſecundùm Duarenum.*
55 *An & quando lata culpa ſit, eam in rebus alienis diligentiam non adhibere, quam in proprijs?*
56 *In ſpecie §. præterea, Inſtit. quib. mod. re contrahi. obligatio. leuis ſola culpa interuenit.*
57 *Leuis culpa eſt conſueta in rebus proprijs negligentia.*
58 *Quæ autem in rebus proprijs conſueta negligentia lata culpa ex Accurſio dicatur?*
59 *Quotuplex & qualis lata culpa ſit?*
60 *Exempla latæ culpæ proponuntur.*
61 *Diligentiſſimus in ſuis, aliena non ita ſeruans, an, & quando poſſit latæ reus culpæ haberi.*
62 *Iuris error an ſemper, & generaliter latam culpam inducat?*
63 *Culparum in latam, leuem & leuiſſimam diſtinctio, & vniuſcuiuſque proprietas.*
64 *Culparum cognitio proponitur.*
65 *Leuiſſimam à leui culpa non differre contendunt Burgi. & Donellus.*
66 *Leuis culpæ à leuiſſima ſeparatio ex legibus deducitur contra Donellum.*
67 *Quæ culpa generaliter in lege Aquilia coërceatur? ad intellectum l. in lege Aquilia. 40. ff. ad leg. Aquil.*
68 *Intelligitur l. ſi vendita. 11. C. de periculo & commod. rei venditæ.*
69 *Intelligitur l. ſi vt certo 5. § quod verò, verſic. cuſtodiam. ff. commodat.*
70 *Intelligitur l. ſi merces. 25. §. qui columnam. ff locati.*
71 *Negotiorum geſtor de leuiſſima culpa tenetur.*
72 *Leuiori culpæ nullus in iure effectus adſcribitur.*
73 *Igneus ſolum dolum verum & præſumptum coërceri contendit.*
74 *Impugnatur Ignei ſententia, & communis comprobatur, vt & lata culpa in depoſito præſtetur.*
75 *Communi ſententiæ ſingularis cedere debet.*
76 *Qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradidit, ſibi debet imputare.*
77 *Depoſitarij negligentis culpa lata cum deponentis culpa non compenſatur.*
78 *Lata culpa doli verbo continetur, & ſicut dolus in ipſis officit.*
79 *Culpa ſimpliciter nominata leuis eſt, nõ lata.*
80 *Teſtis de culpa deponens de qua ſenſiſſe videatur?*
81 *Ignei lapſus excuſatur.*
82 *Dictiones* tantum, ſolummodo, dumtaxat, *ſimilia includunt.*
83 *In delictis dolus maiori pœna quam lata culpa punitur, & quid in carceris cuſtode?*
84 *Iurari in litem debet ob ſolum dolum, non etiam ob latam culpam ex Accurſ.*
85 *In pœnalibus lex dolum exprimens culpam nõ comprehendit, quamuis ciuiliter agatur.*
86 *Damnatus ob latam culpam infamis non habetur, ſecus ſi ob dolum.*
87 *Vita & famæ cauſa pares ſunt.*
88 *Actor ob latam culpam ex communi ſententia in litem iurat.*
89 *Expenditur deciſio l. tutor. qui repertorium. 7. ff de adminiſtrat. tutor.*
90 *Ad iuramentum in litem rupta fides deſideratur, quæ ex lata etiam culpa frangitur.*
91 *Accurſij fundamentis ſummariè reſpondetur.*
92 *In ſpecie §. ſuſpectus, Inſtitut. de ſuſpect. tutor. ex lata culpa tutor ſuſpectus redditur.*
93 *Vitæ & famæ cauſam comparari, quando & quomodo procedat?*
94 *Doli verbo lata culpa continetur.*
95 *Hominem data opera occidens lege Cornelia tenetur.*
96 *In depoſito & precario dolus, & lata culpa præſtantur.*
97 *Regula vniuerſalis quoad culparum præſtationes in omnibus contractibus proponitur.*
98 *Depoſitum ſolet generaliter gratia deponentis fieri, vt accipiens ſolam latam culpam præſtet.*
99 *Si ſit deponentis, & accipientis gratia leuis in directa depoſiti actione culpa coërcetur.*
100 *Depoſitum mercede interueniente ſitne locatio nominanda?*
101 *Intelligitur l. 1. §. ſi veſtimenta. ff depoſiti.*
102 *Intelligitur § ſi ſeruum, eiuſdem l. 1.*
103 *Depoſitum irregulare quod? & quæ culpa in eo præſtanda ſit?*
104 *Contractus innominatus ſit nominatus data actione, ea deficiente præſcriptis verbis datur.*
105 *Contractus nominatus in alium non mutatur, quamuis ipſi alterius obligatio inſit.*
106 *Agri menſor dolum ſolum & latam culpam præſtat.*
107 *Qui ſe obtulit depoſito leuiſſimam culpam præſtat, & quare?*
108 *Depoſitarius ſua gratia factus leuiſſimam culpam, & caſus præſtat.*
109 *Depoſitum lege* vtendi *factum mutuum eſt ex Ioanne ab Accurſio relato.*
110 *Azo, Bartol. & alij depoſitum cenſent, & in eo leuiſſimam venire adſerunt.*
111 *Quid inter numeratam pecuniam, & ſacculo clauſam interſit?*
112 *Expenduntur verba l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. ſi certum petat.*
113 *Exponitur l. Lucius. 24. ff. depoſiti.*
114 *Voluntas contrahentium in contractibus inſpicienda eſt.*
115 *Pecunia depoſita ex lege* vtendi *credita dicenda eſt.*

116 *Is contractus eſt cenſendus, in quem expreſſe vel tacite contrahentes conſentiunt.*

117 *In ſpecie d. l ſi quis nec cauſam accipiens pecuniam caſus etiam praſtat.*

118 *Mutuum accipiens caſum praſtat, idemq́; obtinet in alio contractu mutui ſecuturi gratia inito.*

119 *Fortuitus caſus in ſpecie l. rogaſti. 11. ff. ſi cert. petatur, continetur.*

120 *Verbum,* periculum, *an & quando ad caſum referatur?*

121 *Pacto intercedente caſus etiam in depoſito praſtatur.*

122 *Caſuum ſuſceptio locum non habet, ſi dolo vel culpa eius accidant, in cuius fauorem facta eſt.*

123 *Mora quot, & quibus modis committatur? remiſſiuè.*

124 *Mora precedente caſus etiam imputatur ex Azone, Ioan & alijs.*

125 *Martinus ab Accurſ. relatus contra ſentit.*

126 *Naturalis aquitas eſt, ne quis ad id teneatur, quod impedire non potuit.*

127 *An & quando quis de caſu, poſt moram teneatur? ex Duareno.*

128 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

129 *In dubio contra moroſum, & fruſtratorem eſt interpretatio facienda, & fur quando caſum praſtet?*

130 *Qui litigantis cauſam habet in mora non ſtatim conſtituitur, & an creditori in mora conſtituto res pereat?*

131 *Queſtiones aliquæ circa moram remiſſiuè.*

132 *Caſus fortuitus, quem lata culpa praceſſit, in re depoſita praſtatur.*

133 *Caſum domeſticorum facto contingentem an praſtet depoſitarius?*

134 *Culpa ad caſum non directa, etiam grauis purgatur, vt caſus à committente non praſtetur.*

135 *Dolum in re depoſita committens, caſus etiam fortuiti pœnas dabit.*

136 *Intelligitur l. ſi vehenda. 10. §. 1. in fine. ff. ad leg. Rhod. de iactu.*

137 *In contraria depoſiti actione regula. l. ſi vt certo 5. § nunc videndum. ff. commodat. ſeruanda eſt.*

138 *In precarij actione directa quare ſola culpa lata praſtetur?*

139 *Diſcrimen inter precarium & commodatum.*

140 *Conſtituti materia remiſſiuè, & qua in eo culpa preſtetur?*

141 *Error littera noſtri textus expungitur.*

142 *Mandatum mandantis gratia fieri ſolet.*

143 *Noſtra facimus ea, quibus authoritatem impartimur.*

144 *In mandato leuiſſimam etiam culpam praſtari regula eſt.*

145 *Martinus regulam dicti §. nunc videndum mandato applicat.*

146 *In mandato gratia mandantis facto lata culpa ex Martino, non alia praſtatur.*

147 *Ad ſpecialia negotia, procurator deſignatus leuem etiam culpam ex Martino praſtat.*

148 *Litium procurator de leuiſſima etiam culpa tenetur.*

149 *Martini diſtinctionem Accurſius reijcit.*

150 *Accurſ. in mandato generaliter leuiſſimam culpam coërceri adſerit.*

151 *Alienum negotium gerendum ſuſcipiens induſtriam ſuam pollicitus videtur.*

152 *Diſcrimen inter depoſitum & mandatum.*

153 *Rebus mandatis procurator ſuas poſthabere debet, & ad leuiſſimam etiam obligatur.*

154 *Nullo damno ex procuratoris negligentia domino ſecuto an ſit actioni mandati locus? remiſſiuè.*

155 *Mandatum mandantis gratia fieri quomodo intelligatur?*

156 *Exponitur l. ſi procuratorem. 8. §. dolo. ff. mandati.*

157 *Dolus & lata dumtaxat culpa praſtantur in ſpecie l. ſi fideiuſſor. 29. in princip. & §. ſi cum debitor. ff mandat.*

158 *In mandato ſemper ſpecialis induſtria exigitur.*

159 *Dicti § ſi cum debitor, intellectus & ratio.*

160 *Intelligitur l. idemque. 10. in princip. ff. depoſiti.*

161 *Expoſitio l. in vt mandata. 21. C. mandat.*

162 *Procurator noſſe debet, ſe de leuiſſima etiam culpa teneri.*

163 *An & quando in directa mandati actione leuiſſima culpa non veniat.*

164 *In contraria mandati actione leuiſſima etiam culpa praſtatur.*

165 *Diſcrimen inter mutuum, & commodatum remiſſiuè.*

166 *Commodatum dicitur, quaſi ad commodum vtentis datum.*

167 *In directa commodati actione leuiſſima etiam culpa venit.*

158 *In quo differat à depoſito commodatum.*

169 *In directa commodati actione lata dumtaxat culpa praſtatur, cum ſit gratia commodantis.*

170 *Commodatarius rem famulo domini tradens, vt ad eum portet, de lata ſola culpa tenetur.*

171 *Si commodatum fiat vtriuſque contrahentis gratia, leuis culpa in ipſius actione directa venit.*

172 *Si merces in commodato interuenit ad inſtar locati leuis culpa praſtatur.*

173 In contraria commodati actione regulariter dolus, & lata culpa dumtaxat praſtantur.
174 In contraria commodati actione regula. d. §. nunc videndum locum habet.
175 Caſuum praſtatio in commodato remiſſiue.
176 Re commodata aſtimata an caſus praſtetur?
177 Connani ſententia caſum excludentis à re commodata aſtimata proponitur.
178 Rei aſtimatio efficit, vt re quomodocumque perempta pretium ſit omnino reſtituendum.
179 Separata oratio aliquid noui inducere debet, ne ſuperflua iudicetur.
180 Expenditur l. 1. §. vltim ff. de aſtimator. actio.
181 Diſtinctiones ab interpretibus facta circa alios contractus reijciuntur.
182 Ex rei aſtimatione periculum ad accipientem tranſit in quolibet contractu.
183 Connani ſententia quando locum habeat?
184 Bartoli diſtinctio in praxi admittenda eſt.
185 In vendito leuis etiam culpa praſtatur.
186 Intelligitur. l. cuſtodiam. 3. ff. de pericu. & commo. rei vendita.
187 Argumentis contrarijs veritas iuris ladi non debet, vt abſurdum vitetur.
188 Rei cuiuſque periculum ad dominum ſpectat.
189 Dominium emptor ante traditionem non adipiſcitur.
190 Venditio dicitur perfecta ſimul, atque de pretio conuenerit.
191 Perfecta venditione rei nondum tradita venditor liberatur re ſine culpa perempta.
192 Idemque iuris obtinet in eo, qui rem nulla exceptione obſtante debet.
193 Fortuiti caſus periculum ad emptorem ſpectat.
194 In emptore quare nulla poſſit culpa conſiderari?
195 In pignoratitia actione leuis etiam culpa praſtatur.
196 In pignore iudiciali, vel pratorio ſola culpa lata praſtatur.
197 Pignoris conuentionalis, & iudicialis diſcrimen, & an in vtroque leuis culpa veniat.
198 L. ſi cum venderet. 13 §. vltim. ff. de pignorati. actio expenditur.
199 Pignoris acceptio accipientis gratia fit, vt is leuiſſimam culpam luat.
200 Intelligitur l. ſicut. 19. C. de pignorib. & d. l. ſi cum venderet § 1. & vltim.
201 In commodato vtriuſque gratia initio leuis, non leuiſſima culpa praſtatur.
202 Fortuitorum caſuum diſputatio remiſſiue.
203 Quomodo probetur damnum accidiſſe, vt quis à culpa immunis habeatur.
204 In contraria pignoris actione culpa reus debitor effici non poteſt.
205 In locato leuis culpa praſtatur, cum vtriuſque interſit.
206 Locator tenetur conductori rem indemnem praſtare, nec aliter penſionem capit.
207 Si locator conductoris expulſionem impedire potuit, in id, quod intereſt, damnatur.
208 Culpa locatoris quotuplex?
209 Culpa dumtaxat leuis, non leuiſſima à locatore praſtatur.
210 Exempla in quibus locator conductori in id etiam, quod intereſt, damnatur.
211 Ratio differentia inter dolij vitium, & ſaltus paſcua.
212 Vſus fructuarius domum prout dominus locans ad quid conductori teneatur?
213 Conductor locatori tenetur in id, quod ſua culpa perierit, vel deterius factum ſit.
214 In locato & conducto leuis ex Accurſio culpa praſtatur.
215 In conducto leuiſſima etiam ex aliorum interpretum ſententia venit.
216 Expenduntur. §. qui pro vſu inſtitu. loca. l. qui mercedem 40. ff eod. titul.
217 In conducto leuis culpa venit, niſi expreſſe, vel tacite ſit promiſſa cuſtodia.
218 Hugo Donelus carpitur leuiſſimam etiam in eo culpam venire adſerens.
219 Intelligitur l. in iudicio. 28 ff locati.
220 Quotiens res vtenda datur leuiſſimam etiam culpam accipiens praſtat.
221 Rem, qua facile frangi poteſt ex locato accipiens de leuiſſima culpa tenetur.
222 Qui ex officio aliquid faciendum ſuſcipiunt, leuiſſimam culpam praſtant.
223 Qui operas locat, ad eamdem culpam praſtandam cogitur.
224 Opus, quod auerſione locatum eſt, cuius periculo pereat? remiſſiue.
225 In rebus dotalibus lata, & leuis culpa, non item leuiſſima praſtatur.
226 In datione dotis marito nec leuis culpa condonari poteſt.
227 In exactione dotis maritus non conuenitur vltra quã facere poſſit, niſi dolũ admiſerit.
228 Ratio deciſiua l. Pomponius ait. 6. ff. de pact. dotalib. proponitur & confirmatur.
229 Maritus diligentiſſimus in ſuis eamdem in rebus dotalibus diligentiam debet.
230 Maritus in ſuis vacors leuem in rebus dotalibus culpam admittens non excuſatur.
231 Ratio l. vni. C. de rei vxor. actio. adnotatur.
232 Mora, dolo, lata culpa, vel pactione pracedente, qua culpa ſit in rebus dotalibus praſtanda? remiſſiue.
233 In tutela ex generali regula ſola lata culpa praſtanda videbatur.
234 Tutoris officium ob minoris ignorantiam, & facilitatem induſtriam deſiderat.

235 Interpretum alij leuem ſolam, alij leuiſſimam etiam culpam in tutela coercendam volunt.
236 Negotiorum geſtor leuiſſima quoque obnoxius videbatur.
237 Tutor de male actis, ac neglectis tenetur.
238 Ob quamcumque culpam tutor à tutela remouetur.
239 Bona minorum ſine decreto iudicis alienari nequeunt.
240 Tutor in officio ſibi commiſſo negotiorum geſtori ſimilis eſt.
241 Tutor rectam adminiſtrationem pollicitus ex aliquibus de leuiſſima etiam culpa tenetur.
242 Ex veriore ſententia in tutela leuis, non item leuiſſima culpa præſtatur.
243 Donelli ſententia impugnatur.
244 Duo caſus in quibus tutor latam dumtaxat culpam præſtat.
245 Hæredes tutoris de lata ſolummodo culpa tenentur.
246 Tutor, qui ſe tutelæ obtulit, leuiſſimam culpam præſtat.
247 Negotiorum geſtor generaliter de leuiſſima culpa tenetur.
248 Limitatur concluſio hæc in ſuſcipiente aliena negotia deſerta.
249 In contraria negotiorum geſtorum actione leuiſſima culpa venit.
250 Societas, & rerum communio leuem culpam, non item leuiſſimam recipiunt.
251 Conſueta in rebus proprijs diligentia à ſocio in communibus præſtanda eſt.
252 Socius etiam vecors liberatur ex quorumdam ſententia eamdem in communibus, quam in proprijs diligentiam præſtans.
253 Donelli ſententia reprobatur.
254 Leuis dumtaxat, non leuiſſima à ſocio culpa præſtatur.
255 Verba legis intelligenda ſunt ſecundum naturam contractus, cuius mentio fit.
256 In rerum communione leuis culpa præſtatur.
257 In alijs negotijs quæ culpa præſtentur? remiſſiue.
258 Quoad culpas, vel caſus præſtandos id ſeruandum eſt, quod ab initio conuenit.
259 Contractus ex conuentione legem accipiunt, conſenſu perficiuntur, diſſenſu diſſoluuntur.
260 Quid iuris de pactis contra ſubſtantiam contractus adiectis? remiſſiue.
261 Exprimi oportet ea quæ contractui non inſunt, vt obligent.
262 Pacta extra naturam contractus in ipſius initio adponi debent, vt contractum forment.
263 Pacta poſt contractum facta ope exceptionis iuuant, nec formam actioni dant.
264 Hodie iure regio pacta ſiue ante, ſiue poſt contractum facta ipſum informant, dum tamen, nec formam contractus immutent, nec bonæ fidei repugnent.
265 In doni datione nec leuis culpa marito remittitur.
266 Pactio, ne dolus præſtetur irrita eſt, & quare?
267 Contractus, cui dolus cauſam dedit, iure ipſo nullus eſt.
268 Pactum, ne dolus futurus præſtetur, non valet, vt occaſio delinquendi adimatur.
269 Dolus præteritus pacto partium remitti poteſt.
270 In generali liberatione dolus præteritus non continetur, niſi actio remittatur.
271 Dolus futurus expreſſe remitti non poteſt.
272 Dolus futurus tacite remitti poteſt ex Accurſio, & alijs.
273 Expenditur l. ſi vnus. 27. §. illud nulla. ff. de pact.
274 Dolus futurus ex veriore ſententia, nec expreſſe, nec tacite remitti poteſt.
275 Per obliquum licere non debet, quod directe prohibetur.
276 Pronomen nulla indefinitum eſt, & vniuerſali æquipollet.
277 In legem committit qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem.
278 Doli futuri tacita, vel expreſſa remiſſio pariter damnatur.
279 Explicatur d. l. ſi vnus. 27. §. illud nulla ff. de pact.
280 In pactione generali, ne quis actione contractus agat, dolus non continetur.
281 In depoſito lata etiam culpa venit, eaque remitti poteſt.
282 Intellectus Donelli reprobatur.
283 Pactione, ne depoſiti agam remiſſa eſt incidenter doli futuri actio ex vi prioris pacti.
284 Verus ex Connano intellectus. d. §. illud nulla.
285 Dolus futurus, quomodo tutori poſſit à teſtatore remitti?
286 Lata culpa tacite vel expreſſe remitti poteſt, & in generali liberatione continetur.
287 Inutilis eſt diſputatio, an dolus præſumptus, qui lata culpa eſt, remitti poſſit.
288 Tutori poteſt inuentarij confectio à teſtatore remitti.
289 Caſus fortuiti regulariter in bonæ fidei contractibus non præſtantur.
290 Quis ſit caſus fortuitus?
291 Caſus vel à rebus inferioribus, vel à ſuperioribus proueniens, & vltima pars diſtinctionis ſubdiuiditur.
292 Furta ex aliquorum ſententia inter fortuitos caſus non numerantur.

293 L. cum

293 *L. cum duobus. 52. §. damna. ff. pro ſocio intelligitur.*
294 *Furtum quando caſus fortuitus dicatur?*
295 *Caſuum fortuitorum diſputatio remiſsiue.*
296 *Qui caſus à debitore præſtandus ſit?*
297 *Caſus fortuiti probatio alleganti incumbit.*
298 *Qualiter caſus fortuitus probetur? remiſsiue.*
299 *Periculi ſuſceptio an, & quando caſus comprehendat?*
300 *Expreſſa caſuum ſuſceptio valet, & an ſimpliciter facta ad inſolitos extendenda ſit? remiſsiuè.*

VLPIANVS LIBRO XXIX.

AD SABINVM.

Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam. Dolum tantum depoſitum, & precarium: dolum, & culpam mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: item dotis datio, tutelæ, negotia geſta, in his quidem, & diligentiam. Societas, & rerum communio, & dolum, & culpam recipit. Sed hoc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus, nam hoc ſeruatur, quod ab initio conuenit, legem enim contractui dedit, excepto eo, quod Celſus putat, non valere, ſi conuenerit, ne dolus præſtetur, hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt, & ita vtimur. Animalium verò caſus, morteſque, quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.

l. Contractus. 24. ff. de regul. iur.

IN huius textus explanatione, alius quidem ordo, quam communiter haberi ſolet, ineundus nobis eſt, quem ipſamet Vlpiani littera expoſcit. Cum enim culpas meminerit, & ſingulas ſingulis contractibus applicet, vt tota eius mens perſpiciatur, nihilque intactum non ſit, diuerſa huius textus verba in mediũ proferre, eorumq; rationes perſcrutari opus erit. Qua in re veſtigia Cagnoli ſequar, qui thema hoc in ſex membra diſtinxit. Primi verba ſequentia ſeſe diſputanda obijciunt:

Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam.

Præter obligationes primæuas, quæ à ſingulis contractibus proficiſcuntur, de quibus *in ſuis Rubricis* ſigillatim agitur, alias *in præſentiarum* Vlpianus, quàſi ſecundas nobis proponit, foris quidem ſumptas, quæ cum ipſis contractibus nihil commune habent, ſed ad hominum fallaciam, & calliditatem compeſcendam inuentæ ſunt. Quæ cum ſecun- 2
dum cũ bonæ fidei iudicio aduerſa ſit. *l. iuris gentium. 7. §. dolo malo. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. de dolo,* merito in bonæ fidei contractibus illa vtens 3
punitur, ne propria fraus aduerſus naturalem æquitatem cuiquam patrocinetur. *l. 1. §. ideo ff. de doli mali, & metus exceptione.*

Huic porro nimia negligentia, quæ & la- 4
ta culpa dicitur. *l. magna. 226. ff. de verbor. ſignificatio.* in contractibus effectu, & interpretatione iuris ſimilis eſt, idemque poteſt. *l. quod Nerua. 32. cum ſimilib. ff. depoſiti* poſt alios Hugo Donel. *libr. de iure ciuili. 6. c. 7. colum. 4. verſicul. illud de lata culpa, ibi vere proprietate facti,* cum

M 2 pluri-

plurimis alijs, quos vt id probaret, retulit Farinacius *in praxi crimina. tom. 3. titul. 10. de pœn temperand. quæſt. 87. num. 14. cum trib. ſequentib. & iterum num. 39.* ne perfidi homines ignorantiæ velo doli crimen à ſe amoueāt, reſque vniuſcuiuſque, qui eas alterius fideicommiſit, magis in tuto ſint. Qua nimirum de cauſa leuiores etiam culpæ, quam lata in pleriſque contractibus coërcentur, prout Vlpianus ſenſit, *& latius infrà* conſtabit. Quamobrem elucidare oportet, quid de dolo, & culpis conſulti ſenſerint, vt vnicuique contractui propria culpa omnium earum natura, & proprietate cognita tribuatur, atque Vlpiani littera perfecte explicetur.

5 In huius quæſtionis examine ita variāt interpretes, vt vix veritas agnoſci queat. Alij enim dolum, & culpam confundunt, alij ſeparanda iudicant, alij culpam in ſpecies partiuntur, & dolum culpæ ſpeciem arbitrantur, nouiores ab antiquis communiter acceptam diſtinctionem reſpuunt.

6 Bartolus quinque culpæ ſpecies conſtituit, latiſſimam, latiorem, latam, leuem, & leuiſſimam *in repetitio. l. quod Nerua. 32. ff. depoſi.* Ioannis cuiuſdam de Blonoſco, & aliorum veterum interpretum auctoritate propoſita, quibus eam tribuendam cenſet Dyoniſ. Gotofred. *ibidem verb. latiorem*, latiſſimamque Bartolus cum dolo manifeſto eamdem, latiorem cum præſumpto adſerit, latam culpam ab his diuiſam ratus. Quam ſententiam iterum defendit Bartol. *in tractat. teſtimonior. numer. 107. cum antecedentib. aliquid. & poſteriorib.* eamque communiter admiſſam fatetur Zaſi. *lib. ſingular. reſponſor. 1. capit. 1. in quæſtione an culpa in ſpecies diuidatur? in princip.* & illi adhærent ex antiquis pleriquè *in d. l. quod Nerua. 23* Bald. *in l. quæ fortuitis. 6. C. de pignoratit. actio. à numero 6.* Guillielm. Maynor. *in præſen. à numer. 12.* & late Ioan. Igne. Nauat. *in manua. c. 17. numer. 177.* Abbatem, & alios poſt Bartolo adducens Sebaſtian. Medice. *de caſib. fortuit. 1. parte quæſtio. 10.* & alij quos refert. Farinaci. *vbi ſupra quæſtio. 88. nu. 54. 57. & 60.*

7 Quam ex eis iuuat Celſus *in d. l. quod Nerua latiorem culpam dolum eſſe* ſtatuens, ceu velit comparatiuo *latior* opus eſſe, vt præſumptus dolus exprimatur. Ex qua interpretatione deſtrui videtur Accurſij, & ſequaciū ſententia, verbum illud *latiorem* ad latam culpam referentium. Nam, vt inquit Bartolus, ſi Accurſij ſententia vera eſſet, & admittenda, illius deciſionis litteræ vis inferretur, à cuius verbis recedere fas non eſt. *l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercitor. actio. l. non aliter. 6. ff. de legat. lib. 3.*

Nec ijs obeſt vulgaris regula, ſimile idem non eſſe. *l. non poſſunt. 12. ff. de legib. c. tranſlato. 3. de conſtitutionib.* cum alijs iuribus à Bartolo enunciatis & ab his, quos refert communis eius additio *verbo ſimile eſt idem*, quaſi ex culpæ latioris, ac doli ſimilitudinis videatur inter vtrumque diſcrimē conſtitui, prout Accurſius tenuit, & qui eum ſecuti ſunt teſte Bartolo, dum *latiorem latam* exponunt, voluntque ex eo à dolo differre. 8

Nam conſideratio illa in lata duntaxat culpa procedit, cuius finis eſt, non intelligēre, quod omnes intelligunt. *l. cedere diem. 213. §. lata l. lata. 223. ff. de verbor. ſignificatio.* Quæ cum ſupinæ negligentiæ, ac væcordi deſidiæ tribuenda ſit, vt interpretes noſtri fatentur, & Ioan. Corraſ. grammaticorum teſtimonijs comprobat *lib. miſcellaneor. iur. 4. cap. 1. numer. 5.* dolus improprijſſime dicitur, hic enim vel præſumptus à calliditate prouenit. *d. l. 1. § 1. ff. de dolo.* 9

At culpa latior præſumptam malitiam latæ culpæ adijciens dolus eſt præſumptus, quare conſultus ex Bartolo, & adſeclis *in dicta l. quod Nerua* latiorem culpam, & dolum ſimiles non facit, quin potius vtrumque idem eſſe dicit, cuius deciſionem, inquiunt, confirmat Paulus *in l. magna. 226. ff. de verbor. ſignificatio. Magna*, inquit, *negligentia culpa eſt, magna culpa dolus*: verbis hiſce àperte ſignificans latam culpam quæ in negligentia, ſiue ignorantia conſiſtit minorem magna culpa eſſe, quæ propriè dolus eſt, ſaltim præſumptus. Quæ iura ſic inducit Ioan. Igneus *in præſen. n. 8.*

Præterea infert Bartolus dolum genus eſſe, quod pluribus gaudet ſpeciebus, alter enim bonus dolus, alter malus dicitur. *l. 1. §. non fuit autem contentus. ff. de dolo l. 2. vbi* Gregor. *titul. 6. parti. 7.* Andræ Tiraquell. more ſolito plura congerens *in præfatio. libri de retractu. lignag. num. 71.* Petr. Rebuf. *in d. l. lata culpa. 223. ff. de verb. ſignificatio. colum. 5. verſicul. aduertendum quoque eſt, dolum eſſe duplicem* Farinac. *in praxi crimina. tom. 3. titul. 10. de pœnis temperand. quæſt. 88. numer. 26. cum trib. ſequentib.* in quibus doli boni exempla enumerat Sebaſtian. Medice. Latius hanc differentiam probans *in tract. de caſib. fortuit. 1. parte quæſt. 10. n. 15.* 10

Dolum malum ſubdiſtinguit Bartolus in verum, & præſumptum ex Vlpiano *in l. ſi procuratorem. 8. §. dolo. ff. manda.* cuius diſtinctionem ſecuti ſunt interpretes communiter teſte Mayner. *in præſen. numer. 2. 3. 4. & 5.* cum alijs quos adfert Farinac. *dicta quæſtio. 88. num. 4. & 5.* Dolum verum exiſtimat Bartolus eum, qui manifeſtis indicijs probatur, præ- 11

præſumptum, vbi adeo tectus eſt dolus, vt indicia, quæ adfuerint, ad illud probandum non ſufficiant. Quamuis Paulus Caſtrenſis, qui Bartoli etiam diſtinctionem amplexus eſt *in l. vbi exigitur. 8. num. 2. ff. de eden.* præſumptum dolum appellet, quādo quis cauſa non ſubſiſtente illud non facit, quod iure facere tenetur, vt in tutore patet, qui inuentarium nón confecit *l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de adminiſtratio. tutor.* De vtroque tamen vbertime poſt alios Farinaci. *dicta quæſtio. 88. à numer. 6.* qui nihil plane intactum relinquit.

12 Sed Bartolum modernorum plerique in prædictis omnibus reprehendunt, & quam fecit culpæ in ſpecies diuiſionem iure optimo
13 improbat Zaſi. *libro ſingul. reſponſo. 1. c. 1. in princip.* nam ea, quæ gradu intenduntur, ſpecificam differentiam ſecundum plus, & minus non admittunt *l. ſi is cui. 11. ff quemadmod. ſeruitu. amittan.* cum alijs iuribus, quæ adducit idem Zaſius, Pichardus Charondam, & alios idem tenentes referens *in §. item is cui. 2. numer. 61. Inſtitut. quibus mod. re contrahi. obligatio.*

Exempli gratia inquit Zaſius à candore lactis, ad candorem niuis, qui quatenus candor eſt, ab alio ſpecie non diſſidet, ſed minoris, ac maioris ratione variar. Cui adſertioni fundamentum prius ex Galeno iecit *lib. 1. de ſanita. tuenda*, ſanitates non quidem ſpecie, ſed maioris, ac minoris reſpectu differre. Idem *ex l. vbi. 75 §. vſque adeo. ff. de verbor. obligationib.* probans. Quo loci opti-
14 mum ipſum bonum quoque dici ait, ad idem Ariſtotelem per tranſennam memorans. Quæ omnia ad præſentem quæſtionem reducit ita intelligens dictam. *l. quod Nerua l. is cui. 5. §. dolum ff. vt in poſſeſſion. legator. in illa lege* Vlpianus latiorem culpam, *in hac* latam dolo comparat. Quæ iura conſona eſſe, & in præſenti effigie ad idem tendere ſcripſit Gotofred. *in dicto §. dolum verb. dolum.*

15 Iuuat item ſuam ſententiam Zaſius *ex lege noſtra*, vbi culpæ appellatione leuem ex eo, & leuiſſimam Vlpianus clauſit, quaſi ſpecies culpa nullas habeat.

Ego vero, licet præſens diſputatio nobis parum proſit. Quid enim amplius intereſt, vt culpæ gradus numerentur, quam, vt ſpecies conſtituantur? Zaſij, & aliorum ſententiam exactiori examine dignam iudico. Immerito enim doctrinam Diui Thom. 1. *parte quæſt. 50 artic. 4.* tamquam ſibi aduerſam impugnat, dum ipſemet Angelicus doctor angelos ſpecie differre putat, quamuis per maius, & minus diuerſi ſint. Quoniam te maturius conſiderata, licet vt ipſe ait *in 2. argumento* maius, & minus in ſpecies non diſtribuantur, id tamen limitandum eſt, vt eius verba proferām *in reſponſione ad ſecundum argumentum, quod magis, & minus, ſecundum quod cauſantur ex intenſione, & remiſſione vnius formæ non diuerſificant ſpeciem, ſed ſecundum quod cauſantur ex formis diuerſorum graduum, ſic diuerſificant ſpeciem, ſicut, ſi dicamus, quod ignis eſt perfectior aëre, & hoc modo diuerſificantur ſecundum magis, & minus.* Hactenus Diuus Thomas, quaſi diceret, Angelos alios ab alijs non differre, quatenus vnuſquiſque Angelus eſt: quemcumque tamen Angelum proprio nomine donatum, ſuoue ſingulari intellectu præditū ſpeciem generis angelici propriiſſime nominari, cuius ſubſtantia nulli ex alijs Angelis communis eſt.

Quod in arboribus plane demonſtratur. 16
Arboris enim nomen genericum vnicuique arbori competit, quas diuerſa ſubſtantia, & fructus, veluti poma, ficus, glandes, & ſimiles ſpecie diſſimiles efficiunt. Qua nimirum ratione ducti aliqui eorum, qui Bartolum improbant, culpam, prout culpa eſt, nullam ab altera differre putant, licet vnaquæque ſecundum eos ab effectu, quem operatur, diuerſimodam ſpeciem videatur adſumere. lata enim culpa plus quidem, quam leuis officit, illa ſiquidem depoſitario, & rem precario habenti nocet: leuis vero maior eſt, quam leuiſſima, quæ cum dolo, lata, & leui culpa in mandato, commodato, & negotiis geſtis plerumque venit, cum leuem reliqui contractus regulariter, non item leuiſſimam recipiant. *l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodati. cum ſimilib.* Quæ omnia, & alia plura contra Zaſium conſiderat Rebuf. *in l. lata. 223. colũm. 4. verſic. poſt nouam ſuam doctrinam. ff. de verbor. ſignificatio.*

Vnde Accurſius *in § item is, cui verb. debet, Inſtitut. quib mod. re contrahi. obligat.* vbi Franciſ. Hottoman. *verb. exactam diligentiam prope med.* cum alijs quos *ibidem* refert Pichard. *num. 61.* Farinaci *in praxi crimina 3. tomo titu. 10. de pœn. temperand. quæſt. 88. num. 5.* culpam in tres ſpecies partiuntur, latam ſcilicet, leuem, & leuiſſimam, quibus adſentitur expreſſim Zaſi. his fortaſſis motus rationibus, quamuis velit culpæ ſpeciem duplicem eſſe, latam, & leuem alteram, alteri oppoſitam, hæc quaſi magiſtralia nomina in ſpecies diuidens, leuiſſimamque ſub leui contineri exiſtimans, leuem, & leuiſſimam diuerſis vocibus nuncupari conſentiens, licet vltimam culpæ ſpeciem inficietur.

Quas tres & ſi alij ex his, qui Accur- 17
ſium ſecuti ſunt, tamquam ſpecies non

admittanr, culpæ tamen gradus eſſe conſentiunt; quorum mihi ſententia in propoſita effigie probabilior videtur. Culpa e oim lata, leuis, ſeu leuiſſima nullam quidem ſpeciem mutant, quia, cum omnes ab ignorantia procedant. *d. l. lata culpa, cum ſimilibus ſuperius enunciatis*, oeutra ab alia in ſubſtantia differt, nec aliquid proprium habet, quod alijs commune non ſit, vt tamquam ſpecies ſeparentur, licet numericam, vt ita dicam diuiſiooem recipiant ex Diui Thomæ ſententia *ſuprà numer. 15.* te lata, maius, & minus diuerſis ſpeciebus tribuenda oon eſſe intelligens, quatenus ex voius formæ intenſione, ac remiſſione cauſantur, ſecus. ſi ex diuerſorum graduum formis cauſarentur, vt in arboribus explicuimus, quæ ex fructuum differentijs in varias ſpecies ſeparantur. At omnes illæ, quibus idem omnino fructus ineſt, inter ſe ſpecie non diſſidenr, quamuis hæc altera maior ſit.

Quam veritatem philoſophi ex interpretibus noſtris adepti videntur. Accurſ. ſpeciei nomen nõ meminit, ſed aliam dicit culpã latam, leuem aliam, aliam leuiſſimam, quoniam vna altera maior ſit, pluſque incontractibus, vel delictis officiat, & in hunc ſane modum tres hoſce culpæ gradus meminit regia. *l. 11. titul. 33. parti. 7.* à quibus ita nouiores acceperunt, teſte Rebuſo *vbi ſupra* Ludoui. Chaton. *lib. veroſimil. 3. c 9. circa princip.* Parlador. *in ſeſquicentur. locor. different. 132. numer. 6. & 7.*

18 Secundam Bartoli ſententiam improbat Zaſſi. *dicto lib. ſingular. reſponſor. 1. cap. 2 num. 6.* diſtinctionem doli mali in verum, & præpium & ijs latiſſimæ, ac latioris culpæ factam applicationem à iure remotam, ſeque ipſam ſubuertentem adſerens. Si enim, inquit, latiſſima culpa verum dolum, lation præſumptum ſignificaret, nullum profecto dolum lata culpa referret contra id quod Vlpianus ſcripſit *in l. 1. §. hac actio verſicul. lata. ff. ſi menſor falſum mod. dixer. Lata*, inquit, *culpa dolo comparabitur. vbi* Accurſ. *verb. comparabitur* alijs iuris conſultorum reſponſis hanc partem probat, cui & alia addens ſubſcribit Gotofred. *in l. fideiuſſor. 29. verb prope dolum ex eo textu. ff. manda.* Ioan. Coraſ. ad idem ſexcentas eſſe leges inquiens *lib. miſcellaneor. 4. c. 1. num. 6. & 13.* Quò ſit, vt hac admiſſa ſententia, prout agnoſcit idem Bartol. *in d. l. quod Nerua. 32. ff. depoſi. n. 2. & alibi paſſim*, eius diſtinctio confundatur.

19 Quæ quidem admittenda oon eſt, quoniam, cum dolus in animo conſiſtat, cuius propoſitum ſoli Deo patet, ex indicijs dumtaxat, & probabilibus coniecturis probari valet, *dicta l. 1. ff. de dolo l. dolum. 6. c. eodem titul.* Ioan. Andr. *in cap. 2. de renunciatio. lib. 6. l. 1. titul. 16. parti. 7.* poſt alios Farinac. *dicta quæſtio. 88. n. 8.* volens *numer. 7.* ex Azone, quem refert, animum fallendi probandum eſſe. Nec video, qua ratione differentia hæc conſtitui poſſit, quaſi vterque tam verus, quam præſumptus dolus proptie ſit habendus? & à lata culpa omnino ſeparandus? quod ita ſentiunt Dec. & Rebuſ. à Farinac. adducti *dicta q. 88. num. 5.*

Nec Bartoli diſtinctio probatur in dicta *l. ſi procuratorem 8. §. dolo ff. manda.* quinimo, ſi eius textus littera atteote inſpiciatur, lata culpa in illo, ſicut dolus officit. Io primo enim reſpooſo verus dolus à procuratore fuit admiſſus, qui pecunia corruptus ſeruum emere neglexit. In ſecundo vero lata quidem culpa, quam hac voce conſultus expreſſit, vbi dolus nullus interuenit, ſed ignauia quædam, & negligentia eius, qui amici gratia ductus mandatum nõ adimpleuit, quam Bartolus oec præſumptum dolum eſſe voluit teſte Farinac. *dicta quæſt. 88. nu. 75.* qui tamen ex Alciato, quem refert, contrarium verius iudicat. 20

Nec præſumptus dolus inre dicetur, qui adeo tectus eſt, vt ex indicijs deprehendi haud facile poſſit, quanto enim quis tectius fallit, tanto maiorem dolum committit. *l. 1. vbi* Gregor. *verb. arteras in fine. titul. 16. parti. 1.* Quò ſit, vt dolus hic proptie verus ſit, non præſumptus, maiori quidem pœna dignus, quam alius, qui facilius cognoſci poſſet *ex dicta lege partita*, quam multis iuris ciuilis deciſionibus, & interpretum teſtimonijs adiuuat Tiraquell. *in præfatio. tractat. de retractu conuentionel. n. 13. & ſequenti.* 21

Nec Paulo Caſtrenſi conſentiam *in dicta l. quod Nerua. 32. num. 3. ff. depoſi.* volenti, dolum præſumptum admitti ab eo, qui nulla ſubſiſtente cauſa id non ſecit, quod de iure facere tenebatur, is enim dolus verus eſt, ſi ſcieos quis illum admiſerit, licet in omittendo ſit. Quòd ſi ignorans, tunc res in alteram difficultatem incidit, nunquid ſemper lata culpa ſit: illud ſane certiſſimum eſt, ignorantiam hanc, quantumcumque grauis, & ſupina ſit, culpæ terminos non excedere, & improprie dolum dici, ſiue illa lata ſit, latior, ſiue latiſſima, cum ea ſemper ex fatuitate, imprudentia, vel deſidia. *d. l. lata. d. l. quod Nerua cum alijs eiuſmodi*, dolus vero à calliditate, ac fallacia deſcendat. *l. 1. ff. de dolo.* poſt alios Parlador. *in ſeſquicentur. different. 132. num. 6.* 22

Nec Bartoli diſtinctionem iuriſcooſultorum reſponſa iuuant *in dicta l. quod Nerua. 32. ff.* 23

32.*ff. depoſiti.l.magna.* 226. *ff. de verbor. ſignifica-*
tio. quibus motus dolum manifeſtum latiſ-
ſimam culpam, præſumprum latiorem eſſe
adſirmat, quippe quæ dolum, & culpam tam
poſitiuam, quam comparatiuam, & ſuper-
latiuam in precario, ac depoſito pares effi-
ciant, non omnino vtrumque idem eſſe ve-
lint, cum à diuerſo ſonte ſingula emanent
vt prædixi, ſi enim idem quod culpa dolus
eſſet, atque vbique ſemper idem poſſet, cur
diuerſum dictionibus hiſce vocabulum
mandatum foret? *l. ſi idem.* 7. *C. de codicill. cum*
vulgatis, quas Zaſi. *vbi ſuprà num.* 7. *prope finem*
meminit, & Corraſ. *lib.* 4. *miſcellaneor. c.* 1. *n.* 5. *ad*
medium.

24 Quibus, & alijs late perpenſis ab hac ſen-
tentia Bartoli diſcedit Salicet. *in l. ſi nulla.* 8.
C. de pignoratit. actio. quem retulit ſecutus May-
ner. *in præſent. num.* 6. improbans culpæ ge-
neris, ſpecierum (vt ipſi ferunt) dolo applica-
tionem, *de qua iterum, atque iterum ſupra*, quia,
ſi prædicta opinio vera eſſet, culpa dolum,
tamquam proprium ſpeciem contineret, &
definitio doli, quam Vlpianus adſert *in d. l.* 1.
§. dolum verſicul. itaque. ff. de dolo, genere ſuo ac
differentijs deſtituta deficeret, nulla in ea
culpæ ſui ſecundum Bartolum generis facta
mentione, prout aduerſus illum ſenſit Cor-
raſi. *vbi ſuprà n.* 5. & tetigit Ioan. Igne. *in præſen.*
n. 2. *ad med.*

25 Ex his, & alijs Bartoli, & ſequacium ſen-
tentiam reijciendam eſſe arbitrarut Zaſi.
nouiter, vt exiſtimat, culpam in duo genera
diſtinguens: ignauiæ alteram, alteram ver-
ſutiæ. Ignauiæ quidem, quæ ſupinam negli-
gentiam vel vitium naturæ parum perſpica-
cis, ſeu praua educatione contractum refert,
cui quicquid væcordes, & negligentes viri a-
gunt, adſcribit, de hac culpa ſenſiſſe adſerens
conſultum *in dicta l. cedere diem.* 213. *§. lata l. la-*
ta. 223. *ff. de verbor. ſignificat. cum alijs legibus*, quas
ad idem congerit.

Verſutiæ autem culpam illorum eſſe, qui
perfido animo, callida, fallacique mente res
alienas, vel negotia adſectata quadam im-
prouidentia maligne vel negligunt, vel diſ-
ſimulant, verſutiam ſuam neglectionis vitio
ita inuoluentes, vt manifeſti quidem doli
crimen velamine, & colore deſidiæ à ſe amo-
ueant, quamuis doli machinatione non ca-
reant. Quæ omnia ipſe probari ait ex varijs
conſultorum reſponſis, quæ in ſententiæ ſuæ
comprobationem extorquet.

Ex quibus infert, culpam, quam illi dolo
proximam faciunt, verſutiæ, quam à dolo
abeſſe putant, licet eidem comparetur, igna-
uiæ adſcribendam. Quam ſententiam ſecu-
tus videtur vincent. Carroci. *in tractat. de de-*
poſi. 1. *parte titul. de culpa depoſitar. numer.* 11. &
apertius eamdē tenuit Hieronym. Cagnol.
in præſenti. num. 7. *&* 9. *in fine*, & alij, quos refert
Farinac. *in dicta quæſt.* 88. *n.* 68. *&* 69. vnde plu-
rima Zaſius infert *toto. eo. c.* 1. *quod ſupra ſæpius*
citauimus.

Verum & hæc Zaſij culparum in duo ge- 26
nera diſtinctio non ſatis Corraſio arridet *in*
dicto lib. Miſcellaneor. 4. *c.* 1. *num.* 7. Rebuf. *in d.*
l. lata, colum. 3. *verſic. Inſuper culpam latam*, Dec.
in ſuis tractatib. criminalib. 1. *part. lib.* 1. *c.* 6. *num.*
17. 18 *&* 19. prout ipſimet expreſſe fatentur
Zaſij mentem latius exponentes. Quam nec
lege, nec ratione probari adſerunt. Leges
enim culpam in ſingulari numero commi-
niſcuntur, quæ ab inſcio, deſide, atque im-
prudente, non à ſciente, verſuto, fallacique
committitur, quamuis lata ſit, eaque quan-
tumuis extendatur. *d. l lata cum ſimilib.* Quod
eleganter vltra omnes notant Franciſc. Hot-
toman. *in d. §. item is cui, verb. exactam diligen-*
tiam ad mediū, Inſtit. quib. mod. re contrahi obligat.

Merito igitur, vt Corraſ. ait, explodenda
eſt illa culpa verſutiæ, quam Zaſius inuenit, 27
quæ potius dolus verus eſt, & manifeſtus. *d.*
l. 1. *§. dolum. ff. de dolo. l. dolum.* 7. *C. eo. tit. l. ea quæ.*
43. *§. dolum. ff. de contrahen. emptio. Dolum ma-*
lum, Florentinus ait, *à ſe abeſſe præſtare venditor*
debet, qui non tantum in eo eſt, qui fallendi cauſa
obſcure loquitur, ſed etiam, qui inſidioſe obſcure diſ-
ſimulat. Ecce exempla, quibus conſultus
dolum verum, & manifeſtum explicat, à
quo, & prædictis iuribus idem eodem modo
tranſcripſit regia. *l.* 1. *titul.* 16. *part.* 17. Quorum
vltimum vbi inſidioſa & obſcura diſſimula-
tione tectus eſt dolus, eſt propria verſutiæ
culpa, quam Zaſius alterum culpæ genus fe-
cit, vt merito ipſius improbent ſententiam
Decian. *in ſuis tractatib. criminalib. part.* 1. *libr.* 1.
c. 6. *num.* 17. *& ſequentib.* ex eo, & Couarru. Fa-
rinac. *in praxi criminal. tom.* 3. *tit.* 10. *de pœn. tem-*
perand. quæſt. 87. *n.* 60. *in fine.*

Quare alia proponitur opinio Salyceti, & 28
Maynerij eum referentis *in præſenti. numer.* 11.
volentium, culpam, prout genus eſt, in duas
ſpecies diuidi. Quarum vna, inquiunt, pro-
prium ſibi doli nomen vindicat, alia nomine
generis ſui potitur.

Quæ ſane opinio eadem mihi viſa eſt cum
illa Corraſij *dicto lib. Miſcellaneor.* 4. *c.* 1. *num.* 9.
quam ipſe aliter, quam aliquis doctorum
ante ſe vſquam fecerit, nouiter à ſe inuen-
tam eſſe adfirmat, licet illam diuerſis colori-
bus ornet, culpam dupliciter accipi poſſe iu-
dicans, & in genere, & in ſpecie, nouum in
iure noſtro non eſſe adſerens verbi eiuſdem,
ſeu dictionis & generalem, & ſpecialem ſi-
gnificationem eſſe: exempli gratia in ado-
ptione. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de adoptionib.* quam prior ad
idem Maynerius induxit. *Quod adoptionis,*

Modeſtinus inquit, *eſt nomen generale; in duas autem ſpecies diuiditur, quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera adrogatio*, idemque ſecundum Corraſium in hæreditate procedit. *l. 3. § de illo. ff. pro ſocio*, ibi, *quæ iuſta hæreditas, vtrum quæ iure legitimo obuenit, an etiam ea, quæ ex teſtamento l. lege. 130. ff. de verbor. ſignificatio.* idemque in pecunia, & credito *l. 2. § creditum. l. ſingularia. 15. ff. de reb. credit. l. talis ſcriptura. 30. ff. de legat. lib. 1.* Quod & alijs exemplis comprobat Donel. eamdem opinionem ſecutus *dicto lib. de iure ciuili. 16. c. 7. colum. 7. ad fin. verſic. in hac diuiſione culpæ*, Farinac. plures alios referens *in dicta quæſt. 88. num. 3.*

29 Quocirca inquit Corraſ. culpa in genere conſiderata delictum, & quodcumque illicitum factum includit, quod ante eum expreſſim tenuit Andr. Alciat. *in d. l. lata in princip. dolum*, ſub nomine generalis culpæ claudens, pro qua ſententia inducit Corraſi *l. ſi ſeruum. 91. § 1. ff. de verbor. obligationib.* quo loci Paulus dolum etiam culpæ nomine donat.

At Alciatus ex eo probat, nam qui dolo facit, vtique in culpa eſt, cuius ſententiam ex Baldo, Saliceto, & pluribus alijs comprobat Farinac. *dicta quæſtio. 88 num. 3.* Quare, qui promiſit ſoluere, quod ſerui mei culpa contigerit, rem quoque meam ab eo dolo, & rapina ereptam mihi reſtituere tenetur. Quod ex Bartolo & Panormita. à ſe relatis tenuit Martin. Nauarr. *in manua confeſſor. c. 17. num. 177. circa finem*, eorum ſententiam communi aliorum ſuffragio admiſſam teſtatus, ac denique breuiter Alciati & Corraſij diuiſionem probans.

De hac generali culpa inquit Corraſius inutilis eſt in præſentiarum diſputatio. Ideò ſtatim *num. 10.* ſpeciali, quam Maynerius ſuo nomine contentam dicit, & ſimplicem, atque à dolo ſeparatam Nauarrus, definitionem adijcit.

30 Ego tamen culpam proprie quidem genericum nomen dicere non auſus eſſem, niſi tantorum patrum idem volentium ſcripta vidiſſem. Quin potius mens in aduerſam ipſis ſententiam trahitur cum conſidero, culpam omnem, quantumcumque illa extendatur, à noſtris iure conſultis ignorantiæ adſcriptam. Quod, & eorum interpretes antiqui, & recentiores nuſquam ferme negant, imo & ipſi Grammatici teſte Corraſio *vbi ſuprà numer. 5.* culpam eius eſſe qui inſcius alterum læſerit, iudicarunt, ad idem teſtimonio Donati adducto culpam à data opera ſeducentis, cuius verba refert Connan. *lib. commentarior. iuris ciuil. 7. c. 4. numero 7.* Culpa enim ex ſtultitia, dolus, qui ſupra ipſam eſt ex ſcelere deſcendit, nullumque textum prædicti fatentur inueniri, qui non omnem culpam à dolo manifeſto ſeparet. Quod & Donellus probat *libro. de iure ciuil. 16. c. 7. colum. 4. verſicul. illud de lata culpa animaduerſione dignum eſt*, inquiens, proprietate verbi, & genere facti latam culpam do- 31
lum non eſſe, iuſta interpretatione, & effectu iuris dolum eſſe. Quod ab vtriuſque definitione probat, & varijs exemplis confirmat. Clarius tamen, & conſtantius hanc partem defendit Ludouic. Charon. *lib. veroſimil. 3. c. 9. in princip.* Id quoque diuerſitas nominum oſtendit, & rationes, quas ex mente aliorum egregie collegit Farinac. *dicta quæſt. 88. num. 87.*

Quæ omnia corruere non debent ex iurium deciſionibus, quas pro ſua ſententia adſciuit Corraſ. exempla ſiquidem non adeò proſunt, vt quæ in adoptione, hæreditate ac ſimilibus obtinent, in culpis idem omnino ius conſtituant. Quinimò exemplis iudicare non licet. *c. adferte. 2.* vbi notant communiter ſcribentes, *de præſumptionib.* maximè cum conſulti culpam quamcumque à dolo vero ſeparent, & vtriuſque diuerſa ſit natura, altera ex fraude, altera ex ignorantia producta. Quorum deciſionibus potiſſima fides habenda eſt.

Quod ſi aliquando dicant, in culpa eſſe, qui dolum commiſit, non ideo culpam perpetraſſe arbitrantur, quæ vero dolo minor eſt. Quod regulariter in alijs quibuslibet criminibus verum exiſtimo, quia cum vnumquodque nomen proprium habeat, culpa dici proprie non debet ſecuti, nec dolus dicetur, cum tamen ea omnia plerumque doloſe & maligne committantur, licet aliquando coram Deo dolum, vel culpam non admiſerit, qui delictum patrauit teſte Nauarro *in manual. Confeſſor. dicto c. 17. numero 177. verſic. ex quibus infertur primo frequentiſſimè fieri.*

Non negauerim large ſumpto vocabulo 32
quodcumque illicitum factum culpam dici, non quia omnia delicta, prout genus complectatur, ſed quoniam frequenter hoc nomine donari ſolent. Quam ſententiam ex *l. ſed & ſi quæcumque. 5. § 1. ff. ad leg. Aquil.* in hunc ſenſum Vlpiani verba intelligens probat Donel. *dicto c. 7. colum. 1. verſic. 1.* ibi, *& quod in lege Aquilia, & inferius colum. 4. verſic. illud de lata culpa animaduerſione dignum*; idque paſſim conſulti, qui omnium proprijſſime locuti ſunt, expreſſe voluerunt, culpam à dolo, quaſi à diuerſo fonte natam ſeparantes.

Quare vt illorum reſponſa interpretum 33
ſententijs præponam, dolum malum à culpa, tamquam omnino diuerſum ſecernendum iudico, nec vllum ipſorum in ſpecies diuidam,

dam, cum conſultorum nullus id docuerit, quamuis de vtriuſque definitionibus, & alijs ad vtrumque ſpectantibus diffuſe tractauerint. Quod ſane ſi verum foret, illud vtrique ſicut reliqua expreſſiſſent. *l. vni § ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen.* præcipuè in quæſtione noſtra teſte Donello *vbi proximè* pluribus comprobante.

34 Fateor latam culpam, dolo proximam, præſumptum quidem dolum dici. *d. l. quod Nerua. 32. ff. depoſit. l. ſi procuratorem. 8. §. dolo, verſic. proinde. ff. mandat.* Quæ ſane culpa ex eo præſumptus dolus dicitur, quoniam licet ſemper ignorantiam præcipuam cauſam habeat, adeò tamen ſupina, & craſſa eſt, quæ latam culpam efficit, vt doli ſpecimen præſeferat, quod ex Accurſio *ibidem* tenuit Fulgoſ. *in dicta l. quod Nerua 32. numer. 2. ff. depoſit* Francisc. Hottoman. *in dicto §. item is cui, Institut. quib. mod re contrahi. obligatio. verb exactam diligentiam in medio* Hieronymus Cagnol. *in præſen. num. 5.*

35 Dolus igitur præſumptus doli veri ſpecies eſſe non poteſt, ſed quid ab eo ſeparatum, cùm nihil aliud ſignificet, quam vetam & propriam culpam dolum præſumi, ſeu videri, quaſi impropriè dolus dicatur. *l. 1. § deieciſſe. ff de vi, & vi arma. l. oſſa. 8. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. vbi* Accurſ. *ſchol. vlt.* & ſcribentes *paſſim.* Quæ quidem lata culpa à iure conſultis recto vocis ordine nominatur.

36 Vnde merito Accurſ. *in § præterea. verb. dolo, Inſtitut. quib. mod re contrahi. obligat.* latam culpam pro dolo accipi putat, nullam ſane inter latiſſimam latiorem, & latam differentiam conſtituens, ſ amque probans ſententiam ex *dicta l. quod Nerua. 32. ff. depoſiti.* Cuius deciſionem cum ſibi aduerſam notaret, vbi latior culpa, & dolus pares fiunt *latiorem* ibi, *latam*, interpretatur, & iterum *in l. magna. 226. ff. de verbor ſignificatio.*

Quam expoſitionem ſequuti ſunt ex antiquis Dyn. Rayner. Butricar. & Fulgoſ. *in dicta l. quod Nerua*, quos *in præſenti* refert eorũ fundamenta narrans Ioan. Igne. *num. 8. verſic. reperio tamen*, ex recentioribus illam laudat Vincent Cattoci. *de depoſit. 1. part. tit. de culpa depoſitar. num 11.* Virgilij carmen 1. *Aeneid.* ad idem inducens:

Triſtior, & lachrimis oculos ſuffuſa nitentes.

Zaſi. eam alijs iuriſconſultorum exemplis ornans *libro ſingular. reſponſor. 1. c. 2. n. 8.* Corraſ. *lib. Miſcellaneor. 4. c. 1 num. 14. &* 15. quos refert ſecutus Dionyſ. Gotofred *in dicta l. quod Nerua verb. latiorem.* Franciſc. Hottoman. *in dicto §. item is cui verb. exactam diligentiam, Inſtit. quib. mod. re contrahi. obligat.* Duaren. *in commentar. ad titul. de commoda. c. 8.* Donel. *dicto lib. de iure ciuil. c. 7. col. 2. verſic. culpam dolo proximam eſſe ex dicta l. magna. 226 ff. de verbor. ſignificatio.* In qua cum culpa magna, quæ, & lata dicitur, dolus ſit, nil mirum, ſi latior idem ſignificet. Quod contra Bartolum ex alijs adſerunt Menoch. atque alij plures, quos retulit Farinac. *in praxi crimin. tom. 3. tit. 10. de pæn. temperand. quæſtio. 88. num. 53 & 55.*

Cui expoſitioni veriſſimæ non obſunt, quæ contra eam adferr Ioan. Igne. *dicto nu. 8.* Bartolum ſecutus: nam Accurſius latam culpam dolo comparari dicit, *in d. l. quod Nerua*, quia verus dolus non eſt, quaſi velit, conſultum dixiſſe, latam culpam dolum eſſe non quidem verum, ſed præſumptum, qui vero dolo in contractibus comparatur, quod Bartolus, & ſequaces fatentur. 37

Dolus itaque præſumptus doli ſpecies nõ eſt, ſed ſimilitudo, quam conſulti exprimunt inter dolum, & latam culpam nomen hoc ſortita eſt. Quod idem ſignificat, ac ſi dicerẽ, latam culpam dolum videri, ſeu præſumi.

Idque omnibus Accurſij ad ſeclis placuit, licet non ita dilucide explicuerint teſtante Corraſ. *in dicto c. 1. numer. 13. ex l. ſi fideiuſſor. 29.* iuncto Accurſ. *ibi verb. diſſoluta. ff. mandat.* ac decidit regia. *l. 11. tit. 33. part 7.* *E tal culpa*, inquit, *como eſta es como necedad, que es ſemejanza de engaño.* Quæ quidem latiſſima, ſeu latior dici ſolet ex Hottoman. *in dicto §. item is cui verb. exactam diligentiam* Donello *vbi ſuprà dicto. c. 7. colum. 5. verſic. lata culpa iure eſt vnius generis*, item magna, dolo proxima, ſimilis eidem, dolum repreſentans, pro dolo accipi, imò & dolus dicit, prout omnia hæc ex *iuribus ſuperius adductis paſſim* videre licet, & notat breuiter Pet. Burg. *libr. elector. 1 c. 12. ex verſic. doli animi mali*, & plures, quos adfert Farinac. *in dicto titul. de pæn. temperand. qu 86. n. 16. quæſt. 88. n. 60.* 38

Nec me in aduerſam ſententiam mouerint, quæ ijs obijcit Petr. Barbo. *in prælud. ad l. ſi mora. 10. à num. 7 eo maximè num. & n. 25. ff. ſoluto matrim.* dolum præſumptum latam culpam non eſſe, imò aliquid ſupra ipſam, quod ex Connano & alijs probat. Nam contrariũ verius eſt, præſumptus enim dolus doli ſpecies non eſt *ex prædictis*, ſed aliud aliquid ab eo ſeiunctum, quod ad inſtar doli punitur, quæ lata culpa eſt. 39

Regula vero generalis *taciti, & expreſſi idem eſſe iudicium*, non adeò poteſt, vt tacitum ſemper eiuſdem naturæ, ac potentiæ cum expreſſo efficiat: *Expreſſa* enim ex altera iuris regula *nocent, non expreſſa non nocent* præſumptique doli nomine donatio impropríetatẽ, *vt prædixi*, arguit. Quę metaphoricè ſumpta vero dolo comparatur, vbi verus dolus expreſſe à lege nõ requiritur, ſecus vbi is dumtaxat coërceretur, exempli gratia in pœnis capitalibus. *l. in lege Cornelia. 7. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* 40

Non

Non inficior latæ culpæ communi aliqnid addi poſſe ex Connano *vbi ſuprà,* quò magis malitia præſumatur, ſed quantumcumque illa extendatur, adhuc lata culpa erit, prout Accurſio conſentientes agnoſcunt, maximè Corraſ. *dicto libr. Miſcellaneor. 4. c. 1. numero 14. & 15.*

40 Quòd ſi machinatio deprauata vel claris, vel difficilibus indicijs deprehendi poſſit, quæ ad illam probandam ſufficiant, dolus quidem verus inducetur, eoque maior, quò magis tectus ſit, quod ex veriore doli definitione conſtat, de qua ſingularem librum edidit Petr. Vellei. Gueuara.

E conuerſo autem lata culpa erit, quando ſupina negligentia detegitur, nec de dolo ſufficienter conſtat. At cum nullus adeò væcors præſumatur, vt ea, quæ omnes vulgo ſciunt, ignoret, lata culpa dolus præſumptus dicitur, atque in contractibus ad inſtar doli punitur.

41 Culpa autem tres gradus habet, ne dicam ſpecies, latam, leuem, & leuiſſimam, prout ex Accurſ. lege regia, & alijs *ſuperius* conſtitit, & conſiderant ex alijs Farinac. *in dicta quæſt. 88. num 53.* Parlador. *in ſeſquicentu. locor. differen. 132. num. 7. & 8.*

Sed quoniam diſputatio præſens ad omnes contractus ſpectat, quorum aliqui dolum, & latam culpam, alij leuem, alij cum prædictis leuiſſimam quoqne recipiunt, operæ pretium duxi, vniuscuiuſque definitionem, proprietatem, & effectus inueſtigare. In quibus omnibus iure conſultis ipſis maiorem fidem habendam cenſeo, quam eorum interpretibus, qui, vt ſibi gloriam pariant, & aliquid ſcire videantur, quod conſultos latuerit, veritatem tenebris ſubinvoluunt ex Alciato *in l. cedere diem. 213. §. lata. ff. de verbor. ſignificatio.*

43 Dolus igitur, vt à maiore initium auſpicemur teſte Vlpiano Labeonis ſententiam adprobante *in l. 1. §. dolum. verſicul. itaque ipſe ſic definit. ff de dolo,* eſt *omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendumue alterum adhibita.* Quam definitionem probat Imperator. *in l. vltim. C. de litigios.* vbi Bald. & alij, quos eius additio refert *in l. quæ fortuitis 6. verb. ſit dolus, C. de pignoratit. actio. l. 1. tit. 16. part. 7. vbi* Gregor. breuiter eam examinat, latius, & eleganter Petr. Velle. Gueuar. *in libro ſingulari de doli definitione*, poſt multos alios à ſe relatos Farinac. *in dicta quæſtio. 88. n. 1. 2. & 6.* Parlador. *in ſeſquicentur. differen. 132. num. 2. & 3.*

44 Latam culpam definiunt Vlpian. *in l. cedere diem. 23. §. lata,* Paulus *in l. latæ culpa. 223. ff. de verbor. ſignificatio. nimiam negligentiam eſſe,* nempe *non intelligere, quod omnes intelligunt,* à quibus eamdem definitionem regia. *l. 11. titul. 33. part. 7.* muniata eſt, eamq; in multis locis probat Accurſ. maximè *in §. præterea verbo debet, verſicul. aliud latam culpam, Inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat.* Ioan. Igne. *in præſenti n. 3. & 4.* Zaſi. eam viriliter ab impugnationibus Bartoli, & ſequacium defendens *dicto lib. ſingular. reſponſor. 1. c. 1. num. 11. & 12.* Alciat. *in dicto §. lata culpa* Ioan. Corraſ. *dicto lib. 4. Miſcellaneor. 4. c. 1. n. 12.* Parlador. *d. differen. 132. num. 9.* aduerſa fundamenta quaſi inania flocci pendentes, quibus breuiter, ne vlla maneat dubitandi ratio, ſatisfaciam.

Obijciunt Bartol. & qui adhærent illi, 45 prædictam definitionem ex eo deficere, quòd furioſus nihil plane intelligit, & fatuitatis cauſa in omnibus errat. *l. in negotijs 5. vbi* ſcribentes *ſuprà hoc noſtro titul.* idem in pupillo, & infante adſeuerantes *l. pupillus. 9. ff. de acquiren. hereditat. l. vltim ff. de iur. & facti ignoran.* Qua de cauſa, ſi eam diligentiam non præſtiterint, quam communis hominum natura deſiderat, de qua in *dicta l. quod Nerua. 32. ff. depoſit.* latam culpam non committunt. *l. diuus. 14. ff. de offic. præſid. l. illud. 25. ff. de minoribus,* cum vterque ſenſu careat.

Quod idem & in eo dici merito poteſt, 46 qui in arte peccauit, quæ ſpecialem induſtriam artificibus dumtaxat communem deſiderat, non alijs quibuſcumque hominibus neceſſariam. Si enim in illius communi & vulgari ſcientia errat, culpam profectò latam non admittit. Quo in ſenſu ac limite intelligendam dicit Bartol. *in dicta l. quod Nerua. num. 18. in fine.* Vlpiani deciſionem *in l. 1. §. 1. ff ſi menſor. falſ. mod. dixer.* licet illius artis opifex, ſi in eo, quod reliqui vulgariter ſciunt, negligens fuerit, vel errauerit, lata culpa teneatur. *dicto. §. 1. l. illicitas 6. §. ſi cui. ff. de offic. præſid. l. imperitia. 32. infrà hoc titul.* Igitur ex eis definitio illa generalis deficit, quippe quæ non omnes homines comprehendat.

Sed non immerito reliqui ſcribentes Bar- 47 toli ſententiam improbant, ſiquidem, vt Igneus ait, periniqnum eſt, vt hac friuola conſideratione Pauli, & Vlpiani definitio reijciatur. Cum enim de culpis præſens ſit diſputatio, ij profectò à lata culpa immunes erunt, in quos culpæ qualitas propter rationis defectum cadere non poteſt. *l penultim. in fine. ff. de fideicommiſſar. libertatibus. in paruulis,* Martianus ait, *nulla deprehenditur culpa, ideò infans ingratus vocari à matre non poteſt. l. ſi quis in ſuo teſtamento. 33. §. legis autem, verſic. cum enim infantem. C. de inofficioſo teſtamen.* hi enim, quid faciant, omnino neſciunt. *d. l. pupillus. 9. ff de acquiren. hereditat. l. in negotijs, 5. ſuprà hoc titul.*

Quare in eis nec homicidij delictum lex 48 vin-

vindicat. *l. infans. 12. ff ad leg. Cornel. de ſicar. infans*, Modeſtinus ait, *vel furioſus, ſi hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur, cum alterum innocentia conſilij tueatur, alterum fati infœlicitas excuſet*, cuius deciſionem expreſſe probat regia *l. 9. tit. 1. l. 3. tit. 8. part. 3.* poſt alios Farinac. *in praxi criminal. tom. 3. tit. 10. de pœn. temperand. quaeſt. 92. à num. 46.*

49 Aliquando tamen in pueros ſingulari quadam ratione fuit animaduerſum, prout Gotofred. probat ex Quintilian. & Pauſan. *in d. l. infans* ad idem adferens *cap. 2. libri reg. 4. verſ. adſcendit autem*, vbi cum Æliſæus propter caluitiem à pueris irrideretur, duo vrſi ad eos dilaniandos ex ſaltu prodierunt.

Nec mirum inquit Roland. *conſil. 64. num. 8. libr. 3.* videri debet rationis experies pueros punitos eſſe, delictum enim ab eis commiſſum in faciendo, non in omittendo fuit, quod arctius punitur teſte poſt alios Farinac. *dicta quaeſt. 92. à n. 69. vſque ad 77.*

Hæc tamen Rolandi diſtinctio abs re, de qua agitur, diſſimilis videtur cuius præcipua ratio attendi potuit, etiam ſi pueri, quos ſcriptura ſacra comminiſcitur, procul à ratione abeſſent, quos à parentibus inſtigatos docet D. Auguſtin. *ſerm. 204. de tempore*: *Nec enim*, inquit, *pueri clamarent, ſi ſuis parentibus diſpliceret.* Specialis autem hic, & ſimiles caſus, quorum aliquos narrat Farinac. *dicta quaeſtio. 92. num. 47. & 48.* ius generale non efficiunt ex eo, *num. 50.*

50 Quæ omnia ex eo potiorem vim recipiunt, quod legis verba in habilibus dumtaxat locum habere poſſunt. *l. 1.* cum Accurſio *inibi ſchol. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. vt gradatim. 11. ff. de muneribus & honorib.* *Attamen* inquit Modeſtinus, *Sciendum eſt, hoc eſſe obſeruandum, ſi idonei ſint.* Quibus, & alijs iuribus idem probat Igne. *in præſen num. 4.* inferens ad ſpeciem noſtram, cum lata culpa ſit ex Vlpiano, & Paulo non intelligere, quod omnes intelligunt, eos quidem de his ſenſiſſe, qui ſenſu, & ratione non carent, furioſos namque illius expertes, in quos deliberatio nulla cadit, à culpa immunes, & alienos iure defendunt poſt alios Zaſi. *dicto lib. 1. ſingular. reſponſor. c. 1. numero 12.* Farinacius *dicta quaeſtion. 88. numero 74.*

51 Eodem ſane modo ſecundæ Bartoli obiectioni reſponderi poteſt, dum ait hanc definitionem corruere, cum in lata culpa non ſit, qui in arte non ſua in ijs quæ artifices communiter ſciunt, errauerit. Nam cum *ex prænotatis* verba legum ad habiles referenda ſint, in culpa vtique lata non eſt, qui in arte peccauit, quam noſſe non adſtringitur ex Igneo *vbi ſuprà.*

Definitionis autem prædictæ vis in eo conſiſtit, quòd quis cum in alienis rebus diligentiam non adhibeat, quam communis hominum natura deſideтat. *d. l. quod Nerua. 32. ff. depoſiti.* ne in arte, quam non didicit, non verſatus errans latæ culpæ reus habeatur, cum communis hominum natura talem diligentiam non exigat. Quæ limitatio expreſſione non eget, cum tacite *ex prædictis* inſit. *l. 3. ff. de legat. lib. 1. l. muto. 6. §. ſi ſub conditione. ff. de tutel. l. non recte. 3. cum ſimilib. C. de fideiuſſorib.* Bernardus *in c. ſignificaſti. 4. verb. conditione in fin. de electio. in c. 2. ex eo verb conditio de reſcript. & in c. quemadmodum 25. verb. conditio. de iureiuran.*

Definitio ergo hæc in genere, & in ſpecie optima eſt. In genere, quando enim quis in eo labitur, quod omnes ſciunt, veluti in edicto publicato, vel exemplo ab Accurſ. tradito *in dicta. l. lata. 223. ff. de verbor. ſignificat.* quem Igneus meminit *in præſenti dicto num. 4.* culpam porro latam committit. In ſpecie, cum ſcilicet artifex, quod alij eiuſdem artis, ac profeſſionis communiter ſciunt, ignorat. *l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixer. l. imperitia. 132. infrà hoc tit.* 52

Donellus tamen *lib. de iure ciuili. 16. dicto c. 7. in princip. verſic. culpa eſt, omne factum in conſultum* aliter culpam definit, *vt ſit in conſultum factum, quo nocetur alteri iniuria*, conſultorum definitionem latæ culpæ finem eſſe arbitratus *in verſic. altera lata culpa nota eſt.* Cuius ſententiam tanti non faciam, vt quem ipſe finem putat, definitionem non dixerim, cum id me Vlpianus doceat *in dicta l. celere diem. §. lata*, cui in interpretatione *dicta l. lata*, maxima eſt habenda fides. *l. non eſt nouum. 26. cum duab. ſequentib. ff. de legib.* 53

Quid enim obſecro aliud eſt definitio, quam breuis quædam ſignificatio, ſeu demonſtratio, quæ totam dictionis definitæ ſubſtantiam explicet? Hæc omnia in noſtra definitione patent, quæ tam in faciendo, quam in omittendo concipi poteſt, dummodo neſciat quis quod omnes intelligunt, id faciens, quod ſani intellectus homines non feciſſent, idue negligens, quod cæteri non omiſiſſent.

Quo in ſenſu accipitur Vlpiani deciſio *in dicta l. quod Nerua*, in qua diligentiam in alienis, quam in ſuis non adhibens latæ culpæ reus eſt, dum tamen hanc communis hominum natura deſideret, ſiue in faciendo, ſiue in omittendo erret. Quare communis conſultorum definitio, quam Alciatus, & Coraſius defendunt omnibus præualet. Donelli vero ſententia ſingularis mihi non probatur verbi *iniuria* vim conſideranti, quæ verſu-

verſutam quidem errantis malitiam refert, à lata culpa diſſonam, quam inſcius admittit.

54 Latæ culpæ exemplum format Duarenus *in commentar. ad titul. commodati. c. 8. verſic. alij ſubtiliorem definitionem hic exigunt*, ſi quis videlicet in via publica rem alienam ſibi commiſſam nocturno tempore dimiſerit, ſe arbitratum adſerens, à nemine auferendam, hoc enim factum adeo eſt ab hominum communi diligentia alienum, vt belluis commune videatur. Quare in omnem euentum craſſa hæc, & ſupina negligentia, quam dolo admiſſam eſſe non conſtitit, doli ſpecimen habet, præcipue cum is, qui rem alienam cuſtodiendam ſuſcepit, in ſuis quidem maiorem diligentiam impendebat: hæc enim culpa fraude non caret, præſumpta ſcilicet, non vera ex Accurſiu, quem cum alijs refert ſecutus Ioan. Corraſ. *dicto libro 4. Miſcellaneor. c. 1. num. 13. ad ſin.* vtraque autem ex prædictis effectu, & interpretatione iuris dolo comparatur, & pariter obeſt ex Donello *dicto c. 7. colum. 4. verſic. illud, de lata culpa*, ibi, *vere igitur dicitur proprietate facti.*

55 At interpretes latam culpam vocant, eam in alienis rebus diligentiam, quam in proprijs non adhibet. *c. 2. de depoſit. bona fides* (inquit) *abeſſe præſumitur, ſi rebus tuis ſaluis exiſtentibus depoſitas amiſiſti. § præterea, Inſtitut. qu bus mod. re contrahi. obligatio.* vbi culpa præſtanda non eſt ab accipiẽte in re depoſita, qui ſuam cuſtodire neſciebat imputet enim ſibi dominus, qui rei ſuæ talem cuſtodem elegit Quæ ſententia potiſſimum ſibi locum vendicat, vbi ea in alienis non præſtatur diligentia, quam vulgo in ſuis homines adhibere ſolent. *d. l. quod Nerua. 32. ff. depoſit.* ex cuius limitatione *dicti c. 2.* deciſio reſtringenda eſt, vt tunc demum bona fides abeſſe præſumatur, quando maiorem quis in rebus ſuis diligentiam adhibuit, dummamen hanc communis hominum prudentum natura deſideret, culpa enim hæc eſt dolo proxima, quæ ſola præter dolum in depoſito coërcetur, non item leuis, aut leuiſſima, quæ longius à dolo abſunt.

56 Nec huic veritati obeſt Iuſtinianus *in dicto §. præterea*, cuius deciſio in leui culpa intelligenda eſt, quam depoſitum non capit *ex eo, & noſtro textu*, quam expoſitionem probat Caius *in l. 1. §. is quoque, ff. de obligation. & actionib. in eo, ait, Solo tenetur ſi quid dolo perierit, negligentia vero nomine ideo non tenetur, quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam committit, de ſe queri debet, magnam tamen negligentiam placuit in doli crimen cadere.*

Quare Gotofredus *in d. §. præterea* leuem culpam vocat conſuetam in rebus proprijs negligentiam *ex l. mulier. 22. §. ſed enim. ff. ad Trebellian.* quem ita intelligit Hottoman. *in d. §. item is, cui verb. exactam diligentiam, Inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligatio*, quem ſequitur *ibidem* Pichard. *numer. 65.* Donel. *dicto lib. 16. c. 7. colum. 6.* verba Vlpiani *in dicto §. ſed enim*, ex profeſſo expendens, *ſed ſi*, ait, conſultus, *cum diſtrahere heres deberet, non fecit lata culpa, non leui, & rebus ſuis conſueta negligentia*, ecce quam prius Vlpianus leuem culpam dixerat, mox, vt adparet, in rebus ſuis conſuetam negligentiam vocat, prout Donellus explicat *vbi proxime*, hanc conſuetam in rebus ſuis diligentiam à conſulto dici cenſens, quoniam, ſi quis in ſuis diligentior, non idẽ in alienis faceret, non leuis culpa hæc eſſet, ſed lata, quam communis prudentum hominum natura deſiderat, de qua *in dicta l. quod Nerua. 32. ff. depoſit.* 57

58 Accurſ. vero *in dicto §. ſed enim verb. negligentia*, quam ibi conſultus meminit, magnam iudicat, & ad latam culpam prius expreſſam refert, quem ſecuti ſunt omnes antiqui, & ex modernis plures, ſuam expoſitionem comprobantes *ex l. ſi conſtante. 24 § ſi maritus. ff. ſolut. matrimon.* In quo Vlpianus mariti ſæuitiam in ſeruos dotales latæ culpæ ſupplicio coërcendam dixit, primum exemplum ſtatuens in eos, qui ſæuius in dotales, quam in ſuos animaduertebat, ſecundum verbis hiſce deſcribens: *Si vero & in ſuos eſt natura talis, adhuc dicendum eſt, immoderatam eius ſæuitiam hoc iudicio coërcendam*, nota verbum, *hoc iudicio*, cuius cauſa eadem pœna digna eſt culpa hæc cum ſuperiore. Quod, licet non ita dilucide *in d. §. ſi maritus verb. exhibet, & verb. culpanda eſt*, Accurſius exponit.

Et mihi in huius ſententiæ comprobationem non minimo argumento eſt latæ culpæ definitio, quam conſulti adferunt, *non intelligere, quod omnes intelligunt.* Quæcumque enim ignorantia, ſeu negligentia, quæ hue vſque extendatur, lata culpa procul dubio erit, ſiue eam quis in rebus ſuis adhibeat, ſiue non, prior quidem fraude non caret. *d. l. quod Nerua*: ſecunda ex ignorantia craſſa, quæ communem hominum deſidiam ſuperat, dolo etiam proxima eſt *ex ſuperius traditis. l. 3. titul. 3. part. 5. E por ſu culpa*, inquit, *decimos, que ſe pierde la coſa, quando la non guardaſe en aquella manera, que toda la mayor partida de los homes ſuelen guardar ſus coſas.* Iuſto enim iudicio damnatur is, qui adeo negligens, & ſupinus eſt, vt in rerum alienarum cuſtodia eam diligentiam non adhibuerit, quam communi- 59

muniter homines in ſuis adhibent. Atque ita procedit Celſi deciſio *in dicta l. quod Nerua*, qui ex eo quòd minorem, quam omnes in ſuis rebus adhibent diligentiam requirat, vt quis latæ culpæ reus habeatur, non quidem negat in illam eum incidere, qui cum in ſuis ſit valde negligens, res alienas minus diligenter, quam communis hominum natura deſiderat, cuſtodierit ex Accurſ. *in præſent.* in hæc verba: *Item ſi in ſuis eſt negligentiſſimus, non erit impunita eius negligentia, diligens enim debet eſſe ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, vt ſupra depoſit. l. quod Nerua.* In qua ex Connano *libr. commentar. iur. ciuil. 7. c. 4. numero* 7. Ludouicus Charon. *d. lib. veroſimil. 3. c. 9. in princip.* conſultus exprimens fraudi proximiorem culpam comparatiuo vſus eſt.

60 Vnde Bartol. *in d. l. quod Nerua. 1. lectu. ad med.* & Alciat. *in dicta l. lata. 223. in princip.* volunt dupliciter culpam dici dolo proximam, aut, quia præſumptam in ſe fraudem contineat. *d. l. quod Nerua*, aut, quia ex ſe ipſa adeo ſit vecors, & inexcuſabilis culpa, vt, tametſi non ita præſumatur fraus, partim tamen ab ea diſtet, eodemque iure in contractibus cenſenda ſit, veluti, cum quis in gratiam amici mandatum non impleuit, licet enim gratia, & nimia facilitas à dolo excuſet, ex ea tamen proueniens culpa illi proxima eſt. *l. ſi procuratorem, 8. in fine. ff. mandat.*

Quam diſtinctionem ſequitur Vincenti. Carroci. *in dicto tractat. de depoſit. titul. de culpa depoſitar. numero* 80. & illi adhæret Connan. *vbi ſuprà* dicens, latæ culpæ finem eſſe non intelligere, quod omnes intelligunt, quod vltra additur dolum eſſe, veluti, ſi quis chriſtalinum quod cuſtodiendum ſuſcepit, ſponte in terram proiecerit, ſiquidem à dolo dumtaxat excuſaretur, ſi fragile illud præ nimia fatuitate ignoraſſet, quæ culpa licet dolus proprie non ſit, merito, tamquam dolus in contractibus punitur ex communi omnium ſententia *in dicta l. quod Nerua*, quam probat Zaſi. *in l. 1. §. 1. numero 22. ff. de obligat. & actionibus.* Quod niſi ita conſtitutum eſſet, facile quiſpiam ex Connano, fraudes, & machinationes ſuas ignorantiæ velo obtenderet, & tamquam adumbraret.

61 Nec noniorum interpretum ſententiam probare poſſum, qui diligentiſſimum in rebus ſuis, in alienis eamdem curam non adhibentem latæ culpæ reum iudicant. Iniquum enim eſt, vt diligens peioris, quam negligens conditionis ſit, prout antiqui omnes defendere contendunt. Præſumptio enim fraudis, quam Celſus *in d. l. quod Nerua*, & Pontifex *in dicto c. 2. de depoſit.* meminerunt, ad latam culpam referenda eſt, quam Celſus ipſe deſcribit eius, qui non ad eum modum, quem communis hominum natura deſiderat, res alienas ſeruat, ne latæ culpæ definitio *ſuperius* defenſa corruat, in qua nullũ verbũ de diligentiore in ſuis, qui eamdem in rebus alienis diligentiam non præſtitit, inuenitur.

Porro non inficior, in diligentiſſimo ex indicijs in præfata ſpecie dolum, vel præſumptum deprehendi poſſe. *d. c. 2. cum ſimilibus.* quod vt probet melius cæteris expendit Zaſi. verba *dicta l. quod Nerua, in ſcholijs ad eam verb. diligens eſt*, vt hanc potiorem ſententiam iudicem, quam diuerſis exemplis ornat Donellus *dicto c. 7. colum. 3. verſicul. altera culpa ſpecies in fine.* Quod ex actis iudex æſtimare debet, idque ſenſit Bartolus. *in dicta l. quod Nerua, numero 18. in fine*, & expreſſim tenuit Barbo[illegible] *in prælud. ad l. ſi mora. 10. numero 27 ff. ſoluto matrimon.* iuribuſque à ſe relatis, Capra, & Deciano. probat Farinac. *in dicta quæſt. 88. num. 86.*

Solet hic indicere quæſtio, nunquid iuris error in omnibus lata culpa ſit? quam optime diſputant Zaſi. *libr. ſingular. intellectu. 1. c. 2. à numero 16. vſque ad 25.* Ioan. Corraſ. *libr. Miſcellaneor. 4. c. 2. à numero 13. & c. 17.* Fachineus *Libr. 1. controuerſ. iur. c. 2.* qui antiquorum volentium, iuris errorem latam ſemper culpam eſſe plurimis ex cauſis, quas ipſi recenſent ſententiam impugnant, ſic iuris ignorantiam diſtinguentes. 62

Aut quis ignorat ius, quod omnes ſcire poſſunt, veluti edictum publice promulgatum, & ſane latam admittit. Aut ius non adeò tritum, & notum eſt, illiuſque ignorantia leuem culpam inducit, quia conſulere ignorans peritiores potuit, quod vtique diligens præſtitiſſet. Aut quis ad illud ſciendum eam non adhibuit diligentiam, quam diligentiſſimus præſtitiſſet, ac de leuiſſima tantum culpa tenetur.

Cæterum in iuriſperitis certi quidem iuris error latam ſemper culpam, imo & dolum aliquando inducit *princip. Inſtitut. de offic. iudic.* vbi propria materia, turpe enim eſt, nobili, & patritio viro ius in quo verſatur ignorare *l. 1. §. ſeruius. ff. de origin. iur. l. 2. ff. quod quiſque iuris. l. vltim. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus.* Quæ omnia lanius examinant Farinacius *in praxi criminal. 3. tomo, titulo 10. de pæn. temperand. quæſtione 90. inſpectio. 2. à numero 95. titulo duodecimo, de varijs & diuerſis criminibus. quæſtio. 111. numero 479. ac deinceps.* Fachin. *dicto lib. 10. c. 12.*

Parlador. *rerum quotidianarum libro 1. c. 2. à numero 3.*

63 Huc tendunt exempla omnia, quæ diffuſe interpretes conſiderant, quorum aliqua *inferius* proponentur. Ex quibus facile deduci poterit, quæ propriè dicatur leuis, quæ leuiſſima culpa, vt illa ſit, neſcire, vel eam diligentiam non adhibere, quod diligens paterfamilias noſſet, ſeu quam diligens præſtitiſſet, hæc vero ignorare, vel eam diligentiam non impendere, qua diligentiſſimus quiſquam rem ſuam obſeruaſſet, vel quod ſummo ingenij acumine præditus præcauiſſet. *l. 3. in fine, titul. 3 part. 5. l. ... titul. 33 part. 7.* & plurimorum iurium authoritate probant præadducti interpretes, maxime Hottoman. *dicto. verb. exactam diligentiam ad fin.* Alciat. *in d. l. cedere diem. 213. §. lata. l. lata. 223. ff. de verbor. ſignificatio.* Duarenus *ad titul. de commodat. c. 8.* Donellus *dicto c. 7.* latiſſime Farinacius alios omnes adferens *in dicta quæſtio. 88. numer. 67.* Parlador. *in ſeſquicent... cor. differen. 132. num. 10. & 11.*

64 Vt autem vnaquæque culpa facilius ab altera dignoſcatur optimus iuris interpres Hottomanus, quem refert ſecutus Anton. Pichard. *in dicto §. item is cui n. 63. inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligatio.* diligentiam velut negligentiæ aduerſam proponit, vt infimo diligentiæ gradui ſupremus negligentiæ, minori maior, ſummo quidem minimus reſpondeat, & ad vnius poſitionem alterum remoueri opus ſit, cum enim culpa negligentia ſit. *l. magna. 226. cum ſimilib. ff. de verbor. ſignificatio.* vnde culpa abeſt, ibi diligentiam eſſe neceſſe eſt ex Petro Burg *lib. elector. 1. c. 12. colum. 3.* breuiter Parlador. *vbi ſuprà numer. 12.*

Aut enim exactiſſima diligentia deſideratur, & eam præſtari oportet, quàm diligentiſſimus quiſquam adhiberet, ne quis in leuiſſimam culpam incidat; aut exactam, atque eam quis debet, quam diligens paterfamilias adhibet, ne leuem culpam admittat, vel demum vulgaris diligentia, vt quis eam præſtare teneatur, quam communis hominum natura deſiderat.

Quæ diſtinctio in qualibet ſpeciali arte locum habet, vt artifex de lata culpa teneatur, ſi illud ignorat, quod communiter illius artis opifices ſciunt, de leui, ſi illud, quod diligentes, de leuiſſima, ſi illam diligentiam non adhibuerit, quam diligentiſſimus quiſque præſtitiſſet.

65 Leuiſſimam tamen culpam à leui non differre contendit Burgi. *dicto c. 12. colum. 3.* ex eo, quòd in iure nulla fere leuiſſimæ mentio fiat, quam opinionem latius defendit Donellus *dicto libro 16. c. 7. colum. 5. verſicul. levis culpa eſt, & colum. 8. ex verſicul. ad has ſpecies, vſque ad verſicul. generibus culpæ.* Poſtquam enim leuem in faciendo, leuiſſimam in omittendo conſiſtere adſeruit *ex l. ſi ſeruum. 91. in princip. ff. de verborum obligationibus.* vulgo ſtatui, quaſi diſſimiles leuem, leuiorem, & leuiſſimam, idque in veterum libris inueniri conſentit. Sed ſtatim hac in re, inquit, quæſtionem interpretes introduxerunt ſibi, & alijs inexplicabilem, quomodo, quaue nota diligens paterfamilias à diligentiore, vel diligentiſſimo dignoſci poſſit? cum apud conſultos omnes hi promiſcue accipiantur ex pluribus eorumdem reſponſis, quæ ipſe inducit.

Verum Burgij, ac Donelli ſententia plus 66
quidem ſubtilitatis, vt ita dixerim, quam veritatis præ ſe ferre videtur, cum ſecundum eos conſulti eam interdum diligentiam exigant, quam diligens paterfamilias adhibuerit. *l. ea igitur. 14. ff. de pignorati. actio. l. ſi vendita. 11 ff. de pericu. & commodo rei vendi.* interdum qualem diligentiſſimus. *l. in rebus 18. in princip. ff. commoda. l. ſi merces. 25. §. qui columnam. ff. locati.* Merito igitur vna ab altera diuerſimodi effectus ratione decernitur. *l. cum res. 49. §. culpa autem, ff. de legat. libro 1.* Culpa autem, inquit Vlpianus, *qualiter ſit æſtimanda videamus, an non ſolum ea, quæ dolo proxima? verum etiam quæ leuis eſt? aut nunquid, & diligentia quoque exigenda eſt ab hærede?*

Leuiſſimæ autem culpæ mentio fit *in l. in lege Aquilia. 40. ff. ad leg. Aquil.* cuius occaſione eam à leui diſparem exiſtimat Franciſcus Duarenus *in commentar. ad titul. de commoda. c. 8. verſicul. leuiſſima culpa eſt.* quam vbique diligentiæ nomine conſulti donant, prout agnoſcit idem Donellus. *vbi ſuprà colum. 7. verſicul. in hac diuiſione culpæ,* & præadducti interpretes communiter adſerunt, maxime Farinacius *in dicta quæſtio 88. numero 85.* quos iuuat regia. *l. 11. titul. 33 part. 7.*

Cui reſolutioni non obſunt, quæ pro ſe 67
adducit Donellus, non quidem Pauli deciſio *in dicta l. in lege Aquilia*, vbi leuiſſima culpa in lege Aquilia venit, cum tamen leuis dumtaxat in ea coërceatur. *l. ſi putator. 31. ff. ad leg. Aquil.* Nam contraria opinio communiter recepta eſt à ſcribentibus *in dicta l. in lege Aquilia*, quam licet regulariter *ex dicta l. ſi putator*, amplecti nolim. Pauli tamen deciſionem, vltra caſum in ea expreſſũ extendendã nõ eſſe arbitror: quoties in quã ſciente domino ſeruus vulnerat, vel occidit ſcelus enim

à ſeruo

à ſeruo admiſſum, quod dominum non conſentientem, vel ignorantem obligaret, vt vel noxam dederet, vel damnum reſarciret. *l. 1. & 2. cum vulgat. ff. de noxalib. actionib. l. vltim. titul. 13. l. 5. titul. 15 part. 7.* à fortiori vindicandum eſt in domino, qui ei authoritatem ſuam ſcientia, vel patientia impartiuit. *Ipſe enim dominus*, Vlpianus ait, *in dicta l. 2. occidiſſe videtur*, vt iure in eo leuiſſima culpa puniatur, prohibere ſiquidem potuit, nec prohibuit. *l. 3. cum alijs eius titul. ff. de noxalib. l. ſcientiam. 45. ff. ad leg. Aquil. regul. 7. titul. 34. part. 7.* cum ſerui culpa, de qua dominus ipſe tenetur, crimen enorme ſit, eamque veluti principalem attendi oporteat. Qua re hoc excepto caſu Paul. *in dicta l. ſi putator*, leuem, non ita leuiſſimam regulariter in lege Aquilia coërceri definit, cui concinit Caius *in l. illud 13. ff. de libera. cau. Adhuc tamen*, inquit, *cum eo poterit lege Aquilia agi, cum ea lege aliter culpa teneatur*, quam perperam Accurſius ad leuiſſimam retulit.

68 Eodem iure cenſenda eſt altera difficultas à Donello excitata, qui nullum adſerit à conſulti inter diligentem, & diligentiſſimum diſcrimen adnotari: imprimis *ex l. ſi vendita. 11. C. de pericul. & commo. rei. vendi.* vbi homo diligens frugi vocatur, quem recte ſe in adminiſtratione rerum ſuarum habere in prouerbium abijt ex Cicerone, quem citat, & hunc diligentiſſimum eſſe volens. Quod ſane inficior, nam diligentiam eius, qui res ſuas recte adminiſtrat, prouida nimis, anxia, & ſollicita cura diligentiſſimi ſuperat, quam à diligente plerumque abeſſe nemo ambigit.

69 Deinde ad idem probandum inducit. *l. in rebus. 18. in princip. ff. commoda.* in qua Caius talem in accipiente diligentiam requirit, quam diligentiſſimus paterfamilias habere poſſet, & contra Caium Vlpian. *in l. ſi vt certo. 5. §. quod vero, verſicul. cuſtodiam, ff. commodat.* Quorum deciſiones conciliat, quia, inquit, *diligens, ac diligentiſſimus pro vno, & eodem reputantur.*

Verum iudicio meo *in dicto verſic. cuſtodiam* diligentiſſimi patrisfamilias cura expreſſim exigitur, cuſtodia enim diligens commendatur, quaſi velit Vlpianus, quamcumque deſidiam puniendam eſſe, ſolum caſum ab hac pœna excuſans, prout ipſe docuerat *in §. quod vero ſenectute, legis eiuſdem.* Quod & videtur decidere Iuſtinian. *in §. item is cui Inſtitut. quib. mod. re contrahitur obligatio*, vbi cum exactam diligentiam præſtari oportere dixerit, diligentiſſimi hominis curam deſiderat.

70 Nec pro Donello facit ab abſurdo argumentatio deducta *ex l. ſi merces 25. §. qui columnam. ff. locat.* in qua aduerſus locati ordinariam præſtationem leuiſſima etiam culpa attenditur, quoniam id in ea ſpeciali quadam ratione ſtatutum eſt, tum quia ſummam diligentiam, qui ſe ad columnam tranſportandam conduxit ex ſpontanea oblatione videtur pollicitus, tum quoniam columna illa facile frangi poterat, niſi diligentiſſimi hominis ſollicita adeſſet cura *argumento text. in c. vbi periculum. 3. de electio. lib. 6.* Quod probat Martinus quidam vetus interpres ab Accurſio relatus *in dicto §. qui columnam, verb. diligentiſſimus*, cuius ſententiam veriorem cenſet Paul. Caſtrenſ. *ibidem*, eamque probat regia. *l. 8. titul. 5. part. 5.* Carroc. ex Alciat. & alijs *in dicto tractat. de depoſito titul. de culpa depoſitar. numer. 20.* Quod idem in veſtibus accidit, quæ facile valorem ſuum perdere poſſunt ex Accurſ. *in §. qui pro vſu, iuncto textu verb. diligentiſſimus ad fin. & eius additio. Inſtitut. de locatio.*

Nec item abſurdum videri debet, nego- 71
tiorum geſtorum ex ſpontanea oblatione de leuiſſima etiam culpa teneri. *§. ſicut autem, Inſtitut. de obligationib. quæ quaſi ex contract. naſcun.* quia cum hic liti ſe offerat, omne in ſe periculum ſuſcepiſſe videtur, quod fortuito caſu non acciderit *dicto §. ſicut autem, l. 33. & 34. tit. 12. part. 5.*

Quare communem interpretum quoad 72
has culpas diſtinctionem amplectendam iudico, quam breuiter, & copioſe Connanus probat, *dicto libro commentarior. iur. ciuil. 7. c. 4. numero 7. in fine*, ex Decian. & alijs Farinac. *in dicta quæſtio. 88. numero 85.* Leuiorem autem culpam nemo exprimit, quia ſpecialis ei à iure effectus non tribuitur, prout ex Salycet. tenuit Mayner. *in præſen. num. 10. prope finem* ex Ancharran. & Capra Farinac. *dicta quæſtio. 88. num. 55.*

Iudex autem ex circumſtantijs, & conjecturis arbitrabitur, quænam vnaquæque culpa ſit. *l. in actionibus. 5. §. ſuper his. ff. de in litem iuran. l. ſemper aduerſus. 11. §. culpam. ff. quod vi aut clam*, Panormitan. *in c. vni. numero 13. in fine de commoda.* Connan. *dicto numero 7. ad med.* nos ex Bartol. Barboſa Farinac. & alijs *ſuprà num. 61.*

Ex prædictis Vlpianus infert, quas ex ſuperioribus culpas, ſinguli bonæ fidei contractus recipiant, imprimis depoſitum, & precarium proponens, eis quidem dolum ſolummodo his verbis adſcribens.

Dolum tantum depoſitum, & precarium.

73 Hæc conſulti verba ſummum virum, & ab omnibus laudatum Ioannem Igneum *in præſen. numero 11. & 12. & in l. 3. §. ſi quiſquam, coſum. 5. & ſequent. & in l. lege Cornelia. 25. §. ex hoc edicto à numer. 11. ad 16. ff. ad Syllanian.* compulerunt, vt *in dictis locis* adfirmet, doli ſolummodo in depoſito & precario rationem habendam. Quod ipſe in depoſito vltra hoc Vlpiani reſponſum probat *ex l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum, ff. commoda. §. præterea, Inſtitut. quib. mod. re contrahi obligat.* Item & latioris culpæ, quæ ſecundum eum dolus eſt præſumptus *l. quod Nerua. 32. ff. depoſit.* latam vero ab his duobus contractibus abſonam eſſe. Quod & ratione probat, quoniam, inquit, qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradiderit, non ei, ſed propriæ facilitati imputare debet. *l. 1. §. is quoque ff. de obligationib. & actionib. d. §. præterea,* facit in ſimili ſpecie. *l. ſed etſi quis 7. §. vlt. ff. de inſtitor. actio.*

Quam rationem alia quidem, quam à præfata diſſimilem exiſtimat, confirmat Igneus. Cum enim, ait, minus diligentem cuſtodem eligens ſit in culpa, depoſitarij culpam, ſi qua fuit, cum deponentis culpa compenſari oportet. *l. ſi ambo. 10. ff. de compenſationib. Si ambo Socij,* Vlpianus ait, *parem negligentiam Societati adhibuimus, dicendum eſt, nos inuicem deſinere eſſe obligatos, ipſo iure compenſatione negligentiæ facta.*

Deinde *in d. §. ex hoc edicto. numer. 11.* ſuam probat ſententiam, nam cum depoſitum gratia, & fauore deponentis fiat. *ex præadductis iuribus,* nihil ſane publica fides læditur, etiamſi in illo lata culpa non præſtetur, maxime cum conſulti dolum tantum exigant, quorum diſpoſitio ex eodem Igneo *in præſen. numer. 10.* vltra definitum caſum extendenda non eſt, cum à verbis legis recedere piaculum ſit. *l. non aliter. 69. ff. de legat. lib. 3.* cum iis, quæ interpretes congerunt. *in l. non dubium 5. C. de legibus.*

Vnde infert *in dicto §. ex hoc edicto, num. 13.* aduerſus Philippum Decium *in dicta l. quod Nerua* iureconſultum depoſito dolum adſcripſiſſe, inquit enim ſecundum Igneum, ſi quis non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, diligens eſt, niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtet, fraude non caret, quaſi velit Igneus, vt clarius eius mens percipiatur, cum etiam, qui in rebus ſuis diligens erat, in doli crimen incidere, ſi alienas cuſtodiendas ſibi traditas negligentius ſeruauiſſet, & hunc dolum verũ, vel præſumptum, non latam culpam in depoſito præſtandum principium dictæ legis conſiderans, latiorem culpam dolum eſſe, idque etiam expreſſim voluit *in præſen. numero. 54.* ad idem inducens *c. 2. extra de depoſit.*

Quæ autem aduerſus alios in depoſito notat, vera etiam in precario exiſtimat. *l. quæſitum. 8. §. cum quoque, ff. de precar. illud adnotatur,* Vlpianus ait, *quod culpam non præſtat is, qui precario rogauit, ſed ſolummodo dolum præſtat,* & parum intrà, *nec immerito dolum ſolum præſtat is, qui precario rogauit, cum totum hoc ex liberalitate deſcendat eius, qui precario conceſſit, & ſatis ſit, ſi dolus tantum præſtetur.*

Sed hæc Ioannis Ignei ſingularis ſenten- 74
tia nullo ex antiquis mœcenate fruitur, eamque nouiores paſſim reijciunt, teſte Carroc. *de depoſito, titul. de culpa depoſitar. numer. 1.* Corraſ. *dicto libr. Miſcellaneor. 4. c. 1. in fine* qui cum Igneum ſummopere laudaſſet, communem ſententiam probat *ex c. bona fides. 2. de depoſit. l. 1. C. eodem titul.* quibus in expoſitione *dictæ l. quod Nerua* maior eſt habenda fides. *l. non eſt nouum. 26. cum duabus ſequentibus, & ſimilib. ff. de legib.* maxime cum lata culpa dolus præſumptus *paſſim* à conſultis dicatur. Quibus non eſt aduerſa legis noſtræ deciſio, nam immoderata negligentia ſupina, & væcordis deſidia, quam latæ culpæ nomine conſulti *vbique* donant, adeò quidem grauis eſt, ac diſſoluta, vt in fraudis ſuſpicionem veniat, & in doli crimen iuris interpretatione, & effectu cadat ex his quæ adnotat Corraſ. *vbi ſuprà,* nos ex aliis *numer. 34. 36. 38. & paſſim alibi.*

Quam expoſitionem veriſſimam reliqui 75
omnes indiſtinctè admittunt, eique ſingularis cedere debet. *c. ne innitaris. 5. extra, de conſtitutionib. c. nouimus. 27. de verbor ſignificatio. l. 1. ff. de offic. quæſtor.* late Felin. *in c. 1. numer. 54. de conſtitutionib.* Iaſo. *conſil. 89. numero 23.* & *ibi* additio *verb. vnam ipſius lib. 3.* præſertim cum legumlatores eam expreſſim adiuuent. *d. l. 1. C. depoſit. c. 2. ſuprà eodem titul.* & in precario Vlpianus probet *in dicta l. quæſitum. 8. §. illud tamen. ff. de precar.* vbi poſt verba *ſuperius num. 73. in fine,* relata, *Culpam tamen,* inquit, *dolo proximam contineri quis merito dixerit,* & *in §. & generaliter eiuſdem legis. & generaliter,* ait, *erit dicendum, in reſtitutionem venire dolum, & latam culpam dumtaxat, cætera non venire.* Quæ licet ſubinuoluat Igneus *in d. l. vltim. §. ex hoc edicto. numero 15. ad Syllanian.* adeo tamen vera ſunt, vt nemo, vel certe pauci ex eis etiam, qui

Bartolo adhæſerunt, aduerſam cum Igneo ſententiam defenderint.

76 Nec eum iuuat deciſio *dicti* §. *præterea*, *Inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat.* quæ in leui potius negligentia intelligenda eſt, & ratio in ea expreſſa, vt ſibi imputet, qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradiderit limitanda; dummodo illius negligentia leuis culpæ terminos non excedat. Quod cum prius Iuſtinianus docuiſſet, eò quidem ſequens illatio referri debet, vt extra propoſitum caſum non extendatur.

77 Nec compenſationem admittam, quam Igneus incaute meminit: nulla enim culpa in prædicta depoſitarij electione ex parte deponentis adeo ſupina conſiderari poteſt, vt lata dicenda ſit. Quis enim eum, quem fatuitatis, aut dementiæ vitio non laborare nouit, adeo negligentem & ignorantem exiſtimet, vt quæ homines vulgariter ſciunt, ignorare ſibi perſuadeat? præcipue, cum vnuſquiſque diligens habeatur, niſi contrarium probetur, nec ſuas quiſquam facultates iactare velit, homini, quem omnino deſidem, atque ignorantem ſciebat, eas cuſtodiendas commendans.

Exemplum vero, quo Igneus vtitur, ſpeciale in ſocijs eſt, quorum alter, qui latam culpam, vel leuem committit, eam cum alia pari à ſocio admiſſa compenſat, vt neuter eorum alteri teneatur. Cæterum licet fraude non careat, qui eam in alienis rebus diligentiam, quam in ſuis non impendit, ſi ea craſſa, & ſupina ſit, hæc tamen culpa non proprie dolus eſt, ſed ob nimiam negligentiam dolus in illa adeſſe præſumitur, *prout iterum, atque iterum ſuprà*.

78 Quare fundamenta quibus Igneus nititur inania iure optimo cenſenda ſunt. Nil enim intereſt conſultos edixiſſe, dolum tantum præſtandum eſſe, cum lata culpa eumdem ſortiatur effectum, & doli verbo contineatur. *d. l. quæſitum* 8. §. *illud tamen cum ſimilib. ff de precar.*

79 Deinde nam immerito nomen, *culpa*, de qua *in præſenti*, latæ Igneus adijcit cum ea potius leuis ſit, *ex lege noſtra, & ſimilib.* & probant ex Accurſ. poſt alios à ſe relatos Corraſ. *lib. Miſcellaneor. 4. c. 2. num. 11. verſic. nec item dixeris Martianum*, Petr. Burg *lib. elector. 1. c. 12. colum. 2. verſicul. hæc igitur tria*, Connan. *dicto lib. commentarior. iur. ciuil. 7. c. 4. num. 7. in fine*, Donel. *lib. de iure ciuil. 16 c. 7. colum. 6. verſic. de verbo ipſo leuis culpæ* Farinac. *in dicta quæſtion* 88. *nu. 91. ac deinceps.* Quamuis enim ex Donello proprietate verbi culpa, lata culpa ſit, cum tamẽ iuris ratio faciat, vt dolo comparetur, & doli verbo contineatur, quæ à dolo diſpar culpa conſtituitur, leuis erit, quæ dolus nuſquam dicta eſt, ita ſenſit Cagnol. ex alijs *in præſen. num. 12. 13. & 14.* Farinac. *dicta quæſt. 88. num. 91. & 97.*

Prædicta limitant ſcribentes ſecundum 80
Decium *in præſen. num. 26.* vbi additio plures refert in teſte, qui commiſſam fuiſſe culpam ſimpliciter deponit, dictum enim illius quaſi incertum ad nullam referri poteſt, niſi ex actis adpareat, ita ex Alexand. & Corneo probat Cagnol. *in præſen. n. 29. in princ.* Farinac. *dicta quæſt. 88 nu. 99.* qui & alias duas limitationes adfert. *nu. 98 & 100.*

Mirum tamen videri non debet, in his la- 81
pſum fuiſſe Igneum veterum interpretum veſtigia prementem: etenim, ſi culpæ in ſex ſpecies diſtinctio, quam ipſi faciunt, vera eſſet, illius ſane ſententia non adeò iniqua videretur: cum enim conſulti dolum verum, vel præſumptum dumtaxat in depoſito præſtandum velint, ſi lata culpa ab his eſſet diſſimilis, in eo vtique non veniret. Quod cum ipſi negent, ſuam profectò *ex adnotatis ſuperius numero.* 18. *&* 42. diſtinctionem confundunt.

Communis itaque, ac veriſſima opinio eſt in depoſito dolum, & latam culpam venire. *l. 1. C depoſiti.* quam *ibidem* Bartol. ſingularem exiſtimat. *c. 1. eodem tit.* vbi Panor. & reliqui Canoniſtæ, quos ſequitur additio ad Decium *in præſen. in princip. lit. A.* Carro *c. de depoſit. titul. de culpa depoſitar. numer. 1.* Duaren. *in commentar. ad titul. de depoſito. c. 3. verſicul. aliud exemplum*, & omnes alij *ſuperius. numero 76.* congeſti.

Quare cum conſulti dolum dumtaxat in depoſito recipi adſtimant, culpam etiam dolo proximam, quæ præſumptus dolus dicitur, contineri volunt. Quod niſi me mea fallit opinio, aperte deſcribit Vlpian. *in l. ſi procuratorem. 8. § dolo. ff mandat. Sed ſi dolo*, inquit, *emere neglexiſti*, *forte enim pecunia accepta alij ceſſiſti, vt emeret, aut ſi lata culpa, forte, ſi gratia ductus paſſus es alienum emere, teneberis.* Ecce Vlpianus dolum, & latam culpam pares iudicauit. Idque niſi conſtitutum ita eſſet, facile quiuis machinationes ſuas, & fraudes ignorantiæ velo obtunderet, & tamquam adumbraret, vt verbis Connani vtar *dicto lib. 7. c. 4. num. 7. verſicul. atque hæc de lata culpa*, qui ad id probandum inducit. *l. vbi exigitur. 8 ff de eden.* vbi *exigitur*, Vlpianus ait, *argentarius rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo non exhibet, ſed & culpam non præſtabit, niſi dolo proximam. l. 1. §. hac actio. ff. ſi menſor. falſ. modũ dixer.* in qua lata culpa dolo cõparatur. quam ideò in depoſito coërceri cõſulti cõſueuerũt, qui ſolũ dolũ in cõtractibus præſtandũ docẽt ex Donelo

dicto c.7. colum. 10. *verſicul. generibus culpæ,* Alciat. *in l. magna.* 226. *in princip. ff. de verbor. ſignification.* cum ob eamdem rationem ad illam dolus extendatur, vti expendit Accurſ. communiter receptus *in l. ſi quis ſeruo.* 20. *verb. corrumpi. C. de furt.* quem ſequuntur Bartol. & cæteri *in authentic quas actiones* ex ea *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* maxime Iaſ. *numer.* 19. idem *in l. tranſigere.* 18. *numero* 15. *C. de tranſactionibus.*

82 Dictiones vero tantum, ſolummodo, vel dumtaxat ſimilia includunt, *clementi. exiui de paradiſo verſicul. cum autem natura de verbor. ſignificatio,* quem textum ad id ſingularem indicat Ioan. Annan. quem ſequutus refert Iaſ. *conſil.* 84. *numer.* 6. *libr.* 3. idem *in l. cognitio.* 4. *in princip. num.* 7. *ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdictio,* Zaſi *dicto libro ſingular. intellectu.* 1. *c.* 2. *numer.* 34. late Carroc. in ſpecie *de depoſit. titul. de culpa depoſitar. à numer.* 2. *ad* 8. Farinacius in numeros colligens *in praxi criminal.* 3. *tomo d. tit. de pœn. temperan. quæſt.* 87. *n.* 14. 15. 16. 17. 39. *ac deinceps, & num.* 61.

Quamuis autem *in l.* 1. *ff. de ſolutionib.* communiter affirment ſcribentes dolum dumtaxat coërceri, non latam culpam, quando depoſitarij arbitrio rei cuſtodia commiſſa eſt teſte Carroc. *proxime relato numer.* 8. verius tamen *ex prædictis* exiſtimo, ne dolus ignorantia tegatur latam quoque culpam in ſpecie propoſita præſtari oportere, niſi ea expreſſo pacto remittatur *ex inferius adnotatis num.* 286. *cum duob. ſequentib.*

83 In delictis vero dolus maiori quidem pœna, quam lata culpa punitur *l. in lege Cornelia.* 7. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Cuius rei diſputatio cum ad contractuum materiam de quibus præſens eſt ſermo, non ſpectet, ab eius longiore cognitione ſuperſedendum erit, maxime cum in eis ſuperior concluſio probata ſit ex Accurſ. *in l. magna.* 226. *verb. dolus. ff. de verbor. ſignificatio.* quem præter interpretes antiquos ſecuti ſunt Alciat. *ibidem* late Ioan. Corraſi. *lib. Miſcellaneor.* 4. *c.* 2. Connan. *dicto libr.* 7. *c.* 4. *num.* 7. Farinac. *in dicta quæſt.* 87. *numero* 18. Quod in ſpeciali caſu cuſtodis carceris, quando vinctus culpa eius aufugit, late diſputant Carroc. *in dicto titul. de culpa depoſitar. à numero* 24 *ad* 40. Farinacius *dicta quæſt.* 87. *numero* 46. idem latius *in praxi crimina. tom.* 2. 1. *part. tit.* 4. *de carcerib. & carcerat. quæſt.* 31. *ex num.* 10.

Quæſtio autem perdifficilis, & præſenti diſputationi vtilis ac neceſſaria proponitur: Nuncquid ob ſolum dolum, an vero & ob latam culpam in litem iurari debeat? In qua ex interpretibus alij adfirmatiuam, alij negatiuam partem tueri conati ſunt. Quæ contentio ab Accurſij temporibus originem traxiſſe videtur.

Ipſe ſiquidem Accurſ. *in l. in actionibus.* 5. §. 84
ſed in his omnibus verb. non etiam ob culpam. ff. de in litem iuran. adfirmatiuam quaſi argumentum aduerſus illam deciſionem recitans, negatiuam pro viribus defendit exemplo ab excommunicatione deducto, quæ ſecundum eum ob ſolam contumaciam incurritur. *c. ſacro.* 48. *de ſentent. excommunication.* Decius *in dicta l. in actionibus, numero* 18. ex Bald. & alijs Farinac. *dicta quæſtio.* 87. *num.* 33. vt & idem ſit in iuramento in litem, ne illud niſi ob dolum parti læſæ deferatur. *l. arbitrio.* 18. §. 1. *ff. de dolo,* idem tenet Accurſ. *in l. magna* 226. *verb. dolus eſt. ff. de verbor. ſignificatio.* quem cæteri *vtrobique* ſecuti ſunt, & alij, quos refert Corraſi. *lib. Miſcellaneor.* 4. *c.* 2. *numer.* 11. Cornel. *conſil.* 81. *numero* 5. *libr.* 4. Philip. Decius *in dicta l. in actionibus. numer.* 28. Cattellian. Cotta *in memorabilib. iur. dictio iuramentum in litem,* Connan. *lib.* 7. *commentarior. iur. c.* 4. *numero* 7. *ad med. verſicul. nam quicquid vltra additur* Gotofred. *in l.* 1. §. *in depoſiti verb. actione ff. depoſit.* & alij, quos refert Farinac. *conſil. criminal.* 96. *num.* 15. & 16. idem *deciſio.* 50. *nu.* 1. *in fine, & ibi addit. lit.* A. *lib.* 1.

Quos iuuat Martian. *in d. l. in actionib.* 5. §. 85
ſed in his. ff. de in litem iuran. ſed in his, inquit, *ob dolum ſolum in litem iuratur, non etiam ob culpam.* Cuius deciſionis ratio videtur, nam in iuramento in litem de pœna reo inferenda, quæ non, niſi in criminibus locum habet ex Connan. *vbi proxime,* tractatur, cum actoris adſertioni ſtandum ſit, vt rei contumacia puniatur. *d. l. arbitrio, vt poſſit,* inquit Paulus, *per contumaciam ſuam tanti reus condemnari, quanti actor in litem iurauerit.* At in pœnalibus lex dolum exprimens culpam non comprehendit, licet ciuiliter agatur. *l.* 1. §. *ſi quis ideo. ff. ne vis fiat ei* cum alijs iuribus, quæ inducit Corraſ. *vbi proxime,* Farinac. plures alios adferens. *dicto titul. de pœn. temperand. quæſt.* 87. *nu.* 28. & 41.

Quare nec depoſiti oblatam culpam 86
damnatus notam infamiæ incurrit, quod in ſuſpecto tutore decidit Iuſtinian. *in* §. *ſuſpectus autem remotus Inſtitut. de ſuſpect. tutoribus ſiquidem,* ait, *ob dolum famoſus eſt, ob culpam non æque. l. vlt. C. eodem titul. l.* 4. *titul.* 13. *part.* 6. *Mas ſi fueſe remouido de la guarda non por engaño, que ouieſe fecho a ſabiendas, mas porque fueſe home perezoſo, è de mal recabdo, eſtonce non ſeria por ende enfamado.* Quoniam vitæ & famæ cauſa par 87
cauſa eſt *l. iuſta.* 9. *ff. de manumiſſ. vindic. l. iſti quidem* 8. §. *vltim ff. quod met. cauſa,* cum pœna infamiæ ſemper alicuius criminis cauſa imponi ſoleat.

Qua

Qua in ſpecie Paul. *in l. in lege Cornelia. 7. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* dolum ſolum, non latam culpam committentem pœna mortis damnat, de cuius deciſionis veritate late agit poſt alios Farinac. *in dicta quaſtio. 87. per multas ampliationes & limitationes.* Quod in propoſita effigie veriſſimum, & indubitatum cenſent interpretes, vbi ex ſententia iudicis infamia irrogatur. *d. §. ſuſpectus*, ſecus exiſtimantes vbi ex facto, vt & ob latam culpam quis infamia notetur, ita tenuit Accurſ. *in dicto §. ſuſpectus, verb. non aeque* motus deciſione *l. liberorum. 11. §. notatur ff. de his, qui notan. infam. vbi* communiter interpretes cum Baldo Decio, Fulgo. Capra, & alijs, quos refert ſecutus Farinac. *dicta q. 87. n. 36.*

88 Verum prædictam Accurſij, & ſequacium ſententiam Fulgoſ. optimis argumentis impugnat *in dicta l. in actionibus. 5. à numer. 12.* licet tantam Accurſio authoritatem tribuat, vt eius ſententiam ſequendam cenſeat, quam clarius improbat Curt. Iunior *in dicta l. in actionibus. numer. 15. 16 & 28.* & *ibi* Duaren. *num. 25.* Ioan. Corraſ. *dicto c. 2. num. 8. 9. & 10.* Andr. Tiraquell. *in l. ſi unquam. 8. verb. donatione largitus. num. 134. in fine. C. de reuocand. donationib.* quem cum multis alijs refert Couarru. contra Accurſium Bartolum inducens, huiuſque ſententiam probans *libro variar. 2. cap. 14. numer. vltim.* Sed vltra omnes hanc vltimam Bartoli ſententiam defendit Zaſi. *dicto libro ſingular. intellect. 1. cap. 2. num. 35. cum duob. ſequent. b.* Donel. *dicto lib. de iure ciui. 16. cap. 7. volum. 10. verſicul. generibus culpæ cognitis*, & alij quos refert Farinac. *in praxi crimina. tomo. 2. 3. partis lib. 5. titul. 17. de furt. quæſtio. 176. numero 47.* idem *conſil. 96. num. 15. ac deciſio. 50. num. 1. in fine*, *vbi* additio *litte. A. lib. 1.*

89 Quos mouet Iulian. in *l. tutor qui repertorium. 7. ff. de administratio. tutor.* in hæc verba, *tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inuentarium appellatur, dolo feciſſe videtur*, & paulo inferius, *ſi quis ergo dolo inuentarium non fecerit, in ea conditione eſt, vt teneatur in id, quod pupilli intereſt, quod iure iurando in litem æſtimatur.* Quibus verbis voluit conſultus propter tutoris dolum etiam præſumptum in litem iurandum eſſe, ad quem vltimo relata periodus refertur.

At illud iam ſupra certo certius conſtitutum eſt, dolum præſumptum latam culpam eſſe. *d. l. quod Nerua 32. cum ſimilib. ff. depoſi.* ergo ob illam etiam in litem iuratur. Cui difficultati, cum Accurſius, & ſequaces ſatisfacere non audeant, ſpecialem tutoris caſum exiſtimant teſte Farinacio *dicto conſil. 96. numero 15. & 16.* Corraſ. & alijs *ſuperius* relatis.

Sed falluntur profecto ex interpretibus *numero præcedente* relatis, maxime Curtio Iunio. *in dicta l. in actionibus. 5. num. 16. ff. de in litem iuran.* quoniam, & in pluribus alijs ſpeciebus à Curtio relatis, puta in datione dotis, & reipublicæ fauore ſpecialis etiam ratio attenditur. Æquum igitur eſt, vt præterquam in delictis lata culpa dolo comparetur, ne quiſquam machinationis ſuæ turpitudinem deſidiæ, ac ignorantiæ velo à ſe admoueat *ex adnotatis ſuperius. n. 60.*

Quod in iuramento in litem generaliter obtinet. *l. 2. C. de in litem iuran. l. 6. titu. 11. parti. 3.* ibi, *o ſe menos cabas en por culpa dellos, ca eſtonce bien puede el judgador facer iurar a los demandadores.* Quibus iuribus ab Accurſio ſatisfieri non poteſt, cum enim ad iuramentum in litem rupta fides deſideretur, *l. ei apud quem. 5. ff. depoſi.* negari minime poteſt, nedum dolo, ſed & lata culpa rumpi ex Zaſio *dicto cap. 2. numer. 35.* Corraſ. *dicto cap. 2. numer. 11. verſi. ul. verum hac in re*, qui rationem hanc ex Fulgoſo, *vbi ſuprà* alia confirmat, quia ſcilicet propter moram in litem iuratur, *dicta l. in actionibus in fine*, quæ tamen culpa, nedum dolo contrahitur. *l. quod te mihi. 5. ff. ſi cert. peta.* Præſertim cum titulus ille *de in litem iurando* frequentius ad ciuiles cauſas referatur ex Fulgoſ. *in dicta l. in actionibus. num. 16.* in quibus dolus, & lata culpa pares fiunt, vt merito oblatam quoque culpam in litem iuretur. 90

Quare hanc veriſſimam ſententiam non euertunt iura, & rationes pro Accurſio conſideratæ, Iulian. enim *in dicto §. ſuper his*, & Paul. *in dicta l. arbitrio. §. 1.* ad iuramentum in litem dolum exigentes, *ex iterum atque iterum repetitis* latam etiam culpam includunt, dum tamen dolum à culpa ſeparant, leuem intelligunt, prout Corraſ. & Donel. *vbi ſuprà* multis probant. Idcirco ad hunc caſum inutilis eſt legis Corneliæ, & criminalium cauſarum applicatio, ſicut & conſideratio Connani, quam probat Gotofred. *in dicta l. in actionibus* deducta ex *dicta l. ei apud quem. 5. ff. depoſi.* ex ratione *proxime* adnotata, cum ex lata etiam culpa fides frangatur, ne hominum deprauata opera ignauiæ colore ſimulentur, ideoque in directa depoſiti actione in litem iuratur. *l. 1. § in depoſiti. ff. depoſi.* in qua *ex lege noſtra & ſimilibus* lata quoque culpa coërcetur, non ſic in contraria depoſiti actione. *d. l. ei apud quem*, quoniam in eadem rupta fide non agitur, ſed de indemnitate ſuſcipientis ex Conna. *proxime* relato Gotofred. *in d. §. in depoſiti. verb. actione.* 91

Lex vero. 1. §. *ſi quis ideo. ff. ne vis fiat ei*, & ſimiles in leui culpa procedunt ex Corraſ. *vbi proxime. num. 11. in fi.* Multos autem de hac quæſtione agentes refert Farinaci. *in praxi crimina. tom. 2. 3. partis titul. 17 de furt. quæſtio. 176.*

num. 47. Iuramentum autem hoc à mero iudicis arbitrio pendere, & contra illud probationes admitti probat ex alijs idem Farinac. *in dicto conſil. crimina.* 96. *n.* 53.

92 Sed incideotem quæſtionem ſuſpecti tutoris, quam interpretes omnes hac in parte comminiſcuntur, decidere operæ pretium eſt; etenim ſecundæ ſententiæ adſertores Accurſium in illa quoque reprehendunt Iuſtinianum *in dicto §. ſuſpectus inſtitut. de ſuſpect. tutorib.* leuem quidem, non latam culpam, vt tutori infamia irrogaretur, ex doli, & culpæ diuiſione excluſiſſe adfirmantes. *l. vltima. C. de ſuſpect. tutor. ſuſpectos tutores*, inquit, *ex dolo, non etiam eos, qui ob negligentiam remoti ſunt, infames fieri, manifeſtum eſt*; nam *negligentia* verbum teſte Done. *vbi ſuprà* viſitato veterum loquendi more accipienda eſt, quod, *vt prædiximus*, ad leuem culpam refertur teſte ex alijs Farinac. *dicta quæſtio.* 88. *numer.* 91. *&* 97. quo in ſenſu intelligi oportet dictam *l.* 4. *partita.*

Sed ambagibus remotis in ſpecie ipſa textus eſt expreſſus *in l. impuberibus* 7. §. 1. *ff de ſuſpect. tutorib. ſi fraus*, inquit Vlpianus, *non ſit admiſſa, ſed lata negligentia, quia iſta prope fraudem accedit, remoueri hunc quaſi ſuſpectum oportet*, Quæ verba Accurſ. *ibi* in lata culpa intelligit, & Corraſ. *vbi ſuprà numer.* 8 ex Fulgoſ. ad idem proponit, cui ſententiæ adhæret Gotofred. *in d. l. vltim verb. dolo. C. de ſuſpect. tutorib.* & ante eos Decius ab impugnationibus Iaſſonis hanc ſententiam defendens *in dicta l. in actionibus.* 5. *numer.* 17. *&* 21. *ff. de in litem iuran.* teſte Farinac. *in dicta quæſtio.* 87. *numer.* 35.

93 Nec his obeſt vulgaris traditio, vitæ, & famæ cauſam comparari: id enim ex Corraſio locum ſolummodo habet, vbi eadem vtriuſque ratio, vel ſpecialis caſus adeſt. *d. l. iuſtu.* 9. *ff de manumiſſ. vindicta*, alio qui ſecus, certum quippe eſt; grauiorem eſſe capitis, quam exiſtimationis pœnam. *l. capitalium.* 28. *verſic. cætera pœnæ. ff. de pœn.*

Ego vt profetam, quod ſentio, infamiam iſtam non adeo magnam iudico, vt corporali, nedum capitali ſupplicio comparari poſſit, quam ſane deſidiæ colore omnes effugerent, ſi latæ culpæ cauſa ab infamia excuſarentur, reſque pupilli minus in tuto eſſent, cuius fauorem Accurſ. & ſequaces *vbique* extollunt *ex l. ſuſpectus.* 5. *& ſimilibus. ff. de ſuſpect. tutorib.* idemque in depoſiti ſpecie verum iudicat ex *d. l. quod Nerua.* 32. *ff. depoſ. l.* 1. *C eod. titul.* Ioan. Corraſ. *dicto cap.* 2. *numer.* 8. *in fine.*

Nec deſcodi poteſt communis diſtinctio contraria, vt ex facto lata etiam culpa, ex ſententia, ſolo dolo infamia inuratur, nam imo contrarium cum Zaſ. *dicto lib.* 1. *ſingular. intellect. cap.* 2. *num.* 37. *ad fin.* Corraſ. *dicto lib* 4. *c.* 2. *num.* 9. *verſic. explodenda eſt*, lubens defenderem ijs motus rationibus, quas ipſi dilucide explicuerunt.

Nec item Corraſ. conſentiam *in dicto cap.* 2. *num.* 10. *verſic. id. placuit tamen*, volenti *ex l.* 3. §. *vltim. ff. de ſuſpect. tutorib.* ob latam culpam remotum tutorem infamem non fieri. Cuius ſententia vna, atque eadem mihi viſa eſt cum Bartoli diſtinctione *in dicta l. impuberibus.* 7. §. 1. *ff. de ſuſpect. tutorib.* vt ex lata culpa tutor, qui ſi ſuſpectus *in ea lege* remoueatur, non tamen infamia notetur *ex dicto § vltim.*

Sed hoc vltimum negat Decius *in dicta l. in actionibus.* 5. *numer.* 22. *ff de in litem iuran.* leges contrarias referens ad leuem culpam, noo latam, quam ex eo dolus includit. Quod vtique Zaſi. *in dicto cap.* 2. *num.* 38. *ex l.* 1. §. *non autem. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſus fuerit*, confirmat, *non autem*, inquit Vlpianus, *alias tenebitur iſte libertus, quam ſi dolo malo quid diſſipaſſe proponatur: culpa autem, negligentiaque ſerui poſt libertatem excuſata eſt, ſed culpa dolo proxima dolum repreſentat*, vt hoc temperamento intelligantur eiuſdem Vlpiaoi verba *in dicto § vltim.* quod vel idem Accurſ. *ibidem* agnouit *verbo inconſiderate, ac verb. remotus ſit.*

Sed iam opus eſt, vt ad inſtitutum principale pertractandum reuertamur, *ex prædictis* 94
colligentes, doli verbo latam culpam contineri, & in doli conſequentiam venire. *d. l. quod Nerua.* 32. *ff. de poſi. cum lege noſtra, ac ſimilibus*, niſi aperte conſtet in lege de dolo agente eam excluſam, legis enim ſententiam ſequendam dicit Bartol. *in l.* 1. §. *non autem alias ff ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſ. fuer.* quem inique reprehendit Zaſi. *vbi ſuprà numer.* 39.
in princip. ex dicto §. *non autem alias*, in cuius 95
ſpecie aperte culpa lata dolo proxima eum repreſentare dicitur. Secus ſi conſultus latam culpam ex profeſſo excluſiſſet, verbi gratia loquit. Donelus in exemplo. *l. in lege Cornelia.* 7. *ff. ad legem Cornel. de ſicar.* qua punitur is dumtaxat, qui hominem data opera, non qui inconſulto occidit, quod & Connan. affirmat *dicto lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 7 *ad fin.* Corraſ. *in princip. d. cap.* 2. *lib.* 4 *miſcellaneor.* Farinaci. *in praxi crimina.* 4. *parte. titul. de homicid. quæſtio.* 125 *n.* 21. tota quæſtione de diſcrimine caſualis, & culpoſi homicidij, & pœnis vtriuſque late agens.

Quamobrem cum in contractibus latæ 96
culpæ excluſio expreſſa oon ſit, in illis omnibus lata culpa cum dolo pariter præſtanda eſt, & in depoſito, quo dolus coërcetur *dicta l. quod Nerua.* 32. *ff. depoſi.* culpa quoque lata puoietur. *l.* 1. *C. depoſi. cap.* 2. *eod. titul.* non

lenis,

leuis, aut leuiſſima, ea vt omnes admittunt, ratione, quia conſtat, deponentis, non accipientis gratia rem alienam cuſtodiendam ſuſcepi. *l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. l. 1. §. vltim. ff. depoſ.*

Sic itaque cum nullum commodum, aut vtilitatem ex re depoſita depoſitarius recipiat, æquum viſum eſt, ad maiorem diligentiam non teneri, quam ſit ſolitus in ſuis adhibere, etiam ſi vulgatis ſit, quam non præſtitiſſe lata culpa eſt. *d. l. quod Nerua, dicto cap. 2. de depoſ.* Cum enim depoſiti actio bonæ fidei ſit. *l. 1. §. huic autem actionem. ff. depoſ. l. 5. in fine. l. 8. titul. 3. parti. 5.* ea ſaltim culpa officere debet, in qua dolus adeſſe præſumitur ex Donelo optimis exemplis ornante *dicto lib. de iure ciui. 16. cap. 7. colum. 3. verſicul. altera culpa nota eſt in fine, & verſicul. ſequen.* Petr. Purg. *dicto libro elector. 1. cap. 12. colum. 2.*

97 Regulam ergo vniuerſalem omnes conſtituunt, de qua late Donel. *vbi ſuprà*, in contractu dantis gratia celebrato dolum, & latam culpam, in eo qui ad vtriuſque vtilitatem, leuem etiam, at vbi accipientis leuiſſimam cum prædictis culpam in directa, & è conuerſo in contraria actione eodem iure, prout cuiuſque intereſt præſtari. *l. ſi vt certo. §. §. nunc videndum. ff. commoda. l. 2. titul. 3. part. 5.* poſt alios Duaren. *in commentar. ad titul. de commoda. cap. 8. colum. 2. anteſin.* Connan, *lib. commentar. iur. 7. cap. 3. numer. 7.* Farinac. plures alios referens. *2. tom. 3. partis prax. criminal lib. 5. titul. 17. de furt. quæſt. 0. 169 numer. 17. 18. 20. ac. 27.* & alij omnes, qui de culpis agunt. A qua regula præcipui caſus excipiuntur, vt in precario, agnmenſore mandato, negotijs geſtis, ac ſimilibus patebit infra.

98 His ita cognitis, quia depoſitum aliquando vtriuſque, aliquando accipientis dumtaxat gratia fieri ſolet, ſpecies iſtæ ſigillatim diſcutiendæ ſunt. Conſtat autem, vt rectum tramitem teneamus depoſitum *ex prædictus* ſolius deponentis gratia plerumque fieri, ita Duaren. *in commentar. ad titul. de depoſi. colum. 3. verſicul. poſſum enim voluntatem mutare*; qua re in illius directa actione regulariter dolus, & lata culpa veniunt. *d. l. quod Nerua. 32. ff. depoſi. l. 1. C. eod. titul. cap. 2. eo ipſo titul.* alios ferme omnes referens Farinaci. *dicta q. 169. n. 14. 15. 16. & 17.*

99 Quando tamen vtriuſque tam deponentis, quam accipientis gratia depoſitum commendatur, veluti quando mercedem pro cuſtodia depoſitarius recipit, tunc etiam leuem culpam præſtat. *d. §. nunc videndum. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. de poſi. C. bonafid. ſ. 2. eod. titul. l. 3. titul. 3. part. 5. verſicul. el tercero caſo es*, poſt alios Farinac. *dicta queſt. 139. num. 24. cum tib. ſequentib.*

Hic enim locatori, vel conductori ſimilis eſt, qui ſuam induſtriam, & cuſtodiam locaſſe videtur. *d. §. ſi quis ſeruum* cum alijs iuribus, quæ ad idem congerit Cartoc. *de depoſito. 1. parte. titul. de culpa depoſitar. numer. 19.* hanc ex Barbac. plurium ſuffragio receptam ſententiam dicens.

Cui ſic deductæ concluſioni non parum 100 aduerſa eſt Papiniani deciſio *in l. rogaſti me. 21. §. ſi prædium in fine. ff. de præſcript. verbis*, *melius*, inquit, *eſſe dico præſcriptis verbis agi, niſi merces, interuenerit, nam ſi interuenit, ex locato eſſe actionem.* ex qua infert Accurſius hunc depoſiti contractum non eſſe, imo vero locationis, ſeu conductionis, quod probat ipſe *in dicto §. nunc videndum verb. merces ex dicta l. 1. § ſi veſtimenta, & §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ.* cuius ſententiam ſequutus eſt Igneus *in preſen. numer 15.*

In qua difficultate omitto ab interpretibus controuerſam quæſtionem an merces, quam locatio deſiderat, in numerata pecunia fieri debeat? diuerſi enim diuerſa ſentiunt. Antiquiores volunt, mercedem in pecunia accepta locationem dici, at quando in re alia conceſſa ſit, nequaquam eo iure cenſendam, quorum ſententiam probat. *l. 1. titul. 8. part. 5.*

Corraſi. vero & poſt illum Arius Pinel. *in Rubri. C. de reſcinden. venditio. 2. parte. cap. 2. à num. 28.* ab antiquis probatam diſtinctionem reijciunt, quoniam locati contractus, vt ipſi aiunt, abſque pecuniæ numeratione celebrari poteſt. Quæ cum ipſi eleganter, & copioſe diſputent, nos *in præſentiarum* miſſa faciemus, eà dumtaxat tangentes, quæ ad noſtrum inſtitutum ſpectant. Vel enim æqua ſit, vel iniqua antiquorum diſtinctio, probare contendo *in dicta l. 1. §. ſi veſtimenta, & §. ſi quis ſeruum*, contractum depoſiti dumtaxat celebratum fuiſſe, quod & neuteres adfirmant, mercedis tamen receptæ cauſa ad inſtar locationis in eo leuem cum dolo, & lata culpa præſtandam fore.

Cum enim dixiſſet Vlpianus *in d § ſi veſtimenta*, balneatorem, cui ſine mercede veſtimenta ſeruanda data ſunt, depoſiti actione teneri, ſtatim ait, *quod ſi accepit mercedem, ex conducto*, quaſi velit, cum in priori caſu dolum exigat, in vltimo mercedis reſpectu dolum, & culpam venire non aliter, quàm in conductione, in qua pariter locantis, & conducentis vtilitas vertitur, nihil enim amplius vtilitatis, quam mercedem pro cuſtodia recipit. 101

Vnde ſaltim quoad veſtimenta ipſa, quibus vti non licet, verum eſt depoſitum, quoad induſtriam vero ſuam, quam vt que mercede locat, principali contractui acceſſoriam

ſoriam contractus ſubſtantia non immutatur. *l. ſi eum* 10. §. *qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionib.* §. *fuerat. inſtitut. de actionib. c. Eccleſia. 3. vt lite pendente.* poſt multos alios Surd. *deciſio.* 19. *num.* 4. *deciſio.* 35. *num.* 9. *deciſio.* 306. *num.* 15. Farinac. *deciſio.* 313. *num.* 2. niſi pactum adiectum naturæ contractus aduerſum eſſet ex eod. Farinac. *ibid. n.* 1. *&* 3.

102 Ex quibus infertur ad intellectum *d.* §. *ſi quis ſeruum*, ait enim *in princip.* Vlpian. *ſi quis ſeruum cuſtodiendum coniecerit forte in piſtrinum, ſi quidem merces interuenit cuſtodia, puto eſſe actionem aduerſus piſtrinarium ex conducto*, prædictis verbis *ex paragrapho præcedente* inferens, cuſtodiam ſerui mercede interueniente commiſſam depoſitum quidem eſſe cum qualitatibus paragraphi præcedentis. At ſi qualitas mutetur, quia cuſtodiendus ſeruus traditus, à piſtrinario in piſtrinum ſit coniectus, dominum conducti actione aduerſus illum experiri poſſe, ac ſi expreſſim ſerui operæ locatæ fuiſſent. *Quòd ſi*, conſultus ait, *operæ eius ſerui cum cuſtodia compenſabantur, quaſi genus locati, & conducti interuenit, ſed quia pecunia non dabatur, præſcriptis verbis datur actio.* pecuniæ autem verbo merces depoſiti ſignificatur.

103 Conſtat autem in his omnibus caſibus depoſitum celebratum fuiſſe, ſaltem illud, quod interpretes irregulare vocant, vt illa deciſio ſuæ Rubricæ conueniat. *l. Imperator.* 19. *cum ſimilib. ff. de in diem addictio.* præcipue, nam quoties aliquid cuſtodiendum datur, toties verum eſt depoſitum *dicta l.* 1. §. *ſi te rogauero. ff. depoſi.* Quod ex alijs multis rectè probat Surd. *deciſio.* 71. *ex num.* 3. *verſicul. his autem non attentis* maxime *numer.* 15. contractus ſiquidem talis eſſe præſumitur, qualem partes appellarunt. *l. qui fundum.* 11. §. *fundi vendit. ff. de contrahen. emptio.* poſt alios Surd. *deciſio.* 322. *numer.* 13. *ac deciſio.* 326. *numero* 8. *&* 9. *part.* 1.

Sed quia merces, vel pecunia, quam maius interuenit, in eo quoque leuis culpa, ſicut in ſimilibus, in quibus vtriuſque vtilitas vertitur, præſtatur *argumento l. non poſſunt.* 11. *ff. de legib. c. tranſlato.* 4. *& ibi* Bernard. *extra de conſtitutionib.* & eorum, quæ notat Gregor. Lop. *verb. la ſemejanza in l.* 1. *titul.* 33. *parti.* 7. in quorum contractuum locum ſubrogatur, cum eorum naturam ſapiat. *d.* §. *qui iniuriarum cum vulgat.* poſt alios Surd. *deciſio.* 306. *numer.* 5. 2. *parte*, & eiſdē ſit limitibus, ac regulis circumſcribendum teſte ex Baldo, Alexan. Gomez. & alijs Carroc. *vbi ſuprà titul. de caſu à numero* 42. *ad* 46. Petr. Surd. *deciſio.* 155. *numer.* 10. *&* 11. 1. *parte.* Farinac. *dicta quæſt.* 169. *num.* 26. *&* 27.

Nec mirum, quoniam ſi depoſitum tantum illud eſſet, in quo lata culpa venit, perperam conſultus aliter ſenſiſſet *in d.* §. *nunc videndum*, & *alibi paſſim.* Quare fateri oportet, eumdem Vlpianum his exemplis vſum fuiſſe, vt vnicuique ſpeciei ex prædictis competentem culpam accommodaret. Quod ipſe ni fallor *in dicto* §. *ſi quis ſeruum* verbis hiſce probat *in conducto, & locato, & in negotio, ex quo diximus, præſcriptis verbis dandam actionem, & dolum, & culpam præſtabunt, qui ſeruum receperunt; at ſi cibaria tantum dabat, dolum dumtaxat*, ceu velit, dolum præſtandum, vbi ſolita eſt deponendi forma, at vbi alteri contractui communis, quæ in illo præſtantur, in depoſito præſtanda. Quod probat Carroc. *vbi ſuprà numer.* 19. Anton. Pichard. *in* §. *præterea numer.* 32 *inſtitut. quib. mod. re contrahitur obligatio*, ex acceſſorijs enim principalis contractus nominatus in alium non tranſit, *vt infrà latius*, quod pluribus probat Igne. *in præſent. num.* 18.

Quare prædictæ ſententiæ non obſunt. 104
l. naturalis. 5. § *at cum, do l. rogaſti me.* 21. *in fine. ff. de præſcript. verb.* in ijs enim iuribus contractus innominatus in nominatum transfertur, quoties aliqua actione ex hoc vltimo deſcendente quis experiri poteſt, in cuius defectum præſcriptis verbis actio conceditur. *l.* 1. cum ijs, quæ *inibi, & alibi paſſim* ſcribentes notant. *ff. de præſcript. verbis.* *d.* §. *at cum do, pecunia*, inquit Paulus, *data locatio erit, ſicut in ſuperiori caſu emptio.*

At in nominatis contractibus ſecus eſt, 105
vnuſquiſque enim actionem propriam obtinet, nec alterius actione veſtiri neceſſe habet teſte Carroc. *vbi ſuprà numer.* 21. *ex dicta l.* 1. §. *ſi veſtimenta. ff. depoſi. l. nauta.* 5. *ff. nautæ, caupon. & ſtabular.* Quo loci Caius optime prædictam ſententiam iuuat ex locato quidem actionem aduerſus ibi nominatos proponens, non quia res viatorum, vel nauigantium mercede cuſtodiant, ſed, quia cum ex arte, vel officio mercedem accipiant, ad cuſtodiam acceſſorie teneantur, nec enim cuſtodia huiuſmodi depoſitum proprie dicenda eſt, imo, vt conſultus ait, ars quædam, ſiue officium, quod locari ſolet.

106 Et quamuis *ex ſuprà dicta regula*, qui mercedem accipit, diligentis patris familias curam debeat, ab illa tamen agrimenſor excipitur, qui mercede accepta officio ſuo fungitur. *l.* 1. §. *hæc actio. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixer. l.* 8. *titul.* 7. *part.* 7. Iaſ. *in* §. *quædam numer.* 77. *inſtitut. de actionib.* hic enim ad dolum, & latam culpam dumtaxat tenetur ex communi ſcribentium ſententia textum illum ſic intelligentium, cuius deciſionis aliquas rationes conſultus reddit, quibus & alias adiungit Donel. *lib. de iure ciui.* 16. *cap.* 7. *colum.* 13. *verſicul.* his *de ſuperiore.* Quæ omnes breui compendio

claudi

claudi poſſunt, cum enim nulla contra hunc iure ciuili prodita eſſet actio, cuius officium maxime reipublicæ expedit, vt facili negotio inueniatur, qui illud ſuſcipiat, ſtatutum eſt, vt nihil amplius, quam dolum, & illi finitimam culpam præſtet. Quæ omnia probat regia *l. 8. titul. 7. part. 7.*

107 Sequenti loco ſuccedit quæſtio illius, qui ſe depoſito obtulit, ex hac enim ſpontanea ſuſceptione, omne in ſe periculum adſumpſiſſe videtur. *l. 1. §. ſæpe. ff. depoſi. ſed & ſi ſe quis*, Vlpianus ait, *depoſito obtulit, idem Iulianus ſcribit, periculo ſe depoſiti illigaſſe; ita tamen, vt non ſolum dolum, ſed etiam culpam, & cuſtodiam præſtet, non tamen caſus fortuitos. c. bona fides. 2. ibi ſi ſeipſum depoſito obtuliſſet, de depoſi. l. 3. verſicul. el ſegundo titul. 3. part. 5.*

Quam quidem communem opinionem dicit Barbac. *in dicto c. bona fides. numer. 3.* Vinius, Villalob. Boniſac. & alij, quos refert Farinac. *dicta quæſtio. 169. numer. 18.* Carroci. *de depoſi. 1 parte titul. de culpa depoſitar. numer. 12.* decidendi rationem his iuribus adferens, quia, inquit, vltro ſe actui offerens ſuſpectus præſumitur. *l. quæ omnia. 25. §. 1. ff. de procuratorib. l. ſcire oportet. 21. §. vltim. ff. de tutorib. & curatorib. ab his*, ſuam induſtriam pollicitus videtur ſecundum Connan. *lib. commentar. iur. ciuil. 7. c. 4. n. 9. in fine.*

Is vero intelligitur ſe depoſito obtuliſſe, qui, cum dominus apud eum rem depoſitam nollet, ſed aut ſecum ferre peregre profecturus, aut alij commendare, dominum hortatus eſt, vt apud ſe deponeret, quò tutius ſeruaretur. Quæ qui fecerit, cuicumque periculo, quod qualibet culpa ſua contigerit, ſatis ſe illigaſſe viſum eſſe notat eleganter Hugo Donel. *libro de iure ciui. 16. cap. 7. colum. 12. in princip.* Connan. *dicto numer. 9. in fine.* Culpa enim eſt, rei ad ſe non ſpectanti ſe immiſcere. *l. culpa. 36. ff. de regul. iur. c. non eſt ſine culpa. 19 eod. titul. lib. 6.* Ioan. Corraſ. *dicto lib. miſcellaneor. 4. cap. 1. num. 8.* Donel. *vbi ſuprà colum. 10. ad med.* Quam rationem in ſpecie diuerſis exemplis probat Carroc. *dicto titul. de culpa depoſitar. numer. 13. 14. 15. & 16.* alias quidem *numer. 17. & 18.* addens, quoniam, inquit, cum depoſitum gratia depoſitarij factum ſit, merito periculum omne præter fortuitum caſum ſubire debet. *l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. ſi cert. petat* ex quo textu ita ſe habet communis opinio teſte Iaſo. *ibidem, ſub num. 25.* Decio, Barbac. & alijs, quos referunt Carroc. & Farinac. *dicta quæſtio. 169. numer. 18.* id verum contendentes, quando conſequenter in deponentem vtilitas redundaret, id enim attenditur, quod principaliter agitur, dummodo ex depoſito commodum depoſitarius percipiat, nam ſi nulla ei vtilitas reſultaret de leui, non item de leuiſſima teneri ex Decio *in præſent. numer. 4.* eiuſque aditione contendit Carroc. *proxime* adductus. Quam ſententiam communiter admiſſam fatetur Barbac. *in c. bona fides. 2. ex eo textu, de depoſi.* In quo ſecundum eum is, qui ſe obtulit par cum eo iudicatur, qui mercede accepta depoſitum recepit, quem de leuiſſima non teneri *ſuperius numer. 99. & aliquib. ſequentib.* conſtitit.

Verum hæc limitatio iure non probatur, conſulti enim generaliter loquuntur, quorum deciſiones ita intellexit Bartol. *in dicta l. quod Nerua 32. numer. 30. ad med ff. de poſi.* eiuſque ſententiam indiſtincte amplectitur idem Barbac. *in dicto. c. bona fides* Connan. *dicto lib. 7. cap. 4. num 8. in princip.* Auguſt. Veroi. *toto conſil. 195. lib. 1.* qui aliòs quamplures adfert enixe contendens, ne hic vltra leuiſſimam ad caſum, quem ſua culpa non præceſſerit, teneatur, idque expreſſim probat *dicta l. 1. §. ſæpe. ff depoſi. l. 3. titul. 3. part. 5.* Imputet enim ſibi, qui ſe offert, ſi nullum ex re depoſita lucrum percipiat ex Donelo *vbi ſuprà colum. 12.* iniquæ vero electionis vitium ex ſpontanea ſuſcipientis oblatione purgatur, qui ſuam ex ea induſtriam pollicitus videtur ſecundum Connanum *dicto n. 9. in fin.*

Nec æquipararatio *dicti c. bona fides*, eius qui ſe depoſito obtulit, & mercedem accipientis veriſſimæ huic reſolutioni obeſt, in eo enim nihil quoad præſentem quæſtionem decernitur, ſed vt vltra latam culpam in his ſpeciebus aliæ præſtentur, conſultorum veſtigijs inhærendo, ex quorum reſponſis deciſio illa intelligenda eſt, *dicta l. non eſt nouum. 26. cum duab. ſequentib ff. de legib.*

Sequitur tertius caſus, eius videlicet, cuius gratia depoſitum factum eſt in quo ex prædicta Vlpiani regula *in d. l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commoda.* leuiſſima etiam culpa venit. *l. ſi quis nec cauſam. 4. ff. ſi cert. petat.* quæ deciſio late examinanda eſt, vt alter quoque caſus explicetur, in quo depoſitarius nedum ad leuiſſimam culpam, ſed ad caſus etiam fortuitos cogi poſſit. Is eſt, cum ea lege depoſitum datur, vt liceat vti. *d. l. ſi quis nec cauſam*, vel vt *tantumdem in genere, non omnino in ſpecie reddatur l. Lucius 24. l. de ſponſaliorum. 25. §. 1. l. ſi ſacculum. 29 & §. 1. ff. depoſi. l. 72. titul. 18. part. 3.* quæ pacta ex *dicta l. Lucius.* modum quidem depoſiti excedunt. 108

109 Quare in præfata ſpecie dubitant interpretes, vtrum lege *vtendi* adiecta factum depoſitum verum ſit depoſitum cenſendum? Qua in re antiquiſſima eſt contentio inter Azonem

Azonem & Ioannem teſte Accurſ. *in dicta l. ſi quis nec cauſam verb. periculo* Igne. *in præſenti. numer. 16.* Ioannes enim prædictam conuentionem depoſitum non eſſe, imo mutuum voluit, cuius natura eſt, vt in accipientem dominium tranſeat. *l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. peta. §. 1. inſtitut. quib. mod. re contrahi. obliga.*

Quod in effigie *dict. l. ſi quis nec cauſam* ſatis ex Ioanne conſtat. Vlpianus enim eam fuiſſe contrahentium voluntatem oſtendit, vt depoſitarius vteretur his verbis *crediti nomine obligatus eſſet*, quæ omnino ſequenda eſt. *l. non omnis. 19. cum ibi notatis. ff. ſi cert. peta.* quippe quæ contractibus ſubſtantiam tribuit. *l. iuris gentium. 7. §. quod fere cum ſimilib. ff. de pact.* ex collatione textus illius *ſub titulo de reb. credit. l. Imperator. 19. ff. de in diem addictio.* quam ſententiam probaſſe videtur Hottoman. *in dicto §. præterea verb. de ea re, quam accepit. inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat.* & eam Galli amplectuntur teſte Zaſi. *in dicta l. ſi quis nec cauſam n. 15. & in l. rogaſti. 11. n. 11. ff. ſi cert. peta.* licet ipſe ab illa diſſideat.

110 Sed hanc Ioannis ſententiam Bartolus, & plerique improbant ex Igneo *dicto numer. 16.* eorum fundamenta referente, quos ſequitur Zaſi *proxime relatus* Carroc. *de depoſi. 1. parte titul. de culpa depoſitar. numer. 17.* Iacob. Menoch *de arbitrar. iudic. quæſtio. 54 numer. 32.* Andræ. Fachin. plures alios referens *lib. controuerſiar. iur. 2. cap. 70.* Surd. *deciſio. 326 ex num. 49. 1. parte*, ex eo, quia cum *in dicta l. ſi quis nec cauſam* depoſiti contractus fuerit celebratus accipientis gratia, in directa illius actione leuiſſima culpa venit, nec fortuitus caſus præſtandus eſt, ſicut in vero mutuo præſtaretur. *§ item is cui, verſicul. & is quidem inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat. l. incendium. 11. C. ſi cert. petat. l. 1. §. & ille quidem. ff. de obligation. & actionib. l. vltim titul. 1. part. 5.* ex *d. l. rogaſti* probat Accurſ. *in dicta l. ſi quis nec cauſam verb periculo*, verbum *ſine culpa ſua* in eo textu poſitum ad fortuitos caſus extendi moleſte ferens.

111 Quod ea ratione confirmant antiqui interpretes, quia, inquiunt, *in dicta l. ſi quis nec cauſam* pecunia in ſpecie ſacculo clauſula depoſita fuit vt eadem ipſa redderetur. Vnde nec mutuum eſſe, nec ad inſtar mutui depoſitarium de fortuito caſu teneri adſerunt. *d. l. Lucius. 24. ff. depoſi.* quia in propoſita effigie dominium non eſt in accipientem tranſlatum ſecundum eos, & agenti domino, vt caſus præſtetur obſtabit exceptio. *l. quæ fortuitis. 6. l. pignus. 9. c. de pignorati. actio.*

Sed nec vltima iſthæc opinio indiſtincte mihi vera viſa eſt. Diſtinctio enim illa, quam interpretes faciunt inter pecuniam in ſacculo depoſitam, & numeratam, quam aliorum plurium teſtimonijs comprobat Farinac. *in praxi crimina. lib. 5. titul. 17. de furt. quæſtio. 168. numer. 124. quæſtio. 169. numer. 4.* ex eo iniqua redditur, quoniam prædicta forma ſubſtantiam contractibus non accommodat, qui ſolo conſenſu perficiuntur, *l. 2. ff. de obligat. & actionib. princip. Inſtitut. de obligationib. ex conſenſu* ſed lex, quam contrahentes mutuo conſenſu exprimunt, ſiue clauſa, ſiue numerata tradatur pecunia, cum vtraque pariter ſeruari, & intacta reddi, vtraque conſumi, & alia eiuſdem generis reſtitui poſſit.

Quam ſententiam aduerſus alios tenuit Igne. *in præſent. numer. 21.* Petr. Barbo. ex alijs quos refert *in l. ſi mora. 10. numer. 85. ff. ſolut. matrimo.* & alijs ſubtilioris notæ interpretes, inter quos hac ſublata diſtinctione prædictam *l. ſi quis nec cauſam* intelligunt Duaren. *in commentar. ad titul. ſi cert. peta cap. 8. colum. 2. in fine* Conan. *dicto lib. 7. cap 4. numer. 9. in fine* atque in furti ſpecie pecunia à debitore tertio tradita, vt ad creditorem deferret, ſuperior diſtinctio parui penditur à Tuſcho, & alijs pluribus, quos retulit Farinac. *dicta quæſtio. 168. num. 125.*

Alphenus tamen *in l. in naue Saupheli. 34 ff. loca.* videtur expreſſim communem diſtinctionem adprobaſſe ex Carroc. *de depoſi. 2. parte, quæſtio. 47. numer. 16.* Sed conſultus ceremoniam hanc tanti non fecit, vt ex ea partium voluntati detrahendum cenſeat, quamuis ſignum hoc ad voluntatem earum conijciendam prodeſſe, & tacitam ipſius coniecturam haberi velit.

Vt autem Vlpiani mens *in d. l. ſi quis nec* 112
cauſam rectius explicetur, illius verba proponi oportet. *ſi quis nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi habuerit, & tu empturus prædia deſideraueris mutuam pecuniam, nec volueris crediti nomine, antequam emiſſes, ſuſcipere. Atque ita creditor, qui neceſſitatem forte proficiſcendi habebat, depoſuerit apud te hanc pecuniam, vt ſi emiſſes, crediti nomine obligatus eſſes, hoc depoſitum periculo eſt eius, qui ſuſcepit; nam & qui rem vendendam acceperit, vt pretio vteretur periculo ſuo rem habebit.*

Ex qua deciſione, ſi ea recte inſpiciatur. communis diſtinctio, ſecundum quam eum textum ſcribentes intelligunt, euerti videtur. cum generalis ſit conſulti definitio. *l. de pretio. 10. ff. de publicia. in rem actio. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtand.* Et porro communis intellectus ad illā legem diuinationis vitio laborat ex Igneo *vbi ſuprà verſ. ego autem putarem*, nullum enim numerationis verbum Vlpianus meminit.

Nec

113 Nec communem intellectum iuuat deciſio *dicta l. Lucius. 24. ff. depoſi.* eam enim eleganter pro ſua ſententia retorquet Igne. *in præſen. num.* 20. cuius legis verba rectius quidẽ duos præcedentes caſus diſtinguunt. *Quid enim eſt aliud*, Papinianus ait, *commendare, quam deponere? quod ita verum eſt, ſi id actum eſt, vt corpora nummorum eadem redderentur, nam ſi vt tantumdem ſolueretur conuenerit, eggreditur ea res depoſiti notiſſimos terminos.* Quibus verbis aperit, pecuniæ quoque depoſitum fieri, ſiue illa numeretur, ſiue in ſacculo obſignata tradatur, dummodo eadem omnino reddenda ex conuentione ſit.

At vbi etiam obſignata, nec numerata tradita ſit, *vt vti liceat*, vel *tantumdem in genere ſoluatur*, mutuum dicendum ſit, cuius datio in his rebus conſiſtit, quæ pondere, numero, menſuraue conſtant *dicta l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. peta. §. 1. inſtitu. quib. mod. re contrahi. obliga.* oportet tamen, vt in accipientem *ex prædictu* dominium transferatur. Quid enim diſcriminis intereſt inter numerationem pecuniæ, vt illa vtatur accipiens, & fidem de pretio, ſeu quantitatem re exiſtente habitam, vt dominium transferri poſſit.

114 Equidem, vt meam ſententiam proferam, voluntatem contrahentium inſpiciendam arbitror, hæc enim contractus perficit. *l. ſemper in ſtipulationibus. 35. ff. de regul. iur.* Andræ. Fachin. lib. *controuerſiar. iur. 2. cap. 8. verſicul. ratione vero*, quod ex alijs latius, *numero* 103. *ſuprà* comprobauimus.

Quare *in prædicta l. ſi quis nec cauſam*, vtraque ex præfatis ſententijs probari videtur. Depoſitum enim in ea celebratum eſt, ſiquidem conſultus, nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi dominum habuiſſe, & proficiſcentem eum, quam alter mutuam poſtulauerat pecuniam depoſuiſſe ait, cuius mens ea fuiſſe videtur, vt depoſitum fieret, cuius ſubſtantiam acceſſoria conuentio, *vt vti liceat* etiam impleta non immutat. *d. l. Lucius. 24. ff. de poſi. in ſuprà relato themate* Connan. vero *dicto numero* 9. *in princip.* ex eo prædictam ſententiam probat, quia *in eius textus caſu*, depoſitum ſtatim repeti poteſt, antequam eo depoſitarius vtatur.

115 At ſecus ex aduerſo *in dicta l. ſi quis nec cauſam* fundari recte Ioannis ſententia poteſt, ſiquidem finis conuentionis illius *vtendi* facultas fuit, quæ in omnem euentum, *vt illa accipiens vti poſſet* conceſſa videtur, vt verba effectui mancipentur. *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iure patronat. C. relatum.* 12. *vbi* Bernard. *verb. cum effectu* iura ſimilia congerit, *de cleric. non reſidentib.* ſiue igitur ea ſit vſus accipiens, ſiue non, vtroque caſu ad debitorem dominium illius videtur translatum, vel ſaltim, vt transferretur, deponens paſſus eſt, quod ſufficit, vt verum mutuum *ex ſupra traditis.*

Nec his obeſt Connani obiectio depoſitum eſſe volentis, quia ſtatim antequam accipiens vtatur, pecunia ita depoſita repeti poteſt, cum momento dumtaxat poſtquam res tradita eſt, dominium transferri potuerit, ſtatim ſi quidem vti licuit.

116 Ex quibus in hac parte neutram iſtarum ſententiam damnare omnino poſſum, mediam ad illas conciliandas conſtituens, vt is ſit contractus cenſendus in quem principaliter contrahentes expreſſis, vel ſi ex eorum contextu deduci valeat, ſub intellectis verbis conſenſerint. *d. l. ſemper in ſtipulat. 35. ff. de regul. iur.* idque ex ipſis Vlpiani verbis deduco, in quibus à principio depoſitum celebratum conſtat ea adiecta lege, *vt ſi depoſitarius prædia emiſſet, crediti nomine obligatus eſſet*, quaſi à tempore vſus depoſitum eſſe deſinat, & creditum, ſiue mutuum dicatur, imo ex interpretibus mutuum ab initio iudicetur, quod in contractibus ſpectandum eſt non quod poſtea ſequitur *l. 1. §. quod ſi rem. & §. ſi ſeruus ff. depoſi. l. ſi filius familias. 78. ff. de verbor. obligationib. l. Pomponius. 16. ff. de negot. geſt. l. ſi procuratorem. 8. ff. manda.* Surd. *deciſio. 278. numer. 26.* cum hæc fuerit contrahentium mens potiſſima.

Secus tamen eſt in ſpecie dictæ *l. die ſponſaliorum. 25. §. 1. ac ſimilium. ff. depoſi.* vbi depoſitum non fuit ea lege factum, *vt ex vſu pecunia creditum fieret*, depoſitum enim manet vſu etiã permiſſo, & executioni mandato, quamuis notiſſimos illius limites excedat. *d. l. Lucius. 24. ff. depoſi.*

117 Vtcumque tamen ſit, in *dicta l. ſi quis nec cauſam* depoſitarium, vel accipientem, quem mauis, ad caſum etiam fortuitum teneri adſero motus authoritate Decij *in præſen. numer.* 8. ex Baldo, Paulo Caſtren. & Romano à ſe relatis id in ſpecie *dicta l. Lucius* defendentis, cui conſentiunt Duaren. *in commentar. ad titul. ff. ſi cert. peta. cap. 8. colum. 2. in fine*, Connan. *dicto lib. 7. c. 4. n. 9.* eleganter Alciat. *in dicta l. ſi quis nec cauſam*, Hieron. Cagnol. *in præſen. n. 16.*

1:8 A qua ſententia diſcedit Fachin. *lib. controuerſiar. iur 2. cap. 70. periculi* verbo *in dicta l. ſi quis nec cauſam* leuiſſimam tantum culpam, non itẽ caſum contineri contendẽs, cũ tamẽ nemo adhuc, niſi fallor, inficietur, in mutuo caſus etiam præſtandos. *l. incendium. 11. cum ſi-*

mlib. C. ſi cert. peta. Duaren. *vbi ſuprà verſ. quarto is, qui mutuum accepit.*

Quod nedum in mutuo locum habet, ſed in quocumque alio contractu mutui ſecuturi gratia inito, cuius rei exemplum in ſpecie *dicta l. ſi quis nec cauſam*, his verbis Duarenus conſtituit. *licet enim depoſitarius dolum dumtaxat preſtet, quia in hoc mutuum accipienti ſimilis eſt, periculum etiam præſtabit.* Quod & Connanus eadem ratione probat ipſi alteram adijciens, nam cum inibi ſolius accipientis gratia depoſitum factum ſit, quod omnes agnoſcunt, permiſſio vtendi ſufficit, vt periculum omne ad depoſitarium rei dominum factum ſpectet. Imputet ergo ſibi, ſi facultate vtendi ſibi conceſſa vſus non eſt. Prædicta enim deponentis patientia pro expreſſa mutui conuentione habetur. *l. rogaſti. 11. ff. ſi cert. peta.*

Quod licet non ita explicite ſentit Duaren. *vbi ſuprà colum. 3.* alijs exemplis hanc ſententiam confirmans, pro qua plures refert eos ſecutus Auguſt. Veroi. *conſil 194. maxime num 39. lib. 1.* ex eo quòd cum depoſitarius teneatur, non eamdem pecuniam depoſitam, ſed tantumdem reddere, quod genus ex alijs ſubalternum iudicat, quod perire nequit, ad caſum etiam etiam tenetur. *d. l. incendium. 11. C. ſi cert. peta. cum alijs iuribus, quæ ipſe adfert. l. vlt. titul. 1. part. 5.*

119 Pro qua opinione potius, quam cõtra eam facit *dicta l. rogaſti. 11. ff. de reb. credit.* in qua verbum *ſine culpa tua perdideris* ad fortuitos caſus, qui in mutui datione veniunt. *d. l. incendium,* referendum eſſe contra Accurſium prædicti omnes interpretes tenuerunt: idque conſulti diſtinctio probat, in cuius ſecunda ſpecie illius qui lancem non vendẽdam habebat, ſed cauſa vendendi fuit, vt pretio accipiens vteretur, quæ noſtræ ſimilis eſt, ex *vtendi* facultate, res etiam ſine culpa accipiens perdita, eidem perijſſe dicitur, nihil autem ſine culpa perire poteſt, quod ad fortuitum caſum non referri non debeat. *l. ſi rem tibi. 18. ff. de præſcript. verb. l. cum proponas. 13. C. de nauti. fœno. Rubri. titul ff. & c. de pericu. & commo. rei vendita*, leuiſſima enim culpa etiam proprie dicitur, qui ergo culpam adfuiſſe negat, hanc etiam excludit.

120 Nec his obſunt, quæ *de periculo* comminiſcitur Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuit. 1. parte q. 15.* & poſt eum Carroc. *de depoſi. titul. de caſu à nu. 99.* Cum enim idem Carroci. dixerit. *n. 106 & ſequen.* verbum, *periculum*, ad caſum fortuitum referendum, ſaltim vbi contractus leuiſſimá culpam recipit, vt *periculi* adiectio aliquid operetur, manifeſte in ſpecie noſtra, in qua ex generali regula depoſitum accipientis gratia initum leuiſſimam quoque culpam capit, caſus etiam comprehendit. Præſertim cum ſacultatis *vtendi* cauſa depoſiti terminos excedat. *l. d. Lucius*, & mutui adſumat naturam, in cuius locum ſubrogatur. *l. ſi eum. 10. §. ſi iniuriarum. ff. ſi quis cautionib.* Quod his & alijs de cauſis probat Alciat. *in d. l. ſi quis nec cauſam à numer. 1.*

Alius caſus eſt, quando pactum interceſſit. 111
l. 1. § ſi conueniat, & §. ſæpe. ff depoſi. c. bona fides. 2. verſic pacto vero eodem titul. l. 3. verſic. el primero et titul. 3. part. 5. cum enim ex partium conuẽtione contractus legem accipiãt. *d. §. ſi conueniat, & lege noſtra,* poſt alios Petr. Surd. *deciſio. 260. n. 13. parte. 1.* in depoſito, vel alio quocumque contractu fortuitum etiam caſum contrahẽtium voluntate interueniente præſtandum defendit *in præſen.* Deci. *n 48.* Carroci. Sebaſtian. Medic. Surd. Fachin. & alij *nu. 300. inferius* adducendi. Nec pactio hæc ſubſtantiam contractus immutat. *l. pacta conuenta. 72. vbi* Gotofredus Cuiatium refert *ff. de contrahent. emptio.* nihil enim magis bonæ fidei conuenit, quam ●, quæ inter contrahentes placuerint obſeruare. *l. ex empto. 11. in princip. ff. de actionib. empti. c. 1. c. qualiter. 3. de pact.* poſt multos alios à ſe relatos Surd. *deciſio. 180. nu. 11. deciſio. 182. nu. 2. deciſio. 248. num. 1. deciſio. 260. num. 12.* Quod adeo verum exiſtimant plures, quos referunt ſecuti Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſi. 22. n. 8.* Surd. *dicta deciſ. 180. n. 12.* vt pactum expreſſũ plus, quam naturam contractus operari adſerant.

Sed prædicta caſuum fortuitorũ ſuſceptio 112
nullum effectum adfert, ſi dolo, vel culpa eius acciderint, in cuius fauorem facta eſt, vt probat Roman. *ſingula 436.* cuius ſententiam pluribus alijs adiuuat Petr. Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus. 11. §. vltim. n. 6. ad med. ff ſolu. matrim.* late Surd. *deciſio. 326. ex num. 55.* hanc, & alias limitationes adnotans.

His, & alius caſus eiuſdem potentiæ adne- 113
ctitur, ſi mora videlicet interceſſerit. *l. ſi in Aſia. 12. §. vltim. ff. depoſi.* cum alijs iuribus, quæ meminit Fachin. *libro controuerſiar. iur. 2. c. 71. verſicul. quod adtinet ad alteram controuerſiam.* Quæ quidem mora ijs modis committitur, quos lato ſermone congerit Carroci. *de depoſi. 1. parte. titu. de culpa depoſitar. à nu. 42.* interpretes in *l. quod te mihi. 5. ff. ſi cert. peta.* maxime Alciat. Duaren. *in commentar. ad titul. de verbor. obligationib. in explicatione. l. ſi ex legati cauſa. 25. ff. illo titul. vbi* Ioan. Cottaſ. idem *lib. miſcellaneor. 4. c. 6.* Fachin. *dicto lib. 2. c. 71. & 72.* vbi de mora irregulari agit.

Quos modos omnes ſilentio prætermittam ipſis eorum examen relinquens: nam quomodolibet quis in mora conſtituatur, non minima eſt inter Ioannem, & Martinum

inter-

interpretes antiquos contentio, nuncquid præcedente mora ſemper,& abſolute de fortuito caſu depoſitarius teneatur? Quam controuerſiam refert Accurſ. *in dicta l. ſi in Aſia. §. vltim. verb. periculo, & in l. ſi plures. 14. §. vlti. verb. interitura. ff depoſi.*

124 Affirmatiuam ſententiam prædictus Ioannes veriorem putat, quam defendunt Azo,& alij à Gregor. adducti *in l. vltim. ſchol. etiam vlti. tit. 2. part 5* Bart. Bald & ferme omnes *in dicta l. quod te mihi*, cum alijs quos enumerat Fachin. *vbi proxime.*

Quos iuuat Pomponij deciſio *in dicta l. ſi in Aſia §. vltim. ſic* inquit, *depoſitum quoque eo die, quo depoſiti actum ſit periculo eius, apud quem depoſitum fuerit, eſt, ſi iudicij accipiendi tempore potuit id reus reddere, & non reddidit.* Mora enim præcedente caſus etiam fortuitus imputatur. *c. bona fides. 2. verb. vel mora de depoſi.* cum ijs iuribus. quæ pro hac parte adducit Accurſius *in d. §. vltim. verb. periculo.* Fachin. *dicto ca. 71. verſic. quod attiuet l. vltim. titul. 2. part.* 5. in vltimis verbis. *E demas ſi la coſa ſe perdieſe, o ſe murieſe, o ſe menoscabaſe deſpues que el pleyto fueſe comenzado por demanda, e por reſpueſta, ſeria el peligro de aquellos, que la recibieſen preſtada. l. 18. titul. 11. part. 5.* & hæc eſt in alijs contractibus frequenti ſcribentium ſuffragio admiſſa opinio *in dicta l. quod te mihi. 5. ff ſi cert. peta. & in l. nemo rem ſuam. 82. ff. de verbor. obligationib.* teſte Gregor. *in dicto ſchol. vltim.* Cartoc. *de depoſi. 1. part. titul. de caſu. num* 2. Petr. Barbo. *in l. ſi mora. 10. num. ff. ſolut. matrimon.* ex prioribus Pomponij verbis *in d. l. ſi in Aſia. §. vltim quemadmodum quod ex ſtipulatu, vel ex teſtamento dari oportet, poſt iudicium acceptum cum detrimento rei periret, ſic & cætera*, quæ confirmat Vlpian. *in l. Africanus l. 22. epiſtolarum. 40. §. ipſius quoque. l ſi res 60 ff de legat lib.* 1. cum alijs veterum locis à Fachineo *vbi ſuprà* euocatis.

125 Martinus tamen negatiuam partem tuetur, caſum videlicet indiſtincte præſtandum non eſſe, ſed ſupra dictam concluſionem limitandam, quando etiam poſt acceptum iudicium res de qua controuerſia erat, ita apud dominum peritura eſſet, ſicut apud reum cōuentum perijt, etiam ſi ea reddita fuiſſet Caij verbis motus *in l. ſi plures. 14. §. vltim. ff. depoſi ſiue autem*, ait, *cum ipſo, apud quem depoſita eſt res actum fuerit, ſiue cum hærede eius, & ſua natura res ante rem iudicatam interciderit, veluti ſi homo mortuus fuerit, & Sabinus, & Caſſius abſolui debere eum, cum quo actum eſt, dixerunt: quia æquum eſſet, naturalem interitum ad actorem pertinere vtique cum interitura eſſet ea res, & ſi reſtituta eſſet actori.*.

Quam deciſionem non immutat Ioannis,& Accurſij vtraque conſideratio *in hoc. §. vltim. verb. interitura.* illam enim, quæ ſubaudit, *maxime*,& hanc, quæ procedere affirmat, quando debitor iuſtam propter impenſas litigandi cauſam habuit, diuinationem continere aduertit Gregor. *in d. l. vltim. ſchol. vltim. titul. 2. part. 5.*

Qua de cauſa Martinum omnes ferme in- 126
terpretes eodem Gregorio teſte in depoſito ſequuntur, licet eam in reliquis contractibus non omnes admittant. aduerſus quos plures Gregorius rationes profert hanc in puncto iuris veriorem exiſtimans & plurium authoritate fulcitam, quam probant poſt alios Alciat. *in dicta l. quod te mihi num. 6. maxime ad fin.* & ex alijs multis quos refert, velut indubitatam defendit Carroc. *dicto titul. de caſu, num. 2.* Fachin. *dicto c. 71. colum. 3. verſic. contrariam ſententiam amplexi ſunt Caſtrenſ. Dec. Aret. Fulgoſ.*

Iura vero, quæ pro ſuperiore opinione conſiderata ſunt generalem regulam conſtituūt, à qua ſpecies noſtra excipitur. Naturalis enim æquitas eſt, vt quis ad id non teneatur, quod impedire ne vtiquam potuit, prout aperte ſuadent iurium exempla, quæ veluti ſimilia enarrant Accurſi. & Gotofredus *in dicta l. ſi plures §. vltim. verb. interitura*, Fachin. *vbi proxime*, qui recte hanc ſententiam ab impugnationibus aduerſorum tuetur, ac ſolidis fundamentis firmat.

Vnde Franciſc. Duaren. ſtrenuus quidem 127
Iuriſconſultus *in commentar. ad titul. de verbor. obligat. in explicatione l. ſi ex legati cauſa. 23. ff. eo titul. verb ſi interpellatus non dediſti, & ad titu. de depoſi. c. 3. colum. 2.* paucis rem hanc abſoluēs tres caſus diſtinguit. Aut res, quæ perijt, eodem modo apud creditorem, ſi ei reſtituta fuiſſet, ne debitor teneatur peritura erat, quod ex coniecturis colligitur, veluti ſi ſeruus ſenio confectus apud debitorem perijt, qui eodem modo apud dominum perijſſet, & alijs euētibus ſimilibus, quos ad praxim hanc limitationem reducens Narrat. Carroc. *dicto titul de caſu n.* 7. in his omnibus petitorum iudicio
ſtandum adhærens *c. propoſuiſti. 4. de probationib.* 128
idque in ſpecie mortis indubitata Duarenus exprimit, ne vltra eam extendatur, cum alias ſeruus naturali morte interijt, quæ forſan in domini poteſtate non contigiſſet; limitata enim cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris. 16.* cum ijs, quæ *ibi* Accurſius & ſcribentes adnotant *ff. de acquiren. rer. domin.* de cuius intellectu breuiter Alciat. *lib. præter miſſor. 1. in dictione limitati agri, & lib. parerg. 1. ca. 18.* Cuiat. *lib. 2. obſeruation. c. 9.*

Secundo res debitori perit, ſi ex coniecturis,& præſumptionibus adparet ex Duareno rem illam apud dominū non extinctam fore, ſi ea ſtatim reſtituta fuiſſet, puta, cum hic nauigare ſolitus non eſſet, reſque controuerſa ſub merſa perierit *ex iuribus ab eo euocatis.*

129 Demum cum dubium eſt, vtrum res quæ petijt, actori reſtituta eodem modo apud eum perijſſet, in dubio enim contra moroſum, & furem eſt interpretatio facienda, quos æquat Iul. Paul. *in l. inter ſtipulantem. 83. § ſtichum. qui deceſſerit vbi* Accurſius *verbo facta* ſimiles adnotat. *ff. de verbor. obligationib.* fur autem indiſtincte re perempta tenetur. *l. ſubtracto. 9. c. de furt.* Alciat. *in dicta l. quod te mihi. 5. numero 6. ff. ſi cert. petat.* ne ex iniquitate, vel deſidia ſua commodum percipiant. *l. hominem. 37. in fine ff. mandat. etenim,* inquit, *nemini eorum fruſtratio ſua prodeſſe debet* ſed regularem non eſſe eorumdem ſimilitudinem, ex Menoch. & alijs probat Fachin. *dicto lib. 2. c. 71. in fine* volens cum Alciato & alijs *ex dicta l. ſubtracto* ſemper furem in mora eſſe, & re quomodolibet perempta teneri, in qua ita omnes ſcribentes cenſent, & *in l ſi ex legati cauſa. 23 ff de verbor obligationib.*

130 Quæ omnia ſecus cenſenda ſunt in eo, qui iuſtam habuit litigandi cauſam, hunc enim donec illa iniuſta iudicetur in mora non conſtitui Accurſius edocet *ſchol. vltim. in l. cum res. 49. in fine ff. de legat. lib. 1* quem ſequitur Ripa *in dicta l. quod te mihi nu. 31* Carroc. *d. titul. de caſu. n. 12.*

In ſpecie vero contraria, quando debitor, cui pecunia credita fuit, vel apud eum *cum facultate vtendi* depoſita eam creditori obtulit, vel paratam eſſe, vt accipiat, nunciauit, an quando, & quomodo ob creditoris moram à caſus præſtatione liberetur? & creditori etiam campion pereat? late & accurate diſcutit Auguſt. Veroi. *toto conſil 194. lib. 1.*

131 Alias quæſtiones circa moram examinat Fachin alteram *dicto cap.* 71. an debitor certæ quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, ante moram re perempta liberetur? Alteram, *c. 72.* an poſt moram irregularem, quæ abſque interpellatione committitur re perempta debitor liberetur? & alias plures Petr. Barboſa *in l. ſi mora.* 10. *ff. ſoluto matrimon.* quarum examen ipſis refero, qui eas plene, ac erudite diſcutiunt, & ab inſtituto noſtro alienum videtur.

132 Solent *ex prædictis* interpretes inferre, vt alius caſus explicetur, in quo depoſitarius fortuitum caſum præſtet, moræ & latæ culpæ idem eſſe iudicium teſte Alcia. *in d. l. quod te mihi. 5. num. 5. verſicul. ſed & non ſolum. ff. ſi cert. petat.* culpæ namque caſum præcedente, quam contractus capit ad caſum accipientem aſtringi tenuit Accurſ. *in §. præterea verb. dolo inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat.* quem ſequuntur multi. quos refert Sebaſtian. Medic. hanc ſententiam probans *de caſib. fortuit. 1 parte, quæſt. numer. 5.* Surd. *deciſio. 87. num. 1. & 2. deciſio. 208. num. 16. deciſio. 262. num. 17.* idem *conſil. 11. num. 18. & ſequentib.* Carroci. *de depoſi. titul de caſu. num* 83. tres caſus. *num.* 85. conſtituens, in quibus culpa caſum præcedit. Primo ſi non fecit, quod alter quicumque feciſſet, veluti ſi rem per loca periculoſa detulerit. *l ſi vt certo 5. § ſed interdũ. l. in rebus. 18. in princ. verſic. alioquin ff. commoda.* & *vtrobique* interpretes Accurſ. *dicto verb. dolo,* alios referens *in præſen n. 5. verſic. adde etiam alium caſum. & nu. 6. & 7.* Surd. *dicta deciſio. 87. à n. 3.*

Deinde ſi aduerſus conuentionem quicquam actum eſſet, de quo *inferius à numer. 258. ad 266.* depoſitarius enim in hac ſpecie caſum præſtat. *l. 1 § ſæpe. ff depoſi.* Accurſ. *in dicto. §. præterea verb. dolo.* 133

Denique ſi fortuitus caſus, domeſticorum, vel ſeruorum facto contigiſſet. Quod vltimum licet ipſe Carroci. ex Caſtrenſi. & alijs probet, atque prout indubitatum agnoſcat Auguſt. Veroi. alios adſerens *conſil. 195. n. 3. lib. 1. ex dicta l. 1. §. ſæpe ff. depoſiti,* non omnino aptum exemplum iudico; nec enim domeſticorum qui *eccleſiaſti.* inimici hominis vocantur, furta clam, & inuito domino rẽ contrectantium viri etiam ſagaciſſimi conſilio præuideri poſſunt, nec ab ipſis falli lata culpa eſt, cum & hi prudentiſſimos fallant. Quod ex Capra, Maſcar. Bonifac. Bonacoſa, & aliis ab his relatis probat Farinac. 1. *tomo 3. partis praxis criminal. titul. 17. de furt. quæſt. 169. nu. 11.* & in materia incendij. *3. parte eiuſdem praxis lib. 3. titul. 12. de var. & extraordinar. criminib. quæſtio. 110. c. 3. ex n. 11.*

Ex quibus non ſemper in præſenti ſpecie culpam latam, quæ caſum præcedat, inuenio, ſi enim aliqua dari poſſet, ea leuiſſima eſſet. *l. cum duobus 52. §. damna. ff pro ſocio,* poſt alios Sebaſtian. Medic. *vbi ſuprà numer. 4.* vel certe nulla. *l. reſpiciendum. 11. §. furta domeſtica. ff. de pœn.* quam ad id ſingularem exiſtimat Ioan. Igne. *in præſen. num. 87.* alios adſerens Farinac. *dicta q. 169. nu 33.* & in materia incendij *q. 110. n. 90. ac deinceps.*

Quare exemplum iſtud inutile iudico, niſi & illi addatur, quando furtum facto domeſticorum accidit, quod alter quicumque dominus in ſuis rebus cuſtodiẽdis vulgariter diligens præuidiſſet; ſeu potuiſſet impedire quam diligentiam in alienis non adhibere lata culpa eſt, quæ caſum fortuitum præcedere debet ad eum ordinata, vt quis eius ratione ad eum obligetur prout ex Caſtrenſi tenet Carroc. *vbi ſuprà numer. 92.* à quo rem hanc totam declarat, breuiter ex Menoch. & aliis Sebaſtian. Medic. *vbi ſuprà numer. 5.* Farinac. *deciſio. 18. num. 3. vbi additio litte. A. lib. 1.* quem videas, idem dicta *quæſt. 169. num. 14. & 15.* Petr. Surd. alios referens *conſil. 12. nu. 58. & ſequentib.*

ſequentib. deciſio. 87. *n.* 10. *deciſio.* 208. *num.* 16. *& deciſio.* 262. *n.* 17.

134 Quòd ſi culpa ad caſum non dirigatur, quantumcumque illa grauis ſit, purgatur, nec de caſu tenetur, qui eam admiſerit, *l. ſi debitor.* 13. *ff. de negot. geſtis*, poſt alios Medic. *dicto numero* 5. idem *in dicto tractat. de caſib. fortuit. quæſtio.* 16. *num.* 46. Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu.* 182. *numero* 39. 41. *&* 59 *centu.* 4. *caſu* 325. *numer.* 10. Surd. *deciſio.* 242. *num.* 16. *&* 17. Farinac. vero controuerſiam facit *lib. illarum.* 1. *cap.* 87. locatoris ne, an conductoris damno cedat domus combuſtio?

Cui quæſtioni ex interpretibus tres ipſe articulos adſcribit. In duobus primis, inquit, omnes conueniunt, vt is damnum ſentiat, cuius cauſa factum eſt. Dubitant tamen quid iuris, ſi culpa nullius in aperto ſit? An ſcilicet à conductore probari oporteat, culpa ſua, vel ſuorum incendium non accidiſſe? cuius ſententia *ex rationibus ab eo adductis* vera eſt. Quam quæſtionem latiſſime aliorum examinat Farinac. *dicta quæſt.* 110. *c.* 2. *ex n.* 41. *c.* 3. *ex num.* 111.

135 Alia vero cauſa eſt eius, qui in re depoſita ſemel dolum commiſit. Is enim, ſiue caſum præcedat, ad illum directus, ſiue poſt illum ſemel commiſſum res etiam ex interuallo quomodocumque pereat, vel deterior fiat, ita depoſitarium ligat, vt nunquam illum purgare poſſit, niſi rei ipſius, aut ea perempta, æſtimationis vera, & integra reſtitutione *l.* 1. *§. ſi rem ff. depoſ. ſi rem*, inquit, *depoſitam vendidiſti, eamque poſtea redemiſti in cauſam depoſiti, etiam ſi ſine dolo malo poſtea perierit, teneri depoſiti, quia ſemel dolum feciſti, cum venderes*, poſt alios Roland. *conſil.* 47. *num.* 35. *&* 36. *l.* 1. quem refert ſecutus Petr. Surd. *deciſio.* 242. *num.* 18.

Quod mirum videri non debet, qui enim re depoſita vtitur, vel domino inuito alium vti patitur, furtum committit. *l. qui furtum.* 16. *ff. de condictio. furti. §. furtum autem verſicul. itaque inſtitut. de obligationib. quæ ex delic. naſcuntur. l.* 20. *titul.* 13. *part.* 5. *l.* 3. *titul.* 14. *part.* 7. *& vtrobique* Gregor. Lop. Farinac. alios adferens *in dicto titul. de furt. dicta quæſt.* 169. *num.* 3. *&* 4. Quod ita Connanus explicat antynomiam inter Vlpianum *in dicto § ſi rem.* & Pomponium *in dicta l. qui furtum* concilians *dicto lib. commentatior. iur.* 7. *c.* 4. *n.* 8. Qua in re, cum ſe ipſe dilucide explicet non immorabor.

136 Sed his adhuc obeſſe videtur Pauli deciſio *in l. ſi vehenda do. §.* 1. *in fine. ff ad leg. Rhod. de iactu* à Labeone illius legis auctore relata, qua probatur, nautam in deteriorem nauem merces transferentem ab ea, quam veluti meliorem ad eas portandas dominus conduxerat, de caſu ſuperueniente non teneri, ſi vtraque nauis perijt, cum tamen prædictæ conuentionis cauſa ſciret, nolle dominum, vt à naue, quam conduxerat, extraherentur.

Quam difficultatem parui pendunt interpretes *in dicto §.* 1. *& in d. l. quod te mihi.* 5. *ff. ſi cert. peta. dicta l.* 1. *§. ſi rem. ff. depoſi.* Quia, inquiunt, nulla antequam merces perirent, domino nata erat aduerſus nautam actio, quæ cum intendi non potuiſſet teſte Connan. *in dicto c.* 4. *n.* 8. *in fine*, ſi vtraque nauis ſalua, ad portum adpuliſſet, è conuerſo vtraq; ſubmerſa actio nulla dabitur, vt contrariorum eadem ſit ratio, ac diſciplina. *l.* 1. *cum ſimilib. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie iur.* Quia caſus ſuperueniens culpam illam abſtergit.

Vnde conſultum nullum quidem dolum, aut culpam nautæ interueniſſe adfirmantem putant non ea ratione motum, quia aduerſus conuentionem merces in deteriorem nauem inducens culpam non admiſerit, ſed, quia culpa illa ad caſum ordinata non fuit. Quod ipſi opus eſſe aiunt, vt latæ culpæ reus de caſu teneatur, vt in hoc à dolo differat, qui ſemel admiſſus purgari non poteſt, teſte Bartolo, quem cum alijs quos refert, ſecutus eſt Vincenti. Cattoc. *vbi ſuprà titul. de caſu. numer.* 22.

Quamuis autem hæc ſit ab interpretibus communi calculo recepta opinio, non ſatis mihi placet, quippe quæ *in d. l. ſi vehenda. §.* 1. culpam ſolam, nō dolum adfuiſſe velit, cum tamen nauta aduerſus conuentionem inuito domino, *prout ex illius textus ſerie patet*, merces in aliam nauem tranſtulerit. Quod factum dolus potius, quam culpa eſt, nihil enim tam naturale eſt, quam pacta, & conuentiones ſeruari. *l.* 1. *l. iuris gentium.* 7. *in princip. & §. quinimo. ff. de pact.* maxime in propoſita ſpecie, in qua prauus nautæ animus merces in deteriorem nauem inducentis detegitur.

Neque intereſt, actionem non fuiſſe natā, antequam merces perirent, dolus namque ſemel admiſſus ex communi ſententia purgari minime potuit, vt quomodocumque res pereat, æſtimatio illius domino reddenda ſit, nec valeat argumentum à contrario ſenſu *ſuperius* inductum, cum finis domini merces vehentis fuerit, vt ſaluæ veherentur, quarum traditione domino facta, vbicumque, vel quomodolibet vectæ ſint, procul dubio ſatisfieret, naui vero in qua vehebantur ſubmerſa, ſemel ex dolo actio nata, ſubmerſione ſignatæ, & electæ nauis extingui non videtur, imo & tunc ad mercium æſtimationem competit *ex prima eiuſdem. §.* 1. *parte* iureiurando in litem actori delato.

Quod vtique potiorem locum habet in eo qui pretioſarum rerum, vel quæ facile frangi poſſunt, opus, vel cuſtodiam ſuſcepit. *l. item quæritur. 13. §. ſi gemma, & §. ſi fullo. l. ſi merces. 25. §. qui columnam. ff. loca. l. 8. titul. 8. part. 5.* & *in his & alijs locis* ſcribentes.

Quod generaliter obtinet in ſpecie furti incendij, & ſimilium aduerſus nautas caupones, & ſtabularios ex diſputatione Farinac. *dicta quæſtio. 110. numer. 124. & in 1 parte fragmentor. criminal. litte. C. verb. caupones num. 54.* latiſſime agentis, an, quando, quomodo, & ad quid teneantur nauta caupones, & ſtabularij de furto commiſſo in caupona, naui, vel ſtabulo? *dicta litt. c. ex numer. 14 ad 43.* & in Vaſliſia clauſa ipſis tradita *ex numer. 43. ad 51.*

Quam ob cauſam hanc potius Pauli deciſionem eadem æquitate ornatam dixerim, qua & Caij aliciam *in dicta l. ſi plures. 14. §. vlti. ff. depoſi.* Sicut enim *in ea lege* periculum interitus poſt moram ad creditorem ſpectat, ſi ea res ſibi etiam reſtituta eodem modo apud illum peritura eſſet: hoc ſane iure prædictum caſum Paulus cenſuit, vt merces domino pereant, ſi quidem pariter vtraque nauis ſubmerſa eſt, ex quo ſublata eſt omnis redimendarum mercium facultas, etiamſi conuentionis legi nauta ſatisfeciſſet ita Bald. Oldrald. Caſtrenſ. & Crauetta, quos refert ſecutus Surd. *dicta deciſio. 87. numero 9. & 10. deciſio. 326. numero 69. parte 1.*

Quod vnum à dolo, ſi quis fuit, excuſat, nemo enim *ex vulgata iuris regula* ad impoſſibile obligatur. *c. nemo poteſt. 6. de regul. iur. lib. 6. l. impoſſibilium. 185. ff. eod titul. l. 2. §. id quod ff. de obligationib. & actionib.* poſt alios Petr. Surd. *deciſio. 289. ex nu. 19. ad fin. parte. 1.* Regulariter tamen ex prædictis præcedente dolo caſus præſtatur, quamuis ad eum non ordinetur.

137 In contraria depoſiti actione regula *dicta l. ſi vt certo. 5 §. nunc videndum ff. commoda.* obſeruanda eſt. Etenim ſi depoſitum deponentis gratia ſuſcipiatur, vt plerumque accidit, leuiſſimam culpam ab eo præſtari oportet, *l. ſi ſeruus communis. 61. §. idque euidentius.* vbi omnes. *ff. de furt.* Quòd ſi vtriuſque cauſa deponentis, ac depoſitarij, deponens leuem culpam præſtat. Vbi autem depoſitarij ſolius gratia initium eſſet, ad dolum dumtaxat, & illi finitimam culpam tenetur *dicto §. nunc videndum*, & ex eo Bartol. *in dicta l. quod Nerua. 32. numer. 30. ff. depoſ.*, quem omnes alij ſecuti ſunt, & latius ex alijs, *num. 97.* comprobauimus, quamuis, vt verum fatear plane non videam, in qua re poſſit culpa hæc deponentis cadere.

Ad inſtar depoſiti Vlpianus dolum, & latam culpam in precarij actione directa venire adfirmat *in præſenti, & in l. quæſitum. 8. §. cum quoque. ff. de precar.* Cuius verba *ſuperius nu. 73. in fine, ac. 75.* hoc in ſenſu ab interpretibus accepta retulimus. 138

Quæ deciſio regulæ. *d. §. nunc videndum* adducta eſt, precarium ſiquidem accipientis vtilitatem præſefert, quæ ad leuiſſimam culpam obligat. *Sed cum totum precarium*, Vlpianus ait, *ex liberalitate deſcendat eius, qui precario conceſſit, ſatis eſt, ſi dolus tantum præſtetur.* totum quidem ideo dixiſſe cenſuit Donelus *de iure ciui. lib. 16 cap. 7. colum. 13.* non enim prima tantum concedentis voluntas attenditur, ſed & reliquendi permiſſio, & eiuſdem voluntatis continuatio, cuius cauſa ſemper, & continuo hic actus liberalitatis exercetur, poteſt ſiquidem etiam intempeſtiue ad libitum reuocare. *l. 1. & 2. ff. de precar.*

Cuius rationis confirmationem ex Vlpiano colligunt interpretes, quam ornat Donel. *vbi proxime*, cum enim is qui rem precario conceſſit, illud ad libitum reuocare potuerit, ſibi imputet, ſi minimam accipientis diligentiam permanente voluntate adprobauerit. ſufficit ergo, ſi dolus vel præſumptus, qui lata culpa dicitur, præſtetur.

Sed adhuc non ſatis ſtare videtur prædicta ratio, & deciſio conſulti, conſiderant enim ſcribentes commodatum à dantis liberalitate proficiſci, imo, & ſtrictiorem in eo cauſam. Nam inquiunt, teſte Decio *in præſent. numer. 11.* plus iuris in re precario conceſſa illam accipiens, quam in commodata nonnumquam commodatarius habet. in eum ſiquidem transferri poſſeſſio poteſt. *l. & habet 15. §. eum qui. ff. de precar.* quæ ſemper in commodato apud dominum manet. *l. officium. 9. prope fin. ff. de rei vendicatio. l. res commodata. 8. ff. commoda. §. per eos quoque inſtitut. de interdict.* Bernard. *ſchol. t. iuncto textu in capit. 1. de commodat.* 139

Cui difficultati cum Accurſ. *in d. §. cum quoque verb. ex liberalitate*, communiter reſpondetur, commodati cauſam à precario diſſimilem. Quoniam licet illud ab initio contractus ex mera commodantis liberalitate procedat, poſtea tamen reuocari non poteſt, donec vſui præfinitum tempus impleatur. *l. commodato. 17. §. ſicut autem. ff. commoda. c. vnico, verſicul. contra de commoda. l. 3. verſicul. otroſi decimos titul. 2. partit. 5.* Quæ diſcrimina inter hos duos contractus recte adnotat ex alijs Parlador. *in ſeſquicentur. locor. differen. 134.*

Quare

Quare in eo iuſtis de cauſis ſuperior regula locum ſibi vendicat, ſecus in precario, quod *vt prædixi*, ad libitum quandocumque reuocatur. Quam differentiæ rationem, & inſuper alias ſcripſit Couarru. *libro variar. reſolution. 3. c. 15. num. 7. & 8.* Quia à *num. 1.* precarij naturam diſputat, Bonifac. *in tractat. de furt. §. vel etiam vſus, & §. ſequen.* prout eum refert Farinac. *dicta quæſt. 169. n. 23.*

140 Huic adijcit conſtituti materiam Decius *in præſen. à num. 15.* quam veluti à noſtra diſputatione abſonam teſte Cagnolo *in præſen. num. 27.* qui eam breuiter ornat, & ab Vlpiano ſilentio prætermiſſam, intactam relinquam, in conſtituto eam culpam præſtandam adſerens, quam contractus capit, cui adijcitur: verbaque Vlpiani ſequentia diſputanda proponens.

Dolum, & culpam mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia geſta, in his quidem, & diligentiam. Societas, & rerum communio & dolum, & culpam recipit.

141 Hanc conſulti litteram melius, quam alij Donellus explicat *ſæpe allegato lib. de iure ciuil. 26. c. 7. colum. 19. verſic. his contractibus exactiu ad med.* dictionem illam, *quidem*, in relatiuum, *quidam*, conuertens, ex qua adnoratione nulla in textu noſtræ conſtructionis difficultas manet, quod impreſſorum vitio, ſi quod fuit exiguus in littera quadam error, verti debet. Quare Accurſius, licet non adeo ſubtiliter Vlpianum intelligat, voluit tamen, contractuum iſtorum aliquos leuem culpam, alios leuiſſimam etiam recipere. Quorum vnuſquiſque ſingulari examine inueſtigandus eſt, vt textus huius materia perfecte exponatur.

142 Cum autem primo in loco mandatum collocetur, ſciendum eſt imprimis, quàm culpam recipiat? Et ſane plerumque ſolet mandatum mandantis gratia fieri *l. 2. ff mandat. §. 1. & 2. Inſtitut. eodem titul. l. 20. & 21. titul. 12. part. 5.* Imò, vt actione mandati quis experiri poſſit, intereſt, vt aliena negotia pertractentur. *d. l. 2.* vbi Gotofred. *ſchol. vltim l. ſi remunerandi. 6. § plane, ſi tibi mandauero, ff. mandat.*

143 Mandatum enim teſte Connano *libr. commentarior. iur. ciuil. 7. c. 14. num. 7.* vere non dicitur, niſi qua parte ad mandantem reſpicit, aut ad alium, pro quo ipſe mandauit, quod idem eſt, noſtra enim ea facimus, quibus noſtram authoritatem impartimur. *l. 1. §. omnia enim. C. de veter. iure enuclean. c. 2. de offic. delegat.* maxime ſi domino præſente à tertio mandatum fiat. *l. qui patitur. 18. ff. mandat.* poſt alios Pinel. *in l. 2. C. de reſcinden. venditio. 2. parte, c. 1. num. 19.*

Vnde difficilis redditur Diocletiani, & Maximiani deciſio *in l. cum per procuratorem. 9. l. procuratorem 11.* & apertius *in l. à procuratore 13. C. mandat.* à procuratore dolum, & omnem culpam præſtandam eſſe, quoniam imo lata dumtaxat culpa huic contractui accedere videbatur, qui mandantis gratiam præ ſe fert. Quod in terminis Vlpianus probat *in l. ſi procuratorem. 8. §. dolo ff mandat.* vbi cum in exemplo, quod proponit, emptionis ſerui ſibi commiſſæ ad dolum, vel latam culpam eum, qui mandatum non impleuit, teneri adſeruiſſet, hæc verba ſubijcit. *Sed ſi ſeruus, quem emiſti, fugit, ſiquidem dolo tuo, teneberis. ſi dolus non interuenerit, nec culpa non teneberis, niſi ad hoc, vt caueas, ſi in poteſtatem tuam peruenerit, te reſtituturum.* Quo loci verbum, *culpa*, collocatum ad ſuperiorem latam ſcilicet, quam conſultus expreſſerat, referenda videtur, vel ad leuem ſaltem, non ad leuiſſimam aduerſus Imperatorum ſupra relata iura. 144

Quamobrem in hac quæſtione diuerſas ſententias interpretes recitarunt. Prior ſeſe offert Martini opinio regulam conſulti. *d. l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum ff. commoda.* mandato applicantis, quam retulit Accurſ *in l. in re mandata. 21. verb. exacto. C. mandat.* & ſequitur Bartol. *in dicta l. quod Nerua. 32. numer 31. in princip ff. depoſit.* & alij *in dicta l. à procuratore. 13. ac ſimilib. C. mandat.* prout Donellus eis non citatis aduertit *libro de iure ciuil. 13. c. 11. colum. 3.* qui plura fundamenta pro hac parte iacet Ioan. Igne. *in præſ. n num. 26. & 65. cum trib. ſequentib.* Lancelotum Galliaul. pro hac parte adducens *in l. cum res. 49. §. culpa. ff. de legat. lib. 1.* licet hanc ipſe à Bartoli, & aliorum ſententia diſparem exiſtimet, quam plerique ex antiquioribus probant teſte Mayner. qui eos ſequitur *in præſen. num. 53. & ibidem* Deci. eiuſque additio *num. 27.* 145

Aut enim, inquiunt, ſimpliciter eſt procurator ad rem conſtitutus, quæ nullam induſtriam, aut ſane non exactam deſiderat, ſed curam dumtaxat alijs contractibus communem. Tunc, ſiquidem gratia mandantis mandatum factum eſt, ad dolum, & latam tantummodo culpam præſtandam, non vltra mandatarius compelli poterit ex regula generali quam propoſuimus Nec enim procuratori officium ſuum, quod non ſui, ſed eius, quo cum contraxit gratia exercet, 146

damno eſſe debet. *l ſi ſeruo. 61. §. ſi vero. ff. de furt. ex quo textu* ita *in eo*, notant interpretes, quoniam iniquum eſſet, culpæ leuis, vel leuiſſimæ in re ſibi mandata reum fieri, qui opem ſuam gratuitam amico exhibet *l. 1. §. vlt. ff. manda.* optime præter alios Connan. *dicto c. 14. num. 5.*

Et ſane huius rei exempla non deſunt, illud imprimis, quod *ſuprà num. 20.* propoſui, eius qui dolo, forte pecunia accepta, aut lata culpa amici gratia adductus ſeruum emere neglexit ex Vlpiano *in dict. l. ſi procuratorem. 8. § dolo. ff. mandat.* Qui parium enumeratione facta voluiſſe videtur, leuem culpam ab actione mandati directa procul abeſſe, & lata ceſſante mandati actionem euaneſcere.

Deinde aliud proponitur Vlpiani teſtimonium *in l. dolus, 44. ff mandati*, vbi cum doli naturam proferat, ſiue is manifeſtus, ſiue præſumptus ſit, nullam aliam culpam generaliter in mandato venire voluiſſe videtur.

Aliud item ex eodem conſulto deſumitur. *in l. ſi fideiuſſor. 29. in princip. & in §. ſi cum debitor. ff. mandat* In principio inquit conſultus, *& ſiquidem ſciens prætermiſerit exceptionem doli, vel non numeratæ pecuniæ videtur dolo verſari, diſſoluta enim negligentia prope dolum eſt, vbi vero ignorauit, nihil eſt, quod ei imputetur in dicto* autem *§ ſi cum debitor, & credo*, inquit, *ſi eum poſſet eum certiorare, non fecit, oportere, mandati agentem fideiuſſorem repelli. Dolo enim proximum eſt, ſi poſt ſolutionem non nunciauerit debitori.* Quibus verbis conſultus dolum etiam præſumptum comprehendit, alteram ignorantiæ cauſam, ex qua leuis culpa efficitur, excuſans. Quæ ita exempla conſiderat Donellus *dicto c. 11. colum. 3.* & probat regia *l. 15. titul. 12. part. 5.*

Vltimum ſit exemplum *l idemque 10. ff. mandat.* in qua nihil amplius Vlpianus deſiderat, quam bonam fidem ab eo præſtari, qui procurat. Cui inibi Accurſius varia, & inconcinna reſpondet.

Vnde rationem hanc alijs obſcuriorem recte iudicio arbitratus eſt Duarenus *in commentar. ad titul. de mandat. c. 2. colum. 2. verſic. quod autem dicitur in l. idemque*, & hæc ſit prima diſtinctionis pars, quam Bartol. *in d. l. quod Nerua. 32. num. 31. ff. depoſit.* tradit, quem *ſuperius* relati ſequuntur.

147 Secunda ſit, quando quis ad quædam ſpeciali negocia, vel res alias, quam lites procurator deſignatur, quæ exactam induſtriam non exigant, vt leuem culpam præſtare cogatur. Quo in ſenſu accipiunt interpretes verba vltima *dicta l. in re mandata. 21. C. mandati*, & facit ſecundum Decium *in præſen. dicto num. 27.* ac Donel. *vbi ſupra colum. 4. ad finem.* Vlpiani locus ſæpe allegatus *in dicto § dolo in fine.* Culpa enim in eo textu ſimpliciter accepta, & ad differentiam doli ſcripta ad leuem refertur *ex ſuperius adnotatis num. 97.*

148 Tertia pars ad illum procuratorem dirigitur, qui ad lites conſtitui ſolet, in hoc inquiunt, exactam diligentiam Cæſares deſiderant *in l. à procuratore 3. C mandat.* Quam ſententiam interpretes varijs coloribus, & exemplis ornant, e quibus potior mihi viſa eſt ad officium hoc ſpecialem induſtriam, & cognitionem exigi, quam nullus vtique, qui ei ſponte ſua præficiatur ignorare debet.

149 Sed profecto Accurſ. *in dicta l. à procuratore, &* *vbicumque alibi* hanc meminit quæſtionem, prædictam diſtinctionem parui pendit, quem ſequitur Dyn. *in c. contractus. 85. n. 3. de regul. iur. lib. 6.* Decius non ſibi ſatis conſtans *in præſen. num. 27. in fine*, alijque omnes, qui aduerſam ſententiam probant, hanc communi ſuffragio receptam dicunt, inter quos Igne. *in præſen. num. 67.* licet *ſuperius* propoſitam diſtinctionem veriorem exiſtimet, ab Accurſij tamen ſententia recedere non auſus eſt, quam nouiores multi amplectuntur, maxime Gregor. Lop. *in l. 26. verb. Caſi por engaño titul. 5. part. 3.* Donel. *libro de iure ciuil. 13. c. 11. colum. 3. & 4.* Duaren. *in commentar. ad titul. de mandat. c. 2. verſic. tertia cauſa eſt* Connan. *dicto libro commentar. 7. c. 14. num 7.* alios adferens Pariſ. *conſil. 123 num. 4. & 5. lib. 1.* Surd. *deciſio. 304. n. 4. 5. & 6. part. 1.*

150 Quibus interpretibus placuit, deciſionem *dicta l. à procuratore. 13. C. mandati* regulariter obtinere, vt vnuſquiſque, qui alienæ rei gerendæ curam ſuſceperit, leuiſſimam quoque culpam præſtare cogatur. Mouentur imprimis illius legis verbis: *A procuratore*, inquiunt Cæſares. *dolum & omnem culpam non etiam improuiſum caſum præſtandum eſſe iuris authoritate manifeſte declaratur.* Cum enim omnem culpam præſtari velint, leuiſſimam quoque generali voce, *omnem*, complectuntur ad improuiſi caſus differentiam, quem cum Imperatores excludant, illud omne, quod caſu non obtigerit præſtandum fatentur. Hac enim exceptione Donellus inquit, non poteſt non in cæteris præſtationibus regula confirmari *l. quæſitum 12. §. idem reſpondit domo inſtructa. ff de fundo inſtructo*, diximus ex alijs *in l. 1. numer. 195. ff. de minorib. & in l. Papinianus 8. §: ſed nec impuberis num. 103 ff. de inoffic. teſtamen.*

151 Ratio autem concluſionis huius *ex dicta l. à procuratore*, deductæ patet, cum enim quis alienum negotium gerendum ſuſcipit, diligentiam, & induſtriam ſuam pollicitus videtur, quoniam plerumque illud maxima deficiente

ficiente cura rectè agi non poteſt ex interpretibus præſertim Decio *in præſen dicto num.* 27. Duaren. *in dicto c. 2. verſic. ſecundo obijciuntur.* Connan *dicto c. 14. num. 7. ad med.* Donel. *dicto c. 11. colum. 4. verſic de æquitate, & locus contrarijs* ex alijs Surd. *dicta deciſio. 304. numero 4. & 5.*

152 Quorum vnuſquiſque inter mandati, ac depoſiti contractum differentiæ rationem aſſignat, cur licet vterque domini gratia fiat, in depoſito lata dumtaxat culpa, in illo & leuiſſima præſtanda ſit? Quoniam, inquiunt, depoſitum in ſimplici rei cuſtodia conſiſtit ſpeciali induſtria deſtituta. At mandatum totum in agendo, quippe in quo res nulla cuſtodienda traditur, ſed ſola diligentia ad agendum, & defendendum enixe petitur, ita vt mandati fines egredi, vel aliquid relinquere non liceat. *l. diligenter. 5. ff. mandat. Nam qui exceſſit,* Paulus ait, *aliud quid facere videtur, & ſi ſuſceptum non impleuerit, tenetur.* Cuius deciſionis exemplum inſigne apud Gellium extat. *lib. noct. atticar. 1. c. 13* ac de illius intellectu late agit Connan. *vbi ſuprà num. 9.* & in reſcripto exequendo probat Innocentius tertius *in c. cum dilecta 22. de reſcript.* cum alijs iuribus, quæ hanc concluſionem late diſputantes congerunt poſt alios dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 9 ſchol. 4. à num. 10. tit. 11. lib. 5. recopilation.* Azebed. *in l. 1. à num. 7. ad 10. tit. 6. lib. 3. eiuſdem recopilation.*

153 Quare illam diligentiam adhibere debet in re ſibi, vel negotio mandato procurator, quam frugi, imo & diligentiſſimi patres familias adhibere ſolent, quam niſi præſtet, promiſſis non ſatisfacit, nam rebus mandatis ex pollicita, vel adſerta induſtria ſuas proprias poſthabere debet, quod Plauti loco probat Connan. *dicto num. 7. ad medium,* & ad idem conducit Conſtantini deciſio *in l. in re mandata. 21. C. mandat. in fine. Aliena autem,* inquit, *negotia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum culpa vacuum eſt.* Quam immerito in leui intelligunt aduerſi, cum nulla *in illa* negligentia condonetur, etiam ſi in omittendo ſit. Ad idem Connanus elegans Marci Tullij teſtimonium aduocat *in oratio. pro ſexto Roſcio Amerino.* cuius aurea verba non referre non poſſum. *Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es? Cur mihi te offers, ac meis commodis ſimulato officio officis, & obſtas? Recede de medio, per alium tranſigam. Suſcipis onus officij, quod te putas ſubſtinere poſſe, quod minime videtur graue ijs, qui minime ipſi graues ſunt.*

154 Ex quibus verbis Connanus quæſtionem infert, nûm vbi nullum damnum domino negligentia procuratoris adtulerit, ſit actioni mandati locus? Quam ipſe longius diſputat, ſufficiet nobis illam tetigiſſe, nec vllam mandati ſupereſſe actionem, ſi res integra, quæ procuratori commiſſa eſt, oblata domino, vel reſtituta ſit, tetigimus iterum *ſuprà num. 136.*

Sed vt ad rem noſtram conuertamur, hanc vltimam ſententiam potiorem iudico, cui non obſunt ea illa, quæ aduerſus ipſam *ſuperius* conſiderauimus. Non imprimis generalis regula, mandatum mandantis gratia fieri, hæc enim limitationem recipit, in eo qui ſe gerendo negotio præficit, ſummamq; diligentiam expreſſe, vel tacite ex officij ſuſceptione pollicetur. 155

Nec intereſt, procuratorem operam ſuam gratuitam amico exhibere, cum tota res hæc in agendo conſiſtat, quod ſpecialem induſtriam deſiderat, qua ſe præditum is adſerit, qui tale officium adſumit, culpamque admittit, rei alienæ gerendæ, quæ ad ſe non pertinet, ſe immiſcens. *l. culpa eſt. 36. cum ſimilib. ff. de regul. iur.* Nec ideo procuratoris officium illud ſuſcipienti damnum adfert; qui ſuam obligationem noſſe debuit.

Exempla vero, quæ pro aduerſa parte retulimus parum prædictam veritatem immutant. Non illud ex Vlpiano *in dicta l. ſi procuratorem* 8 *§. dolo. ff. mandat.* vbi procurator tenetur, ſi dolo, vel lata culpa mandatum executus non ſit. Nam, vt plerique aduertunt, maxime Decius *dicto num. 27.* paulo poſt conſultus ſubijci, eum non teneri, niſi dolus, vel culpa interuenerit. Quo nomine, *culpa*, leuem ſignificari *ex repetitis iterum* nemo dubitat. Imò neque leuiſſimam in mandato coërceri negat conſultus, quæ *in dicta l. à procuratore* expreſſa eſt, ex qua recte in hunc ſenſum culpam Accurſius accipit *in dicto §. dolo, verbo ſiquidem dolo tuo*, quem ſecutus clarius hanc ſententiam confirmat Gotofred. *ibidem verb. non teneberis.* 156

Quo in ſenſu accipiendam exiſtimo regiam. *l. 16. tit. 5. part. 3. in fine, Mas ſi por otra razon, que non vinieſe por engaño, nin por culpa dellos ſe perdieſe, e ſe menoscabaſe el pleyto, non ſerian tenudos los perſoneros de facerle por ende emmienda ninguna.* Quo in loco cum Alphonſus neger, illud à procuratore præſtandum, quod ſine ſua culpa obtigerit, aliud quodcumque factum, quod ex leuiſſima etiam culpa acciderit, contineri voluit *ex his, quæ ſupra non ſemel adnotauimus*, atque ita, ni fallor, licet non adeo aperte legem illam Gregorius *ibidem* exponit.

Alterum eſt exemplum *in l. ſi fideiuſſor. 29. in princip. & in §. ſi cum debitor. ff mandat. l. 15. tit. 12. part. 5.* vbi fideiuſſor conuentus ſciente ſoluens, quod iam ſolutum erat, vel peremptoriam 157

emptoriam exceptionem, quæ debitorem liberabat, non obijciens contraria mandati actione ſolutam pecuniam à debitore exigere non poteſt. Vnde interpretes inferunt, in illius legis ſpecie dolum, vel latam culpam ſolam indirecta mandati actione venire, imo & eorum aliqui qui Accurſium ſecuti ſunt, ita Vlpianum interpretantur, vt videre licet apud Duaren. *in commentar. ad titul. mandati. c. 2. colum. 2.* ſuperioris ſententiæ, quam veriſſimam cenſet, hanc veluti exceptionem conſtituentem. Nam ſecundum eum quædam mandari negotia poſſunt, quæ nullam induſtriam deſiderent. Quæ cum pertractanda gratis procurator mandantis gratia ſuſcipiat, ex generali regula, *dicta l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commodat.* dolum tantum, & latam culpam præſtare cogetur, quod in prædicta ſpecie ex Vlpiano confirmat *in dicto §. dolo,* quoniam, vt ipſe ait, hoc fideiuſſionis mandatum induſtriam præcipuam non habet.

158 Sed longe Duarenus, alijque interpretes falluntur, dici enim mandatum difficile, imo videtur impoſſibile, in quo induſtria ſpecialis non exigatur. *l. ſi vero. 12. §. cum talem epiſtolam, & §. ſi poſt creditam pecuniam, ff. mandat.* poſt alios Pariſ. *dicto conſil. 123. num. 4. & 5. lib. 1.* Quare fideiuſſorem ad leuiſſimam culpam obligari ex Ioanne à ſe relato cenſuit Accurſ. *in l. exceptione. 67. verb. ſi culpa tua per eum textum. ff. de fideiuſſorib.* cuius ſententiam veram, & magis communem dicit Alexand. *conſil. mihi. 46. n. 9. lib. 1.* & eleganter defendit Donel. *vbi ſupra proxime colum. 4. verſic. de æquitate, & locis contrarijs,* difficultati *ex d. l. ſi fideiuſſor,* ortæ reſpondens *in ea* non negari, quamuis de dolo, eiuſque finitima culpa agatur, leuiſſimam culpam in mandato generaliter præſtandam eſſe. Sed argumento à fortiori dolum præſtandum eſſe, cum tamen tacite conſultus conſentiat, leuiſſimam à fideiuſſore præſtandam, quanti debitoris interſit.

159 Sed contra prædicta obijci poteſt, caſum minus dubitabilem, in quo dubitandi ratio videatur deficere, inepte à conſulto definiri. Quæ quidem difficultas duobus potiſſimum medijs eliditur, primo exemplo *dicti. §. dolo,* in quo doli, & latæ culpæ præſtationem Vlpianus conſtituit, cum poſtea leuem ſaltem præſtandam ſubiecerit. Deinde ratione, cum enim *in d. l. ſi fideiuſſor.* de exceptionibus conſultus agat, quæ liberationem principalis efficiunt, ac dilatorijs, vel ijs, ex quibus prædicta liberatio integra non ſequitur, opus fuit, ad primitiuarum cognitionem de dolo, & lata culpa ſolum agi, quæ prædictarum exceptionem omiſſioni ſcienter, vel nimis negligenter factæ ineſſe ſolet.

Quoniam ſi eas ignoraſſet fideiuſſor, *nihil eſt* ex conſulto, *quod ei imputetur,* ex iuribus *mihi* ab Accurſio congeſtis.

Vltimum argumentum ex eodem Vlpia- 160
no deſumptum eſt *in dicta l. idemque 10. ff. mandat. Nihil enim,* inquit, *amplius, quam bonam fidem præſtare eum oportet, qui procurat,* quaſi bona fides deficere non videatur, niſi dolus manifeſtus, vel ſaltem præſumptus interueniat, idque conſultus affirmet.

Cuius argumenti vis non deficit, etiamſi cum Accurſio *in dicta l. à procuratore, & in d. l. idemque reſponderis,* dictionibus hiſce *nihil amplius,* nihil, quod melius ſit, quam bona fides ſignificari. Hæc enim expoſitio difficultatem potius incutit, quam rem explicet, ex Duaren. Connan. ac Donello *vbi ſuprà.*

Quare ipſi in propriiſſima ſignificatione vocem illam accipiunt, vt ſit ſenſus, promiſſam tacite fidem ex ſuſceptione officij quacumque culpa frangi, licet ea leuiſſima ſit, ad inſtar eius, qui expreſſe illam ſuiſſet pollicitus argumento *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. petat.* nihil enim bonæ fidei magis conſentaneum eſt, quam ea, quæ inter contrahentes placuerint, obſeruari vt ſubſtantia contractus adimpleatur. *c. 1. C. qualiter in Sardinia de pact. l. 1. ff. eodem titul. l. exempto 11. in princip. ff. de actionib. empt. l. ſi quid venditor. 18. ff. de ædilitio edic.* Surd. & alij *ſuperius num. 121.* relati.

His tamen argutijs non obſtantibus Accurſij ſolutionem veriorem iudico, ſed clarius, & breuius dictiones eas *nihil amplius,* exponerem ſi liceret id eſt, nihil magis, nihil potius, nihil prius, quam bonam fidem à procuratore exigendum leuis, & leuiſſimæ culpæ excluſione non facta, nec enim ex qualibet culpa bonam fidem, vel pacta ſemel inita infringi conſentiam.

Secunda vero diſtinctionis pars, quam 161
ſupra propoſui, veriſſimæ Accurſij ſententiæ non officit, cui adeſt Conſtantinus Imperator. *in d. l. in re mandata. 21. C. mandat. in fine, nec quicquam,* inquit, *in eorum adminiſtratione neglectum, ac declinatum culpa vacuum eſt.* Quibus verbis leuiſſima etiam culpa coërcetur, non eſt enim culpa vacuum factum, quo vel hæc continetur.

Vltima vero diſtinctionis pars parum cōſtat, diſcrimen enim illud quod interpretes fingunt inter procuratorem ad lites, & eum qui alijs rebus, ſeu negotijs gerendis præficitur, vt diuerſa ab vnuquoque culpa præſtetur, nullo iure probatur, quoniam in omni procuratore, qui mandatu domini res alienas adminiſtret, vel negotia gerat, culpam leuiſſimam Cæſares præſtari volunt *in dicta l. à procuratore 13. C. mandat.* Quæ cum ipſi non diſtinguant, inutilis eſt ab interpretibus inuenta

uenta diſtinctio. *l. de pretio. 10. cum vulgat. ff. de publicia in rem actio.* Pet iniquum enim eſſet, vbi ſola diligentia deſideratur, eam non adhiberi, eum ſæpe res ſuas domini parum diligentiæ ſuæ, ac peritiæ fidentes alijs pertractandas committant. *l. 1. §. penult. ff. de procuratorib.* vbi late ſcribentes *princip. titul. 5. part. 3.*

162 Nec obeſt Saliceti obiectio, quam Maynerius protulit *in præſen. num. 53.* procuratoris inueniendi difficultatem proponentis, ſi is vtique ſciret leuiſſimam ſe culpam præſtaturum. Is etenim, qui opem, & operam amico minus forſan diligenti, vel impedito exhibet, induſtriam ſuam pollicetur, & ſane obligationem ſuam noſſe debuit; quare nulla ipſi irrogatur iniuria, etiamſi ad leuiſſimam culpam obligetur, quamuis Cagnolus *in præſen. numer. 29. & 30.* ex Decio & alijs in mandato dolum, & leuem ſolam culpam venire contendat quia mandatum ſuſcipiens ſe peritum, non peritum, non peritiſſimum adſerere viſus eſt, licet ex eo aliquando ad leuiſſimam teneatur, quando ſe peritiſſimum iactauit, cuius diſtinctio *ex d. l. à procuratore, & alijs* corruit.

163 Sed in directa mandati actione aliquandò à mandatario leuiſſima culpa non præſtatur, quando ſcilicet ita nominatim conuenit, contractus enim, inquit Vlpianus noſter, ex conuentione legem accipiunt. *l. iurisgentium 7. §. quinimo cum mille ſimilib. ff. de pact.* vel quando alterius contractus ſpeciem redolet, vt ſubrogatum ſubrogati naturam ſapiat. *l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautionib.* verbi gratia, ſi merces intercedat, quæ ſalarium honotarium non ſit, quod an, quibus, & quando debeatur? recte diſputat Anton. Natta *conſil. 376. lib. 2.* qua in ſpecie mandatum ad inſtar locati cenſetur. *l. 1. in fine, ff. mandat. §. vltim. Inſtitut. eodem titul.* vel ſi ſimul adminiſtratio, & cuſtodia committatur. Procuratoris enim ſtrictior obligatio ex altera relaxatur cum alijs caſibus, quos *ſupra* ad depoſitum retuli, cæteris etiam contractibus communes.

164 In contraria vero mandati actione leuiſſima culpa venit, quoniam mandatum plerumque mandantis gratia contrahitur ex regula dictæ *l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodat.* cuius receptiſſimæ ſententiæ author eſt Bartolus *in dicta l. quod Nerua. 32. num. 31. parum poſt princip. ff. depoſit.* & alibi paſſim motus deciſione *l. ſi ſeruus communis. 63. § quod vero, ff. de furt.* & ex Bartolo probat Gotofred. *in dicto. § quod vero, verb. mandantis culpam.* Vnde poſt alios Anton. Natta *conſil. 137. numero 3. libr. 1. & conſil 376. à numero 4. libro ſecundo* mandantem mandatario de caſibus teneri contendit, quos potuit etiam diligentiſſimus præuidere.

Conſequenter ſequitur in litteta tex- 165
tus noſtri diuiſim relata commodatum, cuius à depoſito, & precario differentia iam ſupra conſtitit, & à mutuo proponitur à Conna. *lib. commentar iur. 7. c. 3. num. 1.* quam ante eum in noſtra effigie conſiderauit Iuſtinian. *in § item is cui Inſtitut. quib. mod. re contrahi. obligat.* Caius *in l. 1. §. ii vero, qui vtendum, & vtrobique* interpretes, *ff. de obligationibus. & actionib.*

Qua in diſputatione Vlpianus nihil ferme hæſitatione dignum, aut difficile inueniri exiſtimat *in l. 1. §. 1. ff. commodat.* ideo breuem de ea diſcurſum conſtituam ſupponens imprimis, commodatum gratia commodatarij
plerumque iniri. Quod vel ipſa nominis 166
æthimologia demonſtrat, commodatum enim dici, quaſi *ad commodum vtentis datum* docent Azo *in ſumma. C. commodat. nu. 1.* Bernar. *in c. vni ſchol. 1. eodem titul. l. 1. verſicul. commodatum tit. 7. part. 5.* & mihi quoad nominis æthimologiam verior videtur, quam illa Feſti Pompeij commodatum eſſe dicentis, quaſi *cum modo datum*, ex qua communiter noſtrates commodatum definiunt teſte Pichar. alios referente *in §. item is cui. n. 15. Inſtitut. quib. mod. re contrah. obligatio.*

Quæ tamen definitio formam commodati principaliter, non proprietatem dictionis explicat, licet ex illa incidenter declaretur. Nam cùm commodatum ad certum vſum, vel tempus tradatur, vſus hic commodatarij, niſi aliud actum ſit, vtilitatem reſpicit. Contractus itaque huius natura eſt, vt commodum ad accipientem principaliter ſpectet.

Hanc vt conſulti explicent volunt, ex ge- 167
nerali Vlpiani regula *in dicto §. nunc videndum,* in directa commodati leuiſſimam eum leui, & lata culpa puniri ex Vlpiano *in præſen. & in dicto § nunc videndum. Commodatum autem,* inquit, *plerumque ſolam vtilitatem continet eius, cui commodatur, & ideo verior eſt Quinti Mutij ſententia exiſtimantis, & culpam præſtandam, & diligentiam*, cui concinit Caius *in l. in rebus 18. ff. commodat.* talem diligentiam ad commodatas deſiderans, qualem diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet. *l. 1. §. ii vero qui vtendum, ff. de obligationibus. & actionib. dicto §. item is cui, Inſtitut. quib. mod. re contrahitur. obligat. dicto c. vnico de commodat. l. 2. titul. 2. part. 5.* quam ſententiam *vbique paſſim* ſcribentes admittunt.

Porro Bartol. *in dicta l. quod Nerua. 32. nu.* 168
35. ff. depoſit. quoad culparum præſtationem commodatum à depoſito differre non putat, niſi in eo, quod depoſitum plerumque

depo-

deponentis gratia, commodatum accipientis vtilitatem reſpicit, quem ſecutus eſt Cagnol. *in præſen. num. 35.*

Quare conſulti generaliter depoſito latam culpam, commodato leuiſſimam etiam accommodant, ijs quæ communiter accidunt, ſuas deciſiones applicantes. *l. nam ad ea 5. ff. de legib.* vnde Cagnolus in commodato diſtinctionem in depoſito præhabitam commodati propriam efficit, primam partem ſuperiori concluſioni accommodans prout edixerat conſultus *in dicto §. nunc videndum, c. vni. de commodat l. 2. titul. 2. part. 5.* ibi, *E ſi non lo ficieſe aſsi. ſi ſe murieſe, o ſe empeoraſe por ſu culpa, o por deſcuydamiento, tenudo es de pechar otra tal coſa, e tan buena a aquel, que gela preſto.*

169 Secunda pars diſtinctionis erit, cum commodatum commodantis ſolius gratia celebratur, in quo dolus dumtaxat, & illi finitima culpa coërcetur. *l. ſi vt certo. 5. §. interdum, l. ſi mei cauſa. 12. ff commodat. dicta l. 2. partita verſicul. La tercera cauſa es* poſt alios Connan. *libr. commentar. iur. 7. c. 3. num. 9.* prædictum §. *interdum*, qui de prætore ludos edente, ac ſcænicis ornamenta commodante loquitur ad quemcumque ex magiſtratibus extendens, ad quorum laudem ex Budæo à ſe relato ludorum adparatus ſpectabant.

Ex quo §. *interdum in fine*, ibi, *vel ipſi prætori quis vltro accommodauit*, & Accurſ. ibi *verb. vltro* interpretes idem iuris in eo cenſent, qui vltro non rogatus, nec requiſitus rem ſuam alteri commodat, vt accipiens dolum, & latam culpam ſolam præſtet.

Sed Connan. *vbi ſuprà*, contra eos mauult, ne vltra caſum, quem conſultus expreſſit limitato prædicta locum habeat. Quod vt probet, rationes multas, argumenta, veterumque loca adducit, quibus vltro rem ſuam alij offerens peioris, quam is, à quo eadem petitur conditionis eſſe non debet, immemor ſane *dicta l. ſi mei cauſa. 12.* illiuſque rationis, videlicet iniquum eſſe eum qui accipit, id quod ſua forſan non intereſt, ad leuiſſimam culpam ad inſtar eius, qui ex re commodata vtilitatem percipit obligari.

Quibus de cauſis generalis concluſio *ex eo §.* deducta, vbi nulla vtilitas accipientis dirigitur adeo eſt ab omnibus recepta, vt nemo alius, quem viderim, Connano adſentiat, pro communis autem ſcribit Cagnol. *in præſen. à num. 15. ad 39.* exemplum ſponſi ornamenta ſponſæ, concedentis, vt ad ſe magis compta ducatur, ac decorata incedat varijs coloribus ornans, de quo etiam *in dicto §. interdum. l. 2. verſic. Eſto ſeria. titul. 2 part. 5.* Connani tamen ſententia defendi poſſet, quoties accipienti potius quam domino vtilitas ob rationem ab eo ſignatam generali regu-

la. d. §. nunc videndum, magis conſentaneam ex rei commodatæ vſu cedit.

In eadem cauſa eſt is, qui rem commodatam ſeruo, vel famulo commodantis dedit, vt ad dominum portaret. *l. cum qui. 10. §. vlt. cum duab. ſequentib. ff. commodat. l. 4. vbi* Gregor. Lop. *verb. de buen recabdo* conſona iura retulit *titul. 2. part. 5.* fidem enim illius ſerui dominus ſecutum eſſe aduertit Connan. *dicto c. 3. num. 9. parum poſt med.* vt hac in ſpecie re perempta, dolum tantum, & latam culpam commodatarius luere teneatur. 170

Tertia vero eſt diſtinctionis pars, ſi commodatum vtriuſque gratia fiat, vt tunc accipiens, ſi res commodata pereat, vel deterior fiat, latam, & leuem culpam, non etiam leuiſſimam præſtet. l. *in rebus 18. verſic. At ſi vtriuſque ff. commodat. At ſi vtriuſque*, Caius ait, *veluti ſi communem amicum ad cœnam inuitauerimus, tuque eius rei curam ſuſcepiſſes, & ego tibi argentum commodauerim.: Scriptum quidem apud quoſdam inuenio, quaſi dolum tantum præſtare debeas, ſed videndum eſt ne & culpa præſtanda ſit? vt ita culpa fiat æſtimatio, ſicut in rebus pignori datis, & dotalibus æſtimari ſolet. l. 2. verſic. La ſegunda manera, tit. 2. part. 5.* 171

Quo in loco Accurſ. *verbo ſolet*, quem cæteri ſequuntur, & alij plures, quos refert Gregor. *in d. l. 2. partita verb. proprias*, leuem culpam in hac effigie præſtandam cenſent, quamuis contra ſentire videatur dicta regia. *l. 2.* quæ poſt ſeriem dicti *verſic. at ſi vtriuſque* tranſcriptam, hæc verba ſubijcit: *E de tal preſtamo, como eſte, o otro ſemejante del, decimos, que aquel, que lo recibe, no es tenudo de guardarle mas, que faria las ſus coſas proprias.*

Ex quibus verbis ardua præſens quæſtio redditur, maxime cum Bernard. cuius magna eſt authoritas *in c. vni. ſchol. 2. verſic. ſi vero gratia vtriuſque de commodat.* Latam culpam ſolam præſtari iudicet, nec *in dicto verſicul. at ſi vtriuſque* ſatis conſtet, quæ culpa præſtanda ſit, cum id interrogatiue, non adfirmatiue recitetur.

Verum ex his communem ſententiam improbare non poſſum, cum conſidero generalem *in dicto §. nunc videndum* Vlpiani regulam quam Caius immutaſſe cenſendus non eſt. *c. cum expediat. 29. ac ſimilib. de electio. lib. 6.* imo prædictam ſpeciem obſcurius aliquanto recitaſſe.

Nec me ab hac ſententia deijcit regiæ legis deciſio, quæ conſulti ſpeciem refert, eius ſententiã clarius exponens, nec placet Gregorij ſententia hunc ſpecialem caſum exiſtimantis, quam prior Accurſ. *in dicta l. in rebus verb. ad ſi vtriuſque videtur adnotaſſe*, quamuis ſi recte inſpiciatur, communi potius ſententiæ fauet diſtinctionẽ hanc in mandato non admittenti. Cuius

Cuius authoritate propoſita indiſtinctè cõſtituo accipientem in ſpecie noſtra ad leuem culpam teneri, quod vtique lex regia non negat ſiquidem in rebus alienis eamdem, quã in proprijs curã non adhibere, vbi doli ſuſpicio ceſſat, puta, ſi non ea deficiat, quam communis hominum natura deſiderat, *ex praactis ſupra.n.55.ſ.ex que ſequentib.* lata culpa nõ eſt, ſed leuis, quam hac de cauſa in commodato vtriuſq; gratia inito præſtari oportet, vt repetitæ §. *nunc videndum*, regulæ ſatisfiat.

172 Eadem ratione, ſi merces in commodato interueniat, leuis culpa præſtanda eſt. *d.l. ſi vt certo.5.§. nunc videndum. verſic. quod ego ff. commodat.* ad inſtar locati in cuius locum ſubrogatur *d.l. ſi eum.10.§. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionib.* quod latius in depoſito ex alijs diximus *ex n.98. ad* 106.

173 In contraria vero commodati actione regulariter ex Bart. *in dicta l. quod Nerua* 32 *nu.*31. *ff. depoſiti* doli, & latæ culpæ ſolius ratio habetur. *l. ſi ſeruus* 22. *ff. commodat. l. ſi ſeruus.*31. *in fine. ff. de pignorati. actio. l.6. tit.2. part.5.*

Quam ſententiam impugnat Connan. *in d.l.7.c.3.n.6.* in hac actione doli ſolius præſtationem admittens conſultorum verbis innixus, qui cum ſecundum eum ſcientem dominum damnent, ignorantiam, quantumuis ſupinam, & negligentem excuſaſſe videntur, nefas enim eſſe, inquit, vt ex beneficio quis, quod alteri ſponte largitur, damnum ſentiat, præſertim vbi accipientis culpa verſaretur. Nec ab hac ſententia diſſona videtur *dictæ regia l.6.* deciſio, quæ prædicto Pauli reſponſo conuenit, in qua tunc demum commodans, ſi ſerui commodati vitium, quod vtique nouerat, accipienti non aperuit.

174 Sed Connani obiectio non adeo valet, vt ob eam Bartoli, & aliorum communis ſententia damnanda ſit. Nam eo etiam tenente, lata culpa in contractibus dolo proxima eſt, doli verbo continetur, & in doli crimen vel ex eodem Connano venit, ex quo, Zaſio, & alijs *ſuperius n.60.* ſupinam in contractibus ignorantiam nulla excuſatione dignã comprobauimus, ne ipſius prætextu doli quiſquã crimen à ſe amoueat, vt ea nullo iure commodantem defendat.

Quare vbi commodatum accipientis ſolius gratia fit, ſicut plerumque ſolet in contraria commodati actione præter dolum lata culpa: At vbi ad vtriuſque vtilitatem factum eſt, leuis: Vbi autem commodantis ſolius vtilitas verſatur, leuiſſima etiam coërcetur, vt in his omnibus ſuperiori regulæ *ex d. §. nunc videndum*, deductæ fiat ſatis.

175 His de culpis præhabitis breuis erit caſuum ad hunc contractum ſpectantiũ commemoratio, nec de ijs agam, quæ lata diſputatione *ſuperius* in depoſita cognita ſunt, & generaliter in calce repetitionis huius cognoſcentur, ne res eadem ſæpius inculcetur. Veluti ſi mora doli vel culpa caſum præceſſerit, ſi ita conuenerit, de quibus *in d.c. vni. de commoda.* ſi mutui naturam ſapiat, ſi aduerſus conuentionem quicquam actum ſit. *l. eum qui* 10. *in princ. ff. commod.* cuius rei exemplum adeſt in *dicta l. ſi vt certo.5.§ ſed interdum. ff. eod. tit.* in qua commodata res alij vſui, quam conuenit applicata accipientis periculo perit.

176 Sed inter alia quæſtio ſeſe offert diſputanda non vulgaris, nec *alibi ſuperius*, tacta. An, ſi res commodata æſtimata ſit, præſtari etiam caſum oporteat? quam proponit, ac definit Vlpian. *in dicta l. ſi vt certo.5.§. nunc videndum, Et ſi forte*, inquit, *res æſtimata data ſit, omne periculum, præſtandum ab eo, qui æſtimationem ſe præſtaturum recepit.*

Ex qua deciſione Accurſij ſententiam late examinat Bartol. *ibidem à n.4. & in l.1.§. vlt. ff. de æſtimator. actio.* vbi poſt longam diſputationem an, & quando ex æſtimatione contractus in venditionem transfundantur? vt periculum caſusue fortuitus ab accipiente præſtetur, deſcendit ad illos, in quibus cum dominium in accipientem non tranſeat, veluti in depoſito, commodato, & ſimilibus, in venditionem transformatio non cadit, & probat Accurſij doctrinam, vt in quibus leuiſſima culpa præſtatur, fortuitus caſus addendus ſit, ſecus vbi leuis, cui leuiſſima ex prædicta æſtimatione ſecundum eos adiungetur.

177 Verum vtriuſque ſententiam improbam cenſet Connan *dicto. lib.7.c.3. num.7.* verbum illud *periculum* vltra leuiſſimam culpam extẽdi nolens cui accedit Gotofred *in d.§. nunc videndum, verb. periculum*, lata poſt alios diſputatione Fachin. *lib. controuerſiar. iur.2.c.70.* Nec mirum ita ſenſiſſe Connanũ, qui æſtimationem fieri cenſet, nõ vt ius nouum conſtituatur, ſed vt certum ſit rei commodatæ pretiũ, ſi forſan cõtingat eam dolo, culpa, aut negligentia eius amitti, cui commodata eſt, vt æſtimata quantitas præſtetur, nec de illius rei pretio amplius in iudicio cõtrouertatur, aut iureiurando in litem opus ſit.

178 Quamuis autem hæc videatur ſubtilis cõſideratio, Bartolo tamen, & communi libentius adhæreo, maxime quoad hunc commodati contractum, tum ex rationibus ab eodẽ Bartolo conſideratis, tum ex eodem Connano *vbi ſupra*, qui cum ſuam ſententiã pro viribus defendiſſet, limitationem hanc illi ſubſcribit. *Quando vero is, qui accipit commodato, de æſtimatione rei conuenit, recipitq; æſtimationem ſe præſtaturũ, ni rem reſtituerit, ea caſu aliquo perempta, cum iam non poßit eam reſtituere, ex pacto ſuo*

tenetur ad æſtimationem. Hactenus Connanus,
qui verbis hiſce *dicti* §. *nunc videndum verſic. &*
ſi forte effigiem depinxiſſe mihi viſus eſt. Quid
enim æſtimatio expreſſe facta prodeſſet? niſi
ea re quomodocumque perempta pretium
exigi poſſet, quam obligatus iam reddere
non valet. Pactum vero, cuius cauſa quis
ad æſtimationem re perempta tenetur, in
ſpecie illius textus expreſſe factum littera
ipſa oſtendit, *qui æſtimationem*, ait Vlpianus, *ſe*
præſtaturum recipit, eſtq́ue communis omnium
concluſio emptionem æſtimatione fieri, vt
interitus periculum præſtet accipiens. *l. æſti-*
mata. 52 *ff. ſoluto matrimon. l. plerumque* 11. *ff. de iu-*
re doti. l. quoties. 5. *C. eod. tit. l.* 1. §. *æſtimatorum. &*
§. *æſtimata. C. de rei vxor. actio. l.* 17. *&* 18. *titul.* 11.
part. 4. poſt alios Surd. *deciſio.* 35. *num.* 11. *deciſ.*
257 *à num.* 1. *deciſio.* 287. *num,* 22. Faehin. *libr.*
controuerſiar. iur. 2. *c.* 71. *verſicul. quartum ex l.*
æſtimata. & verſicul. ad quartum ex l. æſti-
mata.

179 Aduerſam vero expoſitionem contextus
ille non patitur. Cum enim in commodato
Quinti Mutij ſententia probata eſſet exiſti-
mantis, & culpam præſtandam, & diligen-
tiam, adiungitur ſequens verſiculus *& ſi forte*,
qui cum ſeparata oratione recitetur, noui ali-
quid conſtituit, ne ſuperflua in ea lege verba
inueniantur, cuius ſententia paucioribus ex-
primi poſſet, prout Senecæ, & aliorum teſti-
monijs comprobat Roland. *conſil.* 61. *n.* 1. *&* 2.
lib. 3. Etenim ſi probata Quinti Mutij opinio
in ſequenti periodo locũ haberet, breuius, &
clarius vno verborum contextu diceretur. *&*
ſi res commodata æſtimata ſint. Maxime *in præſen-*
ti ſpecie, qua leuiſſimam culpam conſultus
coërcendã teſtatur vt periculi ex æſtimatione
ſuſceptio caſum ex communi ſententia com-
plectatur, quem lata diſputatione probat
Carroc. *de depoſ. tit. de caſu. à num.* 102.

180 Quod vel ipſe Vlpianus docet, cum ſtatim
illum in commodato ſimpliciter facto ad-
uerſatiua dictione, *vero*, non præſtari iudicet
in verſic. Quod vero ſenectute, morbo & cætera. Idq́;
iterum Vlpianus confirmat in *l.* 1. §. *vlt. ff. de æ-*
ſtimator. actio. Aeſtimatio autem, inquit, *periculum*
facit eius, qui ſuſcepit. Aut igitur rem ipſam debebit
incorruptam reddere, aut æſtimationem, de qua con-
uenit. Hac enim deciſione conſultus in ma-
teria noſtra verbi, *periculum*, vim, & poteſtatẽ
explicat, vt res incorrupta reddenda ſit, aut
æſtimatio, ſiue illa culpa, ſiue caſu intereat.
Quod generalis verborum conceptio expli-
cite ſignificat.

181 Vnde diſtinctiones, quas interpretes fa-
ciunt, vt ęſtimatio aliquid ſolummodo prin-
cipali contractui addat, veluti ſi res depoſita
æſtimata ſit, leuis, vel denique leuiſſima cul-
pa, non etiam caſus præſtetur, prout Accurſ.
conſiderat. *verb. periculum in d.* §. *nunc videndũ*,
iure mihi non probantur. Conſulti enim tã-
tum dicunt, in æſtimatoria actione periculũ
ab accipiente ſuſcipi, vt ſi res incorrupta non
reddatur, eius æſtimatio præſtanda ſit, nullũ
ab hac vniuerſali regula caſum excipientes.

Quare vtcumque ſit, ex æſtimatione rei pe- 182
riculum omne in accipientem tranſire adfir-
mo *ex iuribus, & interpretibus ſuperius n.* 178. *in fi-*
ne congeſtis, ſiquidem hæc æſtimatio commo-
do accipientis cedit, qui nedum ea re vti po-
tuit, ſed & illius pretium in pecunia numera-
ta adipiſci legibus contractus huius dominiũ
non transferentis nequaquam adſtrictus, cũ
ad eiuſdem rei reſtitutionem non obligetur,
ſed ad ipſius æſtimationem dumtaxat, ſi res
perierit, vel incorrupta reddi nõ poſſit. Quæ
omnia in cauſa ſunt, vt contractus quicum-
que hac æſtimatione adiecta ad inſtar mutui
iudicetur, cuius natura redolet, cum ex eo,
quod quis æſtimatam quantitatem ſoluerit,
à reſtitutione liberetur.

Non negauerim, Connani opinionẽ ali- 183
quando veram fieri poſſe, verbi gratia, ſi ex
conuentione adpateret, ad nihil aliud æſti-
mationẽ factam, quam, vt pretium certum
noſceretur, ſi forſan culpa illa, quam contra-
ctus reciperet res ab accipiẽte amiſſa fuiſſet,
poteſt enim ad excuſanda iurgia, & iuramen-
ta in litẽ, vt Connanus ait, qui rem ſuã alteri
ſponte commodat, vt ei beneficium impar-
tiatur ſibi conſulere, nolẽs euentum litis, qui
merito incertus iudicatur, expectare.

Ideo ſemper inſpici oportet, quorſum æ- 184
ſtimatio facta ſit? vti conſiderat Duaren. *in*
commentar. ad tit. de commoda. c. 8. *cod.* 3. *verſ. com-*
modatarius autẽ ex l. plerũq; 11. *ff. de iure doti.* Cõ-
muniter tamen vbi actio æſtimatoria locum
habet caſum præſtandum cenſeo, licet forſan
in praxi Bartoli ſententia admittatur.

In vendito Vlpianus docet, & dolum, & 185
culpam præſtandã eſſe *d. l. ſi vt certo.* 5. *ff. nunc*
videndum, verſ. ſed vbi. ff. commod. l. quod ſæpe. 35. §.
ſi res ff. de contrah. empt. Talis, inquit Caius, *cuſto-*
dia deſideranda eſt à venditore, qualem bonus pater-
familias ſuis rebus adhibet. l. 2. §. 1. *l.* 3. *l. ſi vendita.* 11.
ff. de peric. & commo. rei vend. in hæc verba. *Quã-*
obrem ſi venditor eam diligentiam adhibuiſſet in in-
ſula cuſtodiẽda, quam debent homines frugi, & dili-
gentes præſtare, ſi quid accidiſſet, nihil ad eum perti-
nebit. l. eum qui 14. *in princ. ff. de furt.* §. *cum autem,*
verſ. neque culpa, vbi Accurſ. & cæteri, *Inſtiut. de*
emptio. & venditio. l. 23. *tit.* 5. *part.* 5.

Quæ iura conſulti ratione nituntur *in d.* §.
nunc videndũ, ſiquidẽ contractus hic vtriuſque
contrahentis gratia iniri ſolet emptoris, qui
rẽ accipit, venditoris, qui pretiũ. §. *item pretiũ,*
Inſtit. de emptio. & vendit. l. 1. *cum ſimilib. ff. de con-*
trahen. emptio. & *vtrobique* interpretes.

Sed

186 Sed huic concluſioni obeſt, imprimis conſulti deciſio *in l. cuſtodiam. 3. ff. de peric. & commo. rei vend. Cuſtodiam autem*, Paulus inquit, *venditor talem præſtare debet, quam præſtant ij, quibus res commodata eſt, vt & diligentiam præſtet exactiorem, quam ſuis rebus adhibet.* Cum enim in commodato accipiens de leuiſſima etiã culpa teneatur, eodem iure venditorem cenſet.

Cui difficultati ſatisfacit Accurſ. *in d. l. cuſtodiam* Pauli verba ad commodatum referẽs vtriuſq; gratia initum, in quo accipiẽs leuem dumtaxat culpam præſtat *d. l. ſi vt certo. 5. §. interdum. ff. commod.* idque *in d. l. cuſtodiam.* tacite videtur ſenſiſſe Gotofred.

Quæ tamen ſolutio difficilis redditur ex eiuſdem Pauli verbis, *vt & diligentiam præſtet exactiorem, quam ſuis rebus adhibet.* Quam deciſionem ibidẽ Accurſ. *ſchol. vlt.* in eo ſolũ obtinere voluit, qui cum diligentior in ſuis rebus tempore contractus fuiſſet, eam in venditis non adhibebat.

Ego tamen in eo illam legẽ intelligerem, qui in ſuis non adeo diligens erat, ſicut ſolẽt frugi patres familias. Speciales enim caſus decidendi conſultis proponebantur, quibus illi facti ſerie inſpecta reſpondebant. Quod omnino fateri oportet, venditor enim leuẽ, non etiam leuiſſimam culpam præſtat.

Qua re pro vera conſtituta probabilis efficitur, & ſubtilis ſecunda Accurſij ad Paulũ expoſitio, quam Bald. *in d. l. cuſtodiã*, ad æquiparationes, & ſimilitudines ſtatutorum notabilẽ putat, vt talem diligentiam præſtari à venditore oporteat, qualem commodatarius præſtat, non tamẽ ex illo Euangelij loco, *eſtote perfecti, ſicut & pater veſter, qui in cælis eſt*, hæc enim ſimilitudo par eſſe nullatenus poteſt, cũ perfectio Dei infinita ſit, & inacceſſibilis.

187 Sed his adhuc repugnat Caius *in d. l. 2. §. vl. ff. de peric. & commo. rei vend. & puto*, inquit, *eam diligentiam venditorẽ exhibere debere, vt fatale dãnum, vel vis magna ſit excuſatũ*, vel, prout in vulgatis codicibus legitur, *eum excuſet.* Quo loci cum caſus dumtaxat fortuitus excuſetur, culpæ omnes *ex ſuperius adnotatis num.* 119. & 150. videntur comprehenſæ.

Sed his argumentis concluſionis cõmunis veritas elidi non debet, quam *vbique* conſulti defendũt, quare vltra huius actionis terminos in qua vtriuſq; & emptoris, & venditoris vtilitas vertitur, ea diſpoſitio extendẽda non eſt, vt abſurdum euitetur. *l. nam abſurdum. 7. ff. de bonis libertor.* ex Barto. & alijs Paul. Pariſ. *conſ. 71. n. 59. lib. 3.* Quod veluti notum prædictam difficultatẽ, ſi qua eſt, omittentes ſic ſcribentes explicant. Fatale autem damnũ quod leuiſſima culpa venditoris acciderit, non quod leui eum excuſabit vt hoc in ſenſu deciſio illa intelligenda ſit.

Reſtat ſcrupulus, quem licet interpretes 188
parui pendant, ſilentio indignum iudicaui. Communi enim ſententiæ à venditore dolũ, & culpã, non etiam caſum præſtandum eſſe, aduerſa eſt communis altera traditio, periculũ cuiuſq; rei ad dominũ ſpectare. *l. ſi creditor. 4. l. ſi nulla. 7.* l. *pignus. 9. C. de pignor. actio.* cũ alijs iuribus, quæ refert Petr. Dueñas *reg.* 203.

At rei dominium ante traditionẽ emptor 189
adipiſci non videtur. *l. traditionib. 20. C. de pact. §. vendita, Inſt. de rer. diuiſ.* cum aliis iuribus, quæ ad idẽ poſt alios refert dominus & auus meus Ioan. Matien. *in* l. 7. *ſchol. 6. nu. 7. tit. 11. lib. 5. recopilation.*

Quam difficultatem vt interpretes auel- 190
lant, venditionẽ, perfici volunt, ſimul, atque de pretio cõuenerit, vel vbi inſtrumenta tradita ſint, *princ. & §. 1. Inſt. de emptio. & vendit.* cum alijs iuribus, quæ *ibidẽ* Accurſ. aduocat, Connan. *lib. comment. iur. 7. c. 3. nu.* 10. Ant. Gomec. & Couarru. quos in ſuis locis refert Pichard. *in §. cũ autem, Inſt. de emptio. & vendit.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in dicta* l. 7. *ſchol. 6. n. 13. & 14.* niſi ea conditionalis ſit.

Perfecta vero venditione re nondum tra- 191
dita venditorem certæ ſpeciei debitorem effici dicunt. *l. ex empto. 11. ff. de actionib. empt. § pretium ad fin. Inſtitu. de emptio. & venditio.* l. 19 *tit. 5. part. 5.* qui ſpecie ſine ſua culpa perempta liberatur. l. *quod te mihi. 5. ff. ſi cert. petat. l. ſi ex legati cauſa. 23. ff. de verb. obligat. l. 18. & 19. tit. 11. part. 5.* quam regulam ornat Ioan. Gratian. *reg.* 217.

Quæ ſententia indiſtincte procedit, ſiue 192
debitor ſit dominus, ſiue non, dum tamẽ ad eam alteri tradendam nulla exceptione obſtãte compelli poſſit, ſicut in præſenti ſpecie, in qua cum exempto pura venditione facta ſtatim emptor agere poſſit, vt res vendita ſibi tradatur. *l. in omnibus. 14. ſupra hoc tit. cum ſimilibus ibidem* ab Accurſio *enunciatis. l. 12. tit. 11. part. 5.* rem ipſam habere videtur, l. *rẽm in bonis 52 ff. de acquiren. rer. domin. l. qui actionem. 15. ſupra hoc noſtro titul.*

Ex quibus perſpicua redditur communis 193
ſententia, vt fortuiti caſus periculum ad emptorem ſpectet, niſi dolo, venditoris, lata vel leui culpa, ad quam ipſe *ex præadductis iuribus tenetur*, res perierit, vel deterior facta ſit.

In emptore autem nullam video conſide- 194
rari poſſe culpam, quia certæ ſpeciei debitor non eſt, ſed pretij, quod in numerata pecunia conſiſtere opus eſt. §. *item pretium cum ſimilib. Inſtitut. de emptio. & venditio.* quod ex Veroio, & alijs *ſupra n. 118. in fine*, genus ſubalternum diximus.

Contractibus præcedentibus ſuccedit pi- 195
gnoris acceptio, in cuius actione directa pręter dolum, & latam culpam leuem etiã præ-

 ſtan-

ſtandam Vlpianus ait, cuius deciſioni conſonat. *l. ſi cum venderet.13.§.vltim.l.ea igitur.14.l.ſi ſeruos.25.ff de pignorati.actio.l.creditor.7.C eodem tit.l.1.§.ſi creditor.ff.de obligation.& actionib.§.vltim.inſtit.quib.mod.re contrahi.obligat. creditor quoque*, ait, *qui pignus accepit re obligatur, quia ipſe de ea ipſa re, quam accepit, reſtituenda tenetur actione pignoratitia. Sed quia pignus vtriuſque gratia datur & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quò magis ei in tuto ſit creditum, placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendã exactam diligentiã adhibeat, quã ſi præſtiterit & aliquo caſu fortuito rẽ amiſerit ſecurum eſſe, nec impediri creditũ petere.* Hactenus Iuſtinianus, ex cuius verbis confirmatur deciſio Vlpiani *in dicta l ſi vt certo.5.§.nunc videndum.verſic ſed vbi.ff.commoda. l.20.titul.13 part.5.* poſt alios Duar. *in commentar.ad titul.de pignorati.actio.ca.5. in princip.* præter ordinarios interpretes *in dictis locis* Anto. Neguſanct. Phanenſ. *de pignor.7.part.3.membro n.4.* Balduin. *in eodem tract.c.vltim. ad med.*

196 Hæc tamen limitanda ſunt in pignore ex conuẽtione oblato, ſecus in iudiciali, vel prætorio, vt interpretum voce vtar, in hoc enim dolus dũtaxat, & lata culpa præſtatur. *l.prætor ait.9 §.eſt præterea.ff.de bon authorit.iudic.poſsidẽ. & adparet*, inquit Vlpianus, *eum non teneri, quia dolo malo caret, eritque melior eius conditio, quam in pignore creditoris, qui non tantum dolũ malum, verum culpã quoque debet.* Ex quò textu, & Bart. *in l.1.ff de pignorati.actio.* ita diſtinxit Philip. Dec. *in præſen.n.32.in fine.* Igne. *n.30.* Accurſij, & Cini teſtimonijs vſus.

197. Verum, ni fallor, miſſio in poſſeſſionẽ, de qua *in dicto § eſt præterea* à pignoris acceptione longè differt. Ideo quã prædicti conſiderant differentiã inter pignus, quod ipſi aiũt, conuentionale, & iudiciale iniquã eſſe, nec ex conſulti verbis deduci arbitror? Quod cũ conſiderasset additio ad Dec. *vbi ſuprà*, cauẽdum conſulit, ne iura hæc extra propoſitam ſpeciem intelligantur: *etenim*, ait, *quomodo cumque, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium omnimoda res pignori accepta cuſtodia committatur, leuis culpa præſtanda eſt.*

Aliter namque ſi miſſio in poſſeſſionem pignoris eſſet acceptio, generaliter ſatisfactũ non eſſet prædictæ Vlpiani regulæ *in dicto verſic.ſed vbi.* Quod vt confirmet *in dicto c. vlt.* rationem differentiæ inter vtrumq; proponit. Nam ſcilicet in miſſione in poſſeſſionẽ, de qua cõſulitus *in dicto §. eſt præterea* creditor inuitus qui pecuniæ ſibi debitæ ſolutionem mallet, pignus accepit ob rei contumaciam, ad quam puniendam ſufficit, vt dolus, eique finitima culpa ſola ab accipiente præſtetur.

198 Sed adhuc difficilis redditur concluſio noſtra *ex l.ſi cum venderet.13.§.vltim.ff.de pignorati.actio. venit autem*, inquit, *in hac actione & dolus, & culpa, vt in commodato, venit & cuſtodia, vis maior non venit* quem textum perperam Accurſius de lata, & leui dumtaxat culpa intelligit, cum verbum cuſtodia plus aliquid, quam culpa operari debeat.

Qua conſideratione deſtruitur eiuſdem Accurſij reſponſio dicẽtis in actione pignoratitia dolum, & culpam venire, ſicut in cõmodato vtriuſque gratia facto, vel non eamdem, cum in ſpecie noſtra contrariũ reſponderint Imperatores *in l ſicut.19. C. de pignorib.* ſicut aiunt, *vim maiorem pignorum creditor præſtare non habet neceſſe, ita dolum, & culpam, ſed & cuſtodiam exhibere cogitur.*

Qua deciſione motus Cuiaci. *l.obſeruation.19.c.24.* quem ſequitur Gotofred. *in dicto §.vltim.& in dicta l.ſicut*, aliter hanc difficultatẽ aperit, ſupponens, pignoris oblationẽ accipientis dumtaxat gratia fieri poſſe, veluti ſi roganti amico, vt ſibi decem mutua darem, illa daturus eſſem, quamuis mihi pignus oblatum non eſſet. Hic enim nulla vtilitas ex parte debitoris vertitur, quia non eò magis ex pignoris oblatione pecunia reddenda eſſet, cum tamen creditoris interſit mutuam pecuniam magis, ac magis in tutum redigi. Qua in ſpecie ad inſtar commodato accipientis creditor obligatur, vt etiam leuiſſimam culpam præſtet. 199

Quod vltra eos vtriuſq; textus relati *ſuperius* mihi ſeries apertè probat. Dicit enim Vlpianus in hac actione generaliter, & dolum & culpam venire. Quã orationẽ puncto claudi opus eſt, vt ſequẽtibus verbis caſus pignoris commodato ſimilis definiatur, in quo ſola vtilitas accipientis vertitur. Quod clarius deducitur ex lege codicis in ijs verbis, *ita dolum, & culpam*, quæ regulariter ſolent in pignoratitia actione venire, *ſed & cuſtodiam*, quæ præſtanda eſt cum ſolius accipientis gratia pignus traditur. 200

Quod è conuerſo teſte vbi ſupra Cuiatio. confirmat Caius, *in dicta l.in rebus commodatis.18.§.1.ff.commoda.* licet enim in cõmodato accipiẽtis vtilitas plerumq; attẽdatur, quando tamen vtriuſq; gratia initur leuis dumtaxat culpa ad inſtar pignoratitiæ actionis coërcetur, *dicta l.in rebus.§.1.vt ita*, Caius ait, *culpæ fiat æſtimatio, ſicut in rebus pignori datis. & dotalibus æſtimari ſolet.* 201

Omitto fortuitorũ caſuum diſputationẽ, de quibus *in l.quæ fortuitis.6.C.de pignorat.actio.* ac *ſuperius* ad depoſitum diſputauimus, *inferiusque à n.289.* longior ſermo habebitur. 202

Illam itẽ quæſtionem omittendã decreui vtrũ creditori opus ſit probari, fortuito caſu damnum contigiſſe, vt à culpa immunis habeatur? Qua in re laborat Igne. *in præſen.n.31.* in materia incendij late Farinac. *in praxi criminal* 203

mina

*minal.3 part.tit.12.de var. & extraordinar.criminib.quæſt.*110.*à num.*41.*ad*100.*incluſiue*, & in ſpecie furti *lib.5.tit.17.de furt.quæſt.*169 *à n.*12.

204 In contraria vero actione pignoratitia culpæ reus non poteſt effici debitor, cum genus pecuniæ ſubalternum, non vtique certam ſpeciem debeat ex ijs, quæ *ſuperius n.*194. ad emptionem adnotauimus.

205 Nunc locati materia tractanda ſeſe offert, in qua & dolum, & culpam, non etiam leuiſſimam venire Vlpianus *in præſenti* ſtatuit, & *in dicta l.ſi vt certo.*5. §.*nunc videndum verſic. ſed vbi ff.commodat.* ex regula generali, quam propoſuerat, cum contractus hic contrahentis vtriuſque gratia celebretur.

Verum plura inueniuntur iuriſconſultorum reſponſa Imperatorum ſanctiones, ac regiæ partitarum leges ſibi inuicem pugnantia, quæ omnia, vt varia ſint interpretum placita efficiunt. Alij namque in locati, vel cõducti actione exactiſſimam diligentiam deſiderant, alij leuem culpam dumtaxat præſtandam volunt, alij mediam conſtituunt ſẽtentiam, vt aduerſas duas ſuperiores concilient, hanc ad res, quæ vtendæ locari ſolent, illam ad operas, quas homo ſuas locat, referentes, teſte ex alijs Farinac. *in dicta quæſt.* 110. Res quidem per difficilis eſt, nec ſatis explicita, quare concluſionibus illam expunere operæ pretium viſum eſt.

206 Sit prima concluſio, locator actione ex conducto tenetur conductori rem indemneam præſtare, vt ab eius vſu nullo caſu expellatur, prout ex multis deciſionibus *titul.ff. & C.locati* probat Donel.*de iure ciuil.lib.*13.*c.*7. etenim ſi conductor ab eius vſu fortuito caſu, qui præuideri, aut impediri à locatore nõ potuit, expulſus ſit, periculum ad locatorem pertinet, ne mercedem accipiat, ſiue vt acceptam pro rata reſtituat. *l.nos videamus.*8. *l. ex conducto.*16.§.*vis maior. l.ſi vno anno.*17.§.*vbi tamen.l.ſed ædes.*21.§.*ſi quis cum.l qui inſulam.*35 *ff.locat.l.licet.*3.*C.eod tit.l.propter ſterilitatem.*3.*eodem ipſo tit.l.*22.*&* 23.*tit.*8.*part.*5. cum per multis alijs iuribus, quæ refert Surd.*deciſ.*326. *num.*14.16.*ac deinceps.part.*1.

207 Quòd ſi expulſionem locator impedire potuit, præter amiſſionem mercedis in id, quod intereſt conductoris rei locatæ vſu priuatum fuiſſe, damnatur *l ſi fundus* 36 *ff.loc. l.*21. *tit.*8.*part.*5. Surd. quam plures adferens, vt alios omittam *deciſ.*131 *nu.*1.*deciſ.*201.*n.*5.*ac deciſ.*326.*nu.*25.26.27.*&* 35 *part* 1.

208 Culpam autem hanc locatoris dupliciter conſiderat Donel. *d.c.*7.*col.*4.*in fine, verſ. culpa locatoris æſtimanda eſt.* Alteram quæ ad vitia rei locatæ ſpectat, quæ cum ſciret locator, vel ſcire debuerit, ſi conductorẽ eorumdem certiorem non fecerit, aduerſus eum actio in id quod conductoris intereſt ipſi conceditur, *d.l.ſed ædes.*21.§.1.*dicta.l.ſi fundus.*36.*ff.loc.* Alterã quæ circa rerum præſtationem, & indemnitatem verſatur, nempe, ſi à locatore, vel alio, quem locator impedire potuit, factum ſit, quominus conductor vti frui poſſit.

Sed quænam iſthæc culpa ſit, quam locator conductori præſtat? dubium adhuc, & incognitum eſt mihi; Accurſij autẽ ſententia *in l.ſi merces.*28.§.*qui columnam, verb.diligentiſſimus.ff.loc.* quam defendunt ex Alciato, Carroc. & alijs Petr.Surd.*deciſ.*111.*nu.*12. Ant.Pichard.*in* §.*qui pro vſu.n.*4.*&* 5. *Inſt.locat.* in propoſita ſpecie veriſſima mihi viſa eſt, vt culpa dumtaxat leuis à locatore præſtanda ſit, quia vtriuſq; intereſt, & locatoris, qui mercedẽ, & conductoris, qui rem vtendam fruendã accipit, eiuſdẽ vſum conductori concedi ex generali Vlpiani regula *in d.*§.*nunc videndum.* 209

Nec aduerſum conſulti ſentiunt, vbi de culpa locatoris agũt. Imprimis enim pro hac ſententia Vlpianus proponitur *in d. l. ſed ædes.* §.1. *Si quis*, inquit, *dolia vitioſa ignarus locauerit, deinde vinum effluxerit, tenetur in id, quod intereſt, nec ignorantia eius erit excuſata, & ita Caius ſcripſit, aliter atque ſi ſaltum paſcuũ locaſti, in quo herba mala naſcebatur. Hic enim, ſi pecora vel de mortua ſunt, vel etiã deteriora facta, quod intereſt, præſtabitur, ſi ſciſti, ſi ignoraſti penſionẽ non petes.* Ecce differentia inter locata dolia & ſaltũ paſcuũ, vt in ea ſpecie locator vitij doliorum ignarus damnũ reſarciri cogatur, in hac ſciens dumtaxat, quam confirmat regia *l.*14.*tit.*8.*part.*5. 210

Cuius quidẽ differentiæ ratio eſt, quoniã 211 dolij vitiũ quicumq; diligens paterfamilias noſſe debuit, & ſane noſceret. *d.l.*14.*par.* quod in emptione probat Pompon. *in l.tenetur.* 6.§. *ſed ſi vas.ff.de action.empt.* Cũ enim vſus eius frequens ſit, & hac exploratione ad humorem capiendũ vti ſemper homines ſoleant, culpa quidẽ ſaltim leuis erit, vitiũ iſtud ignorare. At in ſaltu paſcuo ſecus, vbi herba mala denuo naſci poteſt, quã cum pauciſſimi homines agnoſcant in leui culpa non eſt huiuſce vitij ignarus, maxime ſi pecora inibi paſta nullo morbo vexata fuiſſent. Forſan tamen leuiſſimæ culpæ reus dici aliquãdo poſſet, qui herbæ vitium ignorauit, quod peritiſſimus & diligentiſſimus præuidiſſet. Quam differentiæ rationem ex Baldo colligit Greg. Lop. *in d. l.* 14.*ſchol.*1.*tit.*8.*partul.*5. breuius Connan. *libr. commentar.iur.*7.*c.*11.*num.*17.

Alterum exemplũ Donel. proponit *d. c.* 4. 212 *col.*4.*in fine*, vſusfructuarij, qui domũ ad quinquennium locauit. Nam ſi conductor in ea ſumptus fecerit, quaſi quinquennio integro habitaturus, ad hos præſtandos vltra penſionem, quam accepit, locator adſtringitur, ſi à domino locatio præcedens impedita fuerit.

Verum exemplum iſtud dolum potius reſpicit, quem vſufructuarius in hac longæua locatione conſulto admiſit. *l. ſi quis domum. 9. §. 1. verſic. ſi quis domum. 9. §. 1. ff. locat. Decepit enim*, ait Vlpianus, *conductorem.* Alia exempla adduci poſſent, ſed quia res hæc probatione non eget, & plura narrat Connan. *vbi proxime. n. 16.* in eis recenſendis amplius non immorabor.

213 Secunda ſit concluſio. Conductor inuicem locatori ex locato tenetur in id, quod ſua culpa perierit, vel deterius factum ſit. *l. in iudicio. 8. C. locat. §. qui pro vſu. Inſtitut. cod. tit. l.* Farinac. poſt plures alios à ſe relatos *in praxi criminal. 3. part. tit. 12. de var. & extraordinar. criminib. quæſt.* 110. *n.* 18. *cum ſex ſequentib.*

Sed non ſibi ſatis conſtant interpretes in explicatione culpæ huius, quam locatori conductor præſtare tenetur, prout ex alijs omnibus à ſe relatis late adnotat Farinac. *dicta quæſtio.* 110. *ex num.* 20. *ad* 33. Nec miror ſane, cum hac de re conſulti varia videantur ſcripſiſſe, niſi eorum deciſiones attente perpēdantur.

214 Vlpianus in *dicta l. ſi vt certo 5. §. nunc videndum. verſicul. ſed vbi, ff. commodat.* in locato, vel conducto leuem duntaxat culpam venire voluit, quia is contractus ad vtriuſque ex contrahentibus commodū pertineat. Quod & videtur *in præſenti* indiſtincte probare. Cuius deciſione ductus hanc defendit opinionem Accurſ. *in d. l. ſi merces. 28. §. qui columnam verb. diligentiſsimus. ff. locat.* ſuperlatiuum illud pro comparatiuo accipi putans, quam expoſitionem *ſuperius num* 209 *ac præcedente* relati ſecuti ſunt, & plures alij, quos referunt Surd. *deciſio. 87. à num. 7. deciſ. 131. n. 12. part. 1.* Farinac. *dicta quæſt.* 110. *n.* 19.

215 Sed nouiores interpretes rem aliter explicant, vt in conducti actione leuiſſima etiā culpa puniatur, ita Donel *libr. 13. de iure ciuil. c. 8* Connan. *dict. lib. 7. c. 14. n.* 18. poſt innumeros à ſe relatos Farinac. *dicta quæſt.* 110. *à n.* 25. *ad* 30. qui pro hac ſententia multa iura inducunt, quam, niſi fallor, expreſſim confirmat regia. *l. 7. tit. 8. part. 5* Mādamos, inquit. *que quāto quier, que fuere fallado en verdad, que ſe empeoraſe por ſu culpa, o por ſu negligencia, que lo peche todo a bien viſta del judgador del logar, e de los hommes buenos, que ſaben de labor de tierra.* Nihil aliud ſignificant ea verba, *por ſu culpa, o ſu negligentia*, quam leuiſſimam etiam culpam præſtari oportere. *l. iudicio. 8. C. locat. in iudicio*, inquiunt Cæſares, *tam locati, quam conducti dolum, & cuſtodiam, non etiam caſum cui reſiſti non poteſt, venire conſtat.* Cuſtodia vero diligentiam exactiſſimam ſignificat leuiſſimæ culpæ contrariam *ex adnotatis ſuprà num.* 64. licet *in ea lege* Accurſ. eam ad rei cuſtodiam referat.

Cuius interpretationi obſtat etiam Iuſtiniani deciſio *in d. §. qui pro vſu*, vbi ea diligētia in rerum locatarum cuſtodia deſideratur, quam diligentiſſimi patres familias ſuis in rebus adhibent. 216

Nec pro Accurſio facit expoſitio verbi *diligentiſsimus*, vt pro diligentiore habeatur, ex qua à verbis legis receditur, & diuerſus, quā ſenſerit Iuſtinianus, culpæ gradus exprimitur. Nec alia inuenitur ex prædictis interpretibus deciſio, quæ id expreſſe velit. Imo vero *in l. qui mercedem. 43. ff. loca.* opinionem Accurſio aduerſam Caius fouet.

Quod & alijs exemplis confirmant Connanus, ac Donelus *vbi ſupra.* is enim, cui res locata eſt, in ſe cuſtodiæ periculum ſuſcepiſſe videtur, quam cum debeat, merito omnem culpam præſtat. *d. l. qui mercedem. 43. l. cum in plures 63. §. veſtimenta. ff. loca. cum alijs*, & in eo qui non gratis, ſed mercede re interueniente rei debet cuſtodiam, verum, & indubitatum cenſuit ex aliorum, quos adfert teſtimonijs Farinac. *dicta quæſt.* 110. *num.* 29. idem in eo *num.* 30. probans, qui gratis debet ex regula, quam ipſe proponit ab omnibus generaliter admiſſa ex cuſtodia promiſſione culpam in cuſtode præſumi, quamuis, *num.* 31. ex alijs verius adferat leuiſſimam culpam non deberi ab eo, qui gratis cuſtodiem recipit, niſi diligentiſſimam promiſerit cuſtodiam vt *in num.* 32.

Verum hæc in re Accurſij, & ſequacium ſententia vera eſt, quoniam iniquum, ac diſpar eſſet, vt conductor de leuiſſima culpa teneretur, cum locator leuem tantum præſtet, & pariter vtriuſque interſit ex generali regula *dicti. §. nunc videndum*, niſi expreſſe, vel tacite ſit promiſſa cuſtodia teſte ex alijs Farinac. *dicta quæſt* 110. *num. 29. cum tribus ſequentibus*, vel ratione officij, vt in nauta, caupone, ſtabulario, & his ſimilibus, de quibus *in 5. concluſione infrà num.* 222. Actio enim ex locato principaliter prodeſt, vt res domino poſt locationis tempora reſtituatur, licet incidenter hac de cauſa rem cuſtodiri opus ſit ab eo, qui vtendam accipit. *l. in naue Saufeij. 34. in fine ff. loca.* 217

Ad hanc autem ſententiam comprobandam, iudicio meo inutiles ſunt Accurſij euaſiones, leges enim, quibus, tamquam contrarijs diuerſa reſpondet ſpeciale ius conſtituunt *ex infrà dicendis.* Nec aliud volunt iura à Donelo, & Connano inducta, ſiquidem his exceptis in alijs omnibus caſibus leuis, non leuiſſima conductoris culpa punitur, veluti ſi malos homines locator in domum induxerit, quorum cauſa detrimentum res locata accepit. *l. videamus 11. ff. locati* cum alijs iuribus, & interpretibus, quos, vt id probet,

bet, recenſet Farinac. *in praxi crimina. 1. tom. 1. partis titul. 3. de delict. & pœn. quæſt. 24. num. 91. cum trib. ſequentib.* vel ſi in odium locatoris ab ipſius inimicis rei damnum eſt illatum. *d. l. ſi merces. 28 § culpa autem. ff. loca.* Bartol. Alberic. Salicet. Iodoc. Bonifac. Maſcard. Caroc. & alij, quos enumerat Farinac. *dicta quæſt. 110. nu. 64. & 69* quod limitat tamen *num. 70. & 71.* quando inimicitia conductoris culpa contracta non eſt, idem ſentiens in damno ab inimicis locatoris dato *numero 65.* quod ex alijs probat Surd. *deciſio. 326. n. 26.*

218 Miror equidem, Hugonem Donelum in conductore diligentiam ſagaciſſimi hominis deſiderare ex contractuum perpetuo iure, in quibus vtriuſque ex contrahentibus vtilitas vertitur *lib. 13. de iure ciui. cap. 8. parum poſt princip.* cũ in his Vlpianus expreſſim leuem, non etiam leuiſſimam culpam admittat, *dicto § nunc videndum. l. in naue Saufeij. 34. ad fin. ff. loca.* Connan. *dicto lib. 7. ca. 11. numer. 10. & 11. in princip.* ſed cum Donelus leuiſſimam à leui differre non putet; forſan eam venire adſerit quæ in faciendo ſit, licet ea leuiſſima fuerit.

219 Ad dictam. *l. in iudicio. 28. ff. loca.* quæ ſola generaliter diſponit in locato cuſtodiam præſtandam præter Accurſij reſponſionem, quæ vera eſt, illud *ex iam notatis adiungitur*, quamcumque negligentiæ notam ad doli differentiam à conſultis conſtitutam, leuem culpam præſeferre, Quare cum Imperatores *ibi* dolum, & cuſtodiam præſtandam adſeruerint, leuem intelligunt, ne impropria omiſſo medio ſit eorum elocutio.

220 Tertia ſit concluſio. Qui pro cuſtodienda re locata mercedem accepit, leuiſſimam etiam culpam præſtat. *l. qui mercedem. 43 ff. locat.* is enim cuſtodiam vere promittit, quam omnino. & ſemper ab eo inexcuſabiliter adhiberi oportet, vt culpam etiam leuiſſimam præſtet, quam ſententiam Ioannis authoritate tenuit Accurſ. *in dicta l. in iudicio. verb. cuſtodiam in fine dicta l. qui mercedem* deciſione motus, in qua iterum hanc partem tuetur, quem *ibidem* cæteri omnes ſequuti ſunt Farinaci. permultis alijs adductis *in praxi crimina. 3. parte titul. 12. de var. & extraordinar. criminib. quæſtio. 110. numero 29. cum tribus ſequentib.* Idemque iuris eſt, quoriens ad conductorem ſolum præcipuum commodum ſpectat ex eodem Farinac. *vbi proxime num. 27.*

221 Quarta concluſio. Quoties res vtenda datur, quæ facile infici, vel frangi poteſt, niſi ſumma adhibeatur diligentia, puta veſtimenta pretioſa, vel alia huiuſmodi leuiſſimam etiam culpam conductor præſtare cogitur, *dicto §. qui pro vſu inſtitut. locati l. 8. titul. 8. parti. 5.* late Cagnol. *in præſen. num. 45. & 46.* Iniquum eſſet, vt quis aliena re vti velit, & damnum, quod ſæpe contingere quacumque deſidia ſolet, domino non lueret.

Quæ quidem ratio, ac deciſio in iure ſingularis eſt, & adeo parum intellecta, vt nullum ex interpretibus inuenerim, qui generaliter prædictum §. *qui pro vſu* non exponat littera illius inuerſa, vel, ſi mauis, vanis coniecturis non recte ſatis explicita ſuperlatiuo in poſitiuum *diligens* tranſlato. Quam expoſitionem ab Accurſio excogitatam, omnes *ſuperius* adducti ſequuntur, Gregor. *in d. l. 8. verb. quanta pudieſſe. titul 8. parti. 5.* Barbo. *in prælud. ad l. ſi mora. 10. num. 44. tom. 2. ff ſolut. matrimon.*

Sed falluntur iudicio meo, cum in vtraque iuris cæſarei deciſione exactiſſima etiam diligentia verbis expreſſis requiratur, prout agnouit *vtrobique* Accurſ. Gregor. *in dicta l. 8. verb quanta pudieſſe* ex Azone, quem refert iura hæc ad diligentiſſimum in ſuis, qui eandem in columnæ tranſportatione, vel veſtium cuſtodia diligentiam non præſtitit, referendam arbitratus id *ex verbis dictæ legis regiæ* probari adſerens. Quæ tamen iudicio meo contrariam ſententiam probant. *Mas ſi el,* inquit, *pſieſſe guarda, quanta pudieſſe en leuar aquella coſa, o ſe quebrãtaſe por alguna occaſion ſin ſu culpa, eſtonce non ſeria tenudo de lo pechar.* hæc enim diligentia, à qua culpa omnis abeſſe deberet etiam leuiſſimam in diligente, vel diligentiſſimo pariter includit, prout *latius ſuprà n. 19. & 156.* expendimus.

222 Quinta concluſio, Qui ex officio ſuo aliquid faciendum ſuſcipiunt, damnum reſarcire tenentur, quod culpa quacumque ſua contigerit. veluti fullo, qui poliendà, ſarciendaue veſtimenta accepit. *l. item quæritur. 13. §. ſi Gemma, & §. ſi fullo. l. ſi merces. 28. §. qui columnam, l. cum in plures. 63. §. veſtimenta. ff. loca. §. item ſi fullo inſtitut. quib. mod. re contrahi. obliga. l. 8. 10. & 12. titul. 8. part. 5.* idemque iuris eſt in nauta, caupone aut ſtabulario, quamuis pro cuſtodia mercedem non accipiant. *l. nauta 5. ff. nauta caupones, & ſtabular. l. 26. & 27. titul. 8. part. 5.* Farinac. & alij, quos *ſuperius* retulimus *numer. 136. verſicul. quod generaliter obtinet.*

223 Sexta concluſio, Qui operas ſuas locat, induſtriam ſuam pollicitum videri ex Paulo Caſtrenſi tenet Gregor. Lop. *in l. 17. verb. manera quier parum ante finem titu. 8. part. 5.* Quem ideo is caſus dumtaxat liberat, qui ſine vlla culpa ſua etiam leuiſſima contigerit. *l. qui operas. 41. ff. locat.* ex alijs Cagnol. *in præſen. num. 45.*

Hinc infertur reſolutio quæſtionis An cuſtos ouium, aliorumue pecorum, ſiue gregum teneatur domino in id omne, quod ſua culpa acciderit? Quæ adfirmatiue communiter adprobatur, prout videre licet apud Carrocium *de depoſi. 1. parte titul. de culpa depoſitar. numer. 22 & 23.* qui fundamentis Cornei contrariam ſententiam adprobantis ſatisfacit in ſuæ comprobationem inducens. *l. cum ita legatur. 33. § ſpecies. ff de legat. lib. 2.* Sed melius eam confirmat regia. *l. 15. titul 8. part. 5. vbi* Gregor. *verb. ſi recibiere Soldada*, & *verb. ſi probare, aliiſque illius legis ſcholijs* alia pro ea iura inducit.

224 Ex præactis ſubinfertur quæſtio, opus, quod auctione locatum eſt, antequam à domino approbetur cuius periculo pereat? de qua re lite ſatis interpretes agunt *in l. opus. 39. l. ſi prius. 40 ff. locat. l. 15. titul. 8. part. 5.* ex his iuribus. Alciat. *lib. parergon 6. ca. 28.* locationis auctione, quam ipſe aduerſionem legendam indicat, ſignificationem, proprietatem, & effectum edocet. Connan. *dicto lib. 7. cap 11. à num. 5 ad 11.* Donel. *dicto lib 13. cap. 9. colum. 3. verſic. altera ſpecies ex eodem genere vſque ad finem.*

225 Ad dotis dationem deſcendamus, quam alijs conſequenter Vlpianus *in præſenti* adnumerat. In qua generali Vlpiani eiuſdem regula attenta in *dicta l ſi vt certo 5. §. nunc videndum verſicul. ſed vbi. ff commodat.* & dolus, & culpa præſtantur, non item leuiſſima, quia contractus hic vtriuſque gratia fit, & vxoris, pro qua dos promittitur, & viri, qui eam ad onera matrimonij ſupportanda ſuſcipit.

Quæ veriſſima concluſio comprobatur *in l. etiam. 18. l. ſi filio. 26. §. 1. ff ſolut. matrimon. l. in rebus. 17. ff. de iure doti. l. 18. in fine titul. 11. parti 4.* Barboſa. plures alios referens *in dicta l. ſi mora. 10. numer. 35. in fine. 36. & 37. ff. ſolu. matrimon.*

226 Quod adeo verum eſt, vt nec leuis culpa, quam is contractus recipit, marito condonetur, *l. Pomponius att. 6. ff. de pact. dotalib.* Cuius anguſta interpretatio ab Accurſio inuenta, vt pacti huius prohibitio locum non habeat vltra culpam dolo proximam non omnino mihi tuta videtur, cum conſidero doli verbo latam culpam contineri, *dicta l. quæſitum. 8. §. illud tamen cum ſimilib ff. de precar.* vt hac de cauſa videatur conſultus voluiſſe aliquid vltra dolum, quo & lata culpa exprimitur, marito condonari non poſſe, cum pactionem illam improbet, ex qua ſolum dolum à marito præſtari conuenit, nubentium vtilitatem reſpiciens. Quam ſententiam vel ipſe Accurſius probat *in l. ſi filio. 26. §. 1. verſicul. & culpa*, quem omnes ſequuntur. *ff. ſolut. matrimon.*

Sed has duas opiniones conciliat Ioan. Campeci. *de dote parte. 2. quæſt. 64.* vt ſecunda locum habeat in pacto conſtante matrimonio inito, prior poſt illud ſolutum. Quæ tamen diſtinctio vniuerſali Pomponij reſponſo dotis fauorem reſpicienti aduerſa videtur.

Ab huius textus intellectu pendet expoſi- 227
tio. *l. vnica. §. cum autem in exactione dotis, C. de rei vxor. actio. l. vltim. titul. 11 part. 4.* vbi maritus vltra quam facere poſſit in exactione dotis non conuenitur, propter reuerentiam ipſi debitam, niſi dolus adſit, vel præceſſerit, ex eo enim illa non attenditur.

Cuius legis difficultas in antynomiam 228
cum ſuperiore verti videtur, cum in illa nec leuis culpa marito condonetur, in hac deficiente dolo maritus vltra quam poſſit facere, non conueniatur ex veriore ſententia, quam poſt longam diſputationem ex Accurſio, & alijs contra Nicolaum quemdam, quem refert in hac ſpecie doli verbo latam quoque culpam contineri defendit Campeci. *de dote. 4. parte, q. 263 & 264.*

Vtriuſque tamen deciſionis diuerſa eſt ratio, primæ quam conſultus ſignat, nempe nubentium vtilitatem, ac dotis fauorem, cuius priuilegium aliis præponitur. *l. inter pares. 38. ff. de re iudica. c. vltim. cum ſimilib. & vtrobique* interpretes *eod. titul.* poſt alios Su. d. *deciſio. 298 num. 7. parte. 1.* Cuius fauoris cauſa conſtante adhuc matrimonio, ſi bona vel dotem vxori maritus diſſipauerit, vt eius ſubſtantia reddendæ doti inſufficiens fieri videatur, imo eo nulla ex his cauſis ad inopiam vergente, antequam id periculum eueniat, iure vxor poſtulat, vt ſibi dos reddatur. *l. ſi conſtante. 24. in princip. ff. ſoluto matrimon. l. 29. titul. 11. part. 4.* Anton. Guibert. Coſta poſt alios à ſe relatos *de dotib. capit. 6. numero 1.*

Quoniam iniquum eſſet, vt in cauſa adeo 229
pia, & fauorabili leuis mariti culpa nullum ſibi damnum adferret ex iniqua, & verſuta conuentione, cum & diligentiſſimus eam in dotalibus, quam in ſuis rebus teneatur adhibere diligentiam *dicta l. in rebus. 17. ff. de iure doti.* vbi fauor hic præcipue attenditur cum tamen generaliter *ex late actis ſuprà* verior ſit ſententia, hanc leuiſſimam culpam eſſe, ne propria cuique diligentia noceat, niſi ex indicijs, & probabilibus argumentis dolus eſſe vel præſumptus conuincatur, quod ex Accurſio & alijs à ſe adductis ſic adnotat Ioan. Campeci. *de dote. 2. parte, quæſt. 73. & 82.*

Nec ex hac Pauli deciſione, & altera 230
Vlpiani *in dicta l. ſi conſtante. 24. § ſi maritus. ff. ſolut.*

ſolut. matrimon. iure interpretes colligunt, maritum tempore acceptæ dotis negligentem de leui culpa non teneri, ſi eam in dotalibus, quam in ſuis diligentiam adhibuerit, cui ſententiæ accedunt Bald. Fulgoſ. & alij, quos refert Petr. Barbo. *in prælud. ad dictam l. ſi mora. 10. n. 40. in fine.*

Nam vt ipſe *num.* 41. aduerſus eos docet, licet in rebus dotalibus exactiſſima à marito, in ſuis diligentiſſimo ob dotis fauorem diligentia exigatur, argumentum tamen à contrario ſenſu abſonum eſſet, in quo nedum dotis fauor detraheretur, imo expreſſe aduerſus illum ſtatui opus eſſet. Quare in rebus ſuis væcors, ac ſupinus eadem negligentia in dotalibus vtens punitur. *dicto §. ſi maritus. quamuis enim,* ait Vlpianus, *diligentiam vxor eam demum ab eo exigat, quam rebus ſuis exhibet, nec plus poßit. Attamen ſæuitia quæ in proprijs culpanda eſt, in alienis coërcenda eſt, hoc eſt in dotalibus,* ex quo textu idem *ibi* Accurſius colligit, & *præſenti*, atque *alibi paßim* Petr. Faber, Alexand. Igne. & alij, quos refert Barboſa *dicto num.* 41. qui eam conſtanter defendit.

231 At in dicto. §. *cum autem l. maritus. 13. l. ſi maritus. 44. l. maritus. 51. ff. ſoluto matrimon. l. vltim. titul. 11. part.* 4. merito expreſſum eſt, vt tenerentia marito habeatur, ſi is ſoluendo non ſit, etiam ſi culpa ſua pauper ſit effectus, cautione adhibita, vt dotem reſtituat, vel partem, quam reſtituere non potuit, ſi ad ditiorem peruenerit fortunam, dum tamen dolus malus abſit, qui bonæ fidei contractibus hoſtis eſt, nec in eorum vllo *ex latius infrà dicendis* remitti poteſt. Quod in ſpecie Accurſius conſiderat *in dicto §. cum autem verb. verſatus eſt,* & *ibi* Gotofred.

Quærit tamen Ioan. Campeci. *de dote. 4 parte, quæſt. 263. & ſequent.* Nûm priuilegium hoc mariti ob latam culpam amittatur, quæ doli verbo continetur? poſt longam tamen diſputationem negat, tum quoniam iura hæc animum fraudandi in marito requirũt, tum, quia pœna priuationis huiuſce beneficij locum non habet, niſi expreſſe à lege imponatur, quicquid contra ſentiat Nicolaus quidam ab eo adductus. Cuius expoſitio verior forſan in puncto iuris videri poſſet, cum doli verbo in contractibus latam etiam culpam comprehendi cõmunis ſit, & indubitata ſententia, de cuius comprobatione *ex num. 34. ad 42.* & iterum *ex nu. 78. ad 83. ſuprà latius* actum eſt nec hanc ſpeciem quiſquam à præ dicta regula exceperit.

Sed an beneficio huic maritus renunciare poſſit? duplex eſt communis ſententia vna alteri contraria, quas proponit idem Campeci. *dicta 4 parte quæſt.* 246. negatiuam præferens *ex dicto §. cum autem*, niſi huic renunciationi iuramentum adijciatur, Quod in propoſita ſpecie ſeruandum adſerit *quæſtio.* 247. plures alias quæſtiones circa hoc mariti priuilegium. *num.* 50. & 51. adijciens.

232 Cæterum vbi mora, dolus, culpa, vel pactio præceſſerint, quæ in depoſito notata ſunt, huc adijci oportet. Quæ Igneus *in præſen. n. 42. & 43.* Cagnol. *à n. 56. ad 61.* hac in parte late diſputant.

Quæ tamen omnia in dote inæſtimata locum habent, ſecus ſi æſtimata tradita ſit, æſtimatio enim emptionem facit, vt ad maritum poſt traditionem factam periculum omne etiam interitus transeat. *l. plerumque 10. vbi* Accurſius iura ſimilia enumerat *ff. de iure doti.* Quam diſtinctionem in Variis ſpeciebus faciunt regiæ leges. 18. *& quinque ſequentes titul. 11 part.* 4. Conſtantin. Roget. *in tractat. de dote, tota quæſt.* 11. Anton. Guiber. Coſta *eod. tractat. cap. 5. nu. 11. & 13.* cum aliis quos refert Sned. *deciſio. 257. num. 1. & ſequentibus ac deciſio. 287. num. 22. part.* 1. Parlador. *in ſeſqui centu. differen.* 126. diximus *in l. 1. num. 141. ff. de minorib.*

233 Sequitur conſequenter ſcire, quam culpam tutela capiat? Quoniam attenta Vlpiani regula *in d. l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndũ. ff. commoda.* videbatur tutor dolum dumtaxat, & latam culpam præſtaturus, ſiquidem totum illius officium in ſingularem pupilli vtilitatem vertitur teſte Bart. *in dicta l. quod Nerua 32. n. 33. ff. depoſi.*

234 Verum cum officium iſtud induſtriam deſideret. *l. ſcire oportet. 21. §. penulti. ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his*, minoreſque, quibus educandis, & eorum bonis recte gerendis tutores præficiuntur. *l. 1. ff. de minorib. vbi* nos *ex alijs numer.* 9. ob ætatis imbecillitatem, ac defectum, quid agant, neſciant, vel ſaltem, quid ipſis expediat, non ſatis apte norint, quibus ob ſuam facilitatem ex quacumque læſione in integrum reſtitutio conceditur, rationi conſentaneum eſt, vt tutorum, vel curatorum ſuorum culpabilis deſidia ipſis non officiat.

235 Qua ratione attenta diuerſa commentantur interpretes. Alii leuem dumtaxat culpam à tutore præſtari volunt, hodie maxime apud nos cum & tutoris interſit huius officij ſuſceptio, cuj decimam redditũ pupilli adſignat regia. *l. 2. titul. 7. lib. 3. fori* de cuius materia late Gaſpar Baeza, *integro tractat. de decima tutori iure Hiſpanico præſtanda* quam legem ex aliis meminit Iacob. Menoch. *conſil.* 228. *n. 51. l. 3.*

236 Alij exactiſſima diligentia opus eſſe cogitant, & vtriuſque ſententiæ non inutiles rationes

tiones adferri poſſunt. Huius ſane ratio exemplo confirmari poteſt eius, qui aliena negotia gerenda ſuſcipit. *l. 2. ff. de negot. geſtis* atque in procuratore *ſuperius* conſtitit, nam, cum tutor pupillo detur, vt eum præcipua quadam cura, & ſtudio tueatur, in eo à fortiori negotiorum geſtoris, & procuratoris ratio præualebit.

237 Quare nedum de male actis, ſed etiam de neglectis tenetur teſte ex alijs Caualca. *in tract. de tuto. & cura. n.* 118. Baeza *de decima tuto. præſtan. c. 2. n.* 106.

238 Conſulti autem adeo minorum cauſis fauent, prout ex Decio, & alijs notat Canalcanus *proxime* adductus, *numer.* 120. vt ob ſegnitiem, vel negligentiam tutoris, cui culpa quælibet tribui poſſit, eum remoueri à tutela, vel cura iure cenſeant. §. 1. *in fine inſtitut. de ſuſpect. tutorib. l. in poſtulandis. 7. C. eod. titul. l. 3. §. vltim. ff. eod. l. vltim. titul.* 18. *part.* 6. ex aliis Cagnol. *in præſen. à n. 61. ad* 66. Baeza *in dicto c. 2. ex num.* 139.

239 Nec minorum bona alienari patiuntur, niſi tutoris authoritas, ac iudicis decretum interueniat. *l. magis puto. 5. §. non paſſim. ff. de rebus eorum qui ſub tute. vel cura ſunt. l. ob æs.* 12. *cum ſimilib. C. de præd. minor.* diximus late *in l. 1. numero 5. cum duob. ſequentib. ff. de minor.*

240 Et ſane tutor in officio ſibi commiſſo ab eo, qui aliena negotia gerit, diſpar non eſt. *l. quicquid. 7. C. arbitr. tuto.* cum alter abſentis, & indefenſi perſonam repræſentet, alter nedum abſentis; ſed & illius, à quo intellectus, & conſilium abeſt, qui ob ætatis defectũ perfecte omnino contrahere non poteſt, nec iudicio intereſſe. *l. 1. C. qui legitimam perſonam cum ſimilib. atque ibi notatis.*

241 Qua de cauſa ſaltim vbi tutor rectam adminiſtrationem rerum minoris eſt pollicitus, ad leuiſſimam culpam præſtandam cogitur, vti ex Decio, Ruino, & alijs probat Caualcan. *vbi ſuprà numero* 120. indiſtincte vero culpam etiam leuiſſimam, quæ in faciendo ſit, præſtandam fore adſerit à tutore Donel. *lib. de iure ciui. 15. capit. 20. in princip.*

242 Verumtamen in aduerſam ſententiam, vt in tutela præter latam culpam leuis quoque, non etiam leuiſſima veniat, communi ſuffragio interpretes conſentiunt. Quos iuuat Imperatorum deciſio *in dicta l. quicquid. 7. C. arbitr. tute. quicquid,* aiunt, *tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, ſeu curatoris minores amiſerint, vel cum poſſent, non acquiſierint, hoc in tutelæ, ſeu negotiorum geſtorum vtile iudicium venire non eſt incerti iuris. l. 1. in princip. ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. l. generaliter. 10. l. ſine hærede. 32. l. à tutoribus. 33. ff. de adminiſtratio. tutor. l. 15. in fine, titul.* 16. *part.* 6. Decian. alijs adductis *conſil. 85. num. 27. lib. 2.* Roland. *conſil. 49. num. 36. cum duob. ſequentib. lib. 1.* Baeza *de deci. tuto. præſtan. c. 2. nu.* 146. Caualcan. *de tuto. & curato. num.* 111. 119. *& paſſim alibi.*

Sententia vero hæc ex eo probatur, nam, licet tutoris officium induſtriam deſideret. *d. l. ſcire oportet. 21. §. penulti. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his,* cum tamen ſponte non ſuſcipiatur. *l. tutori. 20. c. de negot. geſt.* Bartol. *in dicta l. quod Nerua. 32. numer. 36. ff. depoſi.* imo vero tutela onus ſit, à quo non excuſatur, qui legitimas cauſas, vt ab eo ſe ſubtrahat, non allegauerit *toto titul. ff. C. & inſtitu. de excuſationib. tutor. titul. 17. part.* 6. ideo tutelæ actio leuem, non etiam leuiſſimam culpam admittit, & diligentiam illam, quam tutor ſeu curator rebus ſuis exhibere ſolet, *dicta l. 1. ff. de tutel. & rationib. diſtrahend.*

Qua in re tutelæ cauſa ſimilis eſt dationi 243
doris, licet Donel. *dicto lib. 15. c. 20. verſicul. ſed animaduertendum, & l. 16. c. 7. colum. 15. verſicul. de tutela* traditum à veteribus ex *dicta l. 1. & ſimilibus* velit latam tantum culpam in tutela coërceri, & leuem, quæ in faciendo ſit, non quæ in omittendo.

Cuius ſententia ex indiſtincta leuis culpæ incluſione vera non videtur *dicta l. quicquid.* 7. in verbis *ſcholio proximo ſuprà* recitatis. *d. l. 1. in omnibus,* conſultus ait, *quæ fecit tutor, quæ facere non deberet, item in his quæ non fecit, rationem reddet hoc iudicio præſtando dolum, & culpam, & quantam in ſuis rebus diligentiam.*

Vnde colligitur hanc, quam & antiqui interpreres commiſcuntur, differentiam inter leuiſſimam quæ in faciendo ſit, & in omittendo, vt hæc non præſtetur, illa puniatur, iniquam eſſe, quippe quæ nullo iure probetur, cum generaliter potius vnamquamque culpam huius diſcriminis nulla mentione facta conſulti præſtandam definiant. Quod ita conſiderat ex alijs Ioan. Campec. *de dote. 2 parte, quæſtio. 71. verſic. ex prædictis habes notare,* Cagnol. *in præſent. toto. numer.* 51. in cuius fine hanc ſententiam de mente Baldi, Salieeti *in locis ab eo citatis* eſſe adfirmat atque adeo diligenter notandam.

Quam mihi aperte probat conſultus *in l. ſi ſeruum ſtipulatus. 91. ff. de verbor. obligationib.* qui cum hanc diſtinctionem expreſſerit, vtramque culpam, & in faciendo, & in omittendo cõceptam pari damnat ſupplicio, cum tamen ab ea immunem abſoluendum ex Iuliano iudicet.

Communis tamen ſententia dupliciter 244
limitatur, vt lata dumtaxat culpa à tutore præſtetur. Primo in ſpecie. *l. nomina. 2. C. arbitr. tute.* deinde *in l. tutor, qui repertorium. 8. §. competit. ff. de adminiſtratio. tutor.* ex Accurſio *ibi*

ibi verb. latam negligentiam, à quo ita *vtrobique* accepit Bartolus idem Bartol. *in dicta l. quod Nerua.32 num.36.ff. deposi.* Dec. *in præsen. numer.* 37. Decian. *consil.*85.*num.*26.*lib.*2. Marc. Salon Burgenſ. *consil. n.*48. Baeza *de dec. tuto. præstan. c.*2.*n.*147.

245 Quod idem in hæredibus tutorum, & curatorum obtinet, hi ſiquidem præter latam culpam nullam aliam præſtant. *l. curatoris.*17. *C. de negot. geſt.* quem textum *ibidem* Accurſ. & interpretes ita intelligunt.

246 Quod autem ex Decio, Ruino, & Caualca. eos referente *ſuprà num.* 141. adnotauimus, vt bonum computum, & rectam adminiſtrationem pollicitus ad leuiſſimam culpam teneatur, impugnat Baeza *dicto ca.* 2.*numer.* 189. cum ea verba ſecundum eum ex more dici ſoleant, quod verius iudico, niſi ea proferens ſe tutelæ adminiſtrandæ obiecerit. Hunc enim leuiſſimæ culpæ reum, vt damnum ob eam contingens reſarciat, damnant interpretes præadducti, & in depoſitario, qui ſe obtulit *ex l.*1.*§. ſæpe ff. depoſi. ſuperius n.* 107. comprobauimus.

247 Præhabitis negotia geſta ſuccedunt, in quibus prima facie omnis culpa à geſtore præſtanda videbatur ex ſpontanea officijs ſuſceptione. §.1. *institut. de obligationib. quæ quaſi ex contrac. naſcun. l.*2. *l. ſi pupilli* 6. §. *videamus. l. Pomponius.*10. *ff. de negot. geſt. l.*26 *&* 27. *titul.*12. *part.* 5. Quod recte Donelus ornat. *lib. de iure ciui.* 15 *cap.*15. *colum.*2. *verſicul. hac parte præcipiendum eſt.*

Vnde patet diſcrimen, Inter tutorem, ſeu curatorem, ac negotiorum geſtorem, *l. tutori.* 20. *C. de negot. geſt* vt illos iuris neceſſitas, hunc ſola voluntas impellat, nec mirum videri debeat *ex prædictis iuribus* leuiſſimam ei culpam imputandùm.

Sed contraria ſententia verior, & receptior eſt, vt in directa negotiorum geſtorum actione, præter dolum, & latam culpam leuis, non item leuiſſima præſtetur. *l. ſi negotia,* 12. *ff. de negot. geſt. dicta l. tutori. & vtrobique* Accurſ. & interpretes. *l. quicquid.*7. *C. arbitr. tute. l.* 30. *&* 33. *titul.*12. *part.*5. Bartolo, & alijs euocatis Philip. Decian. *in præſent. numero* 38. Cagnol. *numero* 66. & communiter ſcribentes.

Huius tamen veriſſimæ ſententiæ rationem aperiunt Cæſares *in dicta l. tutori.*20. *C. de negot. geſt.* vt dubitãdi rationi, quæ obijci poſſet ex ſpõtanea officij ſuſceptione reſpõdeãt, id æquiſſimum iudicantes, quoniam ſatis inquiunt, ac abunde ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur, quam ratione prior expreſſerat Papinianus *in tutores.* 40. §. 1. *verſicul. qui ſe negotijs. ff. adminiſtra. tutor.*

Iura vero *ſuperius* adducta ſpecialia ſunt, in eo, qui aliena negotia gerenda ſuſcepit, quæ diligentior alius geſturus erat, vt hic ad leuiſſimam etiam culpam teneatur. *d.*§.1. *inſtit. de obligationib. quæ ex quaſi contrac. naſcun. dicta l. ſi pupilli.*6. §. *videamus ff. de negot. geſt. l.* 2. *C. eod. titul. l.*34. *vbi* Gregor. Lop. *verb. eſtas Coſas titu.* 12. *part* 5.

Quinimo & ad caſus præſtationem negotiorum geſtor tenetur in ſpecie dictæ. *l. ſi negotia.*12. *ff. de negot. geſt. l.*33. *titul.*12. *part.*5. Accurſius autem *in dicta l. ſi negotia* ſex alias refert effigies, in quibus geſtori caſus imputatur, quem alij omnes indiſtincte ſequuntur, quicquid aduerſum ſentiat Philip. Dec. *in præſen. n.*38. & Cagnol. plures ex antiquis referens. *n.*66.

Aliquando tamen in directa negotiorum geſtorum actione lata dumtaxat culpa venit ab eo præſtanda, qui deſerta abſentis negotia, & alioqui peritura pertractanda ſuſcepit. Quod ſumma ratione conſiderat Vlpian. *in l.*3. §. *ſi executor verſic interdum vbi* Accurſ. *ff. de negot. geſt. l.*30. *titul.*12 *part.*5. & ni fallor, communiter noſtrates admittunt Donel. *lib.*16. *de iure ciui. c.*7. *colum.*12. 248

In contraria vero negotiorum geſtorum actione leuiſſimam etiam culpam venire nemo ambigit ex generali regula. *d.* §. *nunc videndum*, cum ad ſolum dominum negotiorum vtilitas ſpectet, qui ex hac actione expenſas geſtori ſoluere tenetur. *l.* 2. *l. ſed videamus.*4. *l. item ſi cum putaui.* 5. *cum alijs eius titul. ff. de negot. geſt. dicto* §.1. *inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſcun. l.*25. *titul.*5. *part.*3 *l.* 53. *in fine titul.*12. *part.*5. diximus in mandati ſpecie *ſuprà n.*164. 249

Societas quidem, & rerum communio dolum, & culpam generaliter recipiunt, niſi aliud actum ſit. *l. de illo.*23. §. *idem quæris. l. non ob eam* 25. *l. cum duobus.*52. §. *venit l. ſocius ſocio.* 72. *ff. pro ſocio. l. ſi vt certo.*5. §. *nunc videndum verſicul. ſed vbi. ff. commoda.* §. *vltim. inſtitut. de ſocieta. l.*7. *verſic. fueras ende. titul.*10. *part.* 5. cum vtriuſque interſit. 250

Nedum autem exacta diligentia à ſocio exigitur, verum & illa, quam rebus ſuis adhibere ſolet *ex prædictis iuribus*: ex quorum deciſionibus obſcura nimis dogmata deducunt interpretes, imo & aliqua iuriſconſultorum reſponſis aduerſa. 251

Communis enim ſcribentium Schola, teſte Barboſa *in prælud. ad l. ſi mora. lo. numer.* 37. *&* 38. *ff. ſolut. matrimon.* generaliter defendit, non maiorem à ſocio in rebus communibus diligentiam impendi oportere, quàm in ſuis adhibere ſoleat *la*ltim tempore contractus initi, etiam ſi quis in rebus ſuis valde ſupinus, 252

nus, & negligens eſſet. Quod vt probetur induci ſolet conſulti deciſio *in d. l. ſocius ſocio. ſufficit etenim,* Caius ait, *talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet, quia qui parum diligentem ſibi ſocium acquirit, de ſe queri debet.* Quo loci improuida ſocij electio damnatur, & ob illam lata dumtaxat culpa ſocij in ſuis negligẽtijs ſecundum eos punitur. *§. vltim. inſtitut. de ſocieta. dicta l. 7. verſic. fueras ende. titu. 10. part. 5.*

253 Quorum ſententia magis, ac magis confirmatur ex ijs, quæ Donelus notat *lib. 13. de iure ciui. c. 16. colum. 6. verſic. reſtat tertium, vt poſitis his rebus* & *lib. 16. cap. 7. colum. 14. verſic. ſocietas dicitur.* Is etenim vltra omnes voluit, in ſocietate dolum, & culpam venire, quæ leuis etiam ſit, dummodo in faciendo conſiſtat; quòd, ſi omiſſioni adſcribatur, latam dumtaxat, non leuem. Quo in ſenſu verba conſultorum accipit, vt quis eam diligentiam adhibere in rebus communibus teneatur, quam in ſuis adhibet. Quam vtique non adhibuiſſe ſecundum eum ſemper lata culpa eſt, & ex eo depoſitum in culparum præſtatione à ſocietate differre putat, nam in illo lata dumtaxat ab accipiente culpa luitur, ſiue in faciendo ſit, ſiue in omittendo, in hac leuis in faciendo, & lata etiam in omittendo. Quæ diſtinctiones quam parum proſint, *ſuperius n. 244.* conſtitit: quare illius ſententia velut ſingularis, & ex capite ficta admittenda non eſt.

254 Sed nec communis opinio defendi poteſt, quoniam conſulti leuem culpam quæcumque illa ſit, dummodo exactæ diligentiæ opponatur in ſocietatis actione coërceri volunt. *l. Socius ſocio. 72. ff. pro ſocio. Socius,* ait Caius, *ſocio etiam culpa nomine tenetur, id eſt deſidia, atque negligentia. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam redigenda eſt. l. cum duobus. 52. §. venit autem, verſic. verum ff. pro ſocio, verum,* inquit Vlpianus, *ſocias inter ſe dolum, & culpam præſtare oportet.*

Quod vt clarius Iuſtinianus explicet *in §. vltim. inſtitut. de ſocieta.* quæſtionem à priſcis iure conſultis ventilatam proponit, an ſocietas dolum, & latam culpam dumtaxat admittat? an vero leuem etiam? ſequentia verba ſubijciens. *Præualuit tamen culpa nomine teneri eum.*

255 Vnde deſcendit expoſitio difficultatis, quam interpretes conſiderant vt proxima Iuſtiniani verba, & ex Caio recitata, à quibus eadem vulgari Idiomate mutuata eſt regia. *l. 7. titul. 10. part. 5.* ne quis maiorem diligentiam in rebus alienis adhibere teneatur, quã in ſuis ſoleat, intelligenda ſint ſecundum naturam contractus cui adhærent. *l. ſi duo. 38. ff. de acquiren. hæredita.* ex cuius deciſione id eleganter expendit Barboſa *in prælud. ad dictam. l. ſi mora. 10. num. 37. ff. ſolu. matrimon.* vt etiam leuem culpam complectantur. Quæ ex eo inducitur, quòd quis in rebus alienis eamdem, quam in ſuis diligentiam non præſtiterit. *l. mulier. 22. §. ſed enim. ff. ad Trebellian.* & fatetur *in prædictis locis* Donelus, idque, ni fallor, contextus ipſorum iurium aperte ſuadent. Ideo Gregor. Lop. *in l. a. verb. por ſer el de mal recabdo titul. 2. part. 5.* exiſtimat ad hoc, vt ſocius ad maiorem diligentiam compelli nequeat in rebus communibus, quam in ſuis adhibet, oportere, vt ſit in eis diligens, & frugi ſicut frequentius alij patres familias eſſe ſolent, quod ex Bartol. Saliceto, & Petro Fabro prout indubitatum adſerit Petr. Barbo. *dicto num. 37.* ne aliquo ſit opus modo leuem indemnem relinqui.

Caius autem *in dicta l. ſocius ſocio. 72. ff. pro ſocio* ideo ſocij parum diligentis electionem damnat, quoniam diligentiſſimum eligere potuit vt eamdem in communibus, quam in ſuis diligentiam adhibere teneretur. Quod verbis ſequentibus aperit Iuſtinianus *in d. §. vltim. inſtitut. de ſocieta. Præualuit tamen culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt, ſufficit enim, talem diligentiam communibus rebus adhibere ſolitum, qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nam qui parum diligentem ſocium, ſibi adſumit, de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.* Quæ profecto ſententia æquior, & in diſputando ſubtilior, Iuriſconſultorumque mentibus aptior ſemper mihi viſa eſt, quicquid alij alia fruſtra ſubinuoluant.

In rerum communione idem dicendum arbitror. 256 *l. & puto. 16. §. ſed & ſi dolo. l. hæredes. 25. §. non tantum. ff. famil. herciſcun.* quamuis difficilis concluſio hæc reddi videatur *ex dicto §. non tantum,* in quo diligentis patris familias diligentia ad res communes non deſideratur, ſed talis, qualem quis ſuis rebus exhibet. Id tamen iure limitat Accurſ. *inibi verb. non competit,* ſi tale fuit negotiũ, quod pro parte expediri non potuit, vt ex negligentia in proprijs damnum in alienis non ſentiat ex æquitate. *l. ſi quis putans. 6. §. ſiue autem ff. commu. diuidun.* quæ hanc diſtinctionem exprimit.

In alijs vero negotijs quæ præſtationes ad- 257 mittantur; ſatis *ex præactis,* colligi poteſt, nec nõ ex regula Vlpiani *in dicta l. ſi vt certo. 5. §. nũc videndum. ff. commod.* & aliqua remiſſiue comminiſcitur Alex. ad Bart. *in dicta l. quod Nerua. 32. n. 30. in princ. verb. veniunt ff. de poſi.* Nos vero hac in re laboris parcemus, vt Vlpiani verba exponamus, nec vlterius euagemur. Cuius verba ſequentia examinanda ſubijciuntur.

Sed

Sed hoc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit vel plus, vel minus in ſingulis contractus, nam hoc ſeruabitur, quod ab initio conuenit : legem enim contractui dedit.

258 Hanc conſulti deciſionem probat Vlpian *in l. 1 §. ſi conueniat. & §. ſæpe euenit. ff. de depoſi. l. 1 ff commoda, l. iuris gentium* 7. §. *quinimo. ff. de pact.* cum alijs iuribus, quæ *in præſenti, & relatis deciſion.* post Accurſ. adfert Dion. Gotofr. *c. vni de commoda c. bona fides. 2. de depoſi. c. contractus. 85. de regul iur. lib 6. l. 3. verſicul. el primero caſo es. titul. 3. part. 5.* poſt multos alios à ſe relatos Surd. *deciſio.* 248. *num.* 1. *deciſio.* 259. *nu.* 5 *deciſio.* 260. *num,* 12. *part.* 1. & in ſpecie Emphiteoſis *deciſio.* 180. *num.* 1. & 2. contendens. *numer.* 11. & 12. plus aliquando expreſſum pactum, quam contractus naturam operari. Pacta vero contractui adiecta pars contractus dicuntur. *l. fundi partem.* 79 *ff. de contrah. emptio.* cum multis alijs iuribus, & interpretibus, quos euocat Surd. *deciſio.* 82. *n.* 7. *deciſ.* 155. *num.* 10.

259 Vnde ſcribentes ex. *d. §. ſi conueniat, & textu noſtro* communi ſuffragio concluſionem probant, contractus ex conuentione legem accipere, de qua agunt hi quos refert Cagnol *in præſen. num.* 72 Surd. *deciſ.* 260. *nu.* 13. 21. & 22. Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 5. *verſic. confirmatur hæc ſententia.* cum enim contractus ſolo conſenſu perficiantur. l. conſenſu. 2. l. obligationum *ſubſtantia.* 3. §. *vltim. ff. de obligationibus & actionibus l.* 1. *cum ſimilib. ff. de conſtitu. pecun.* poſt alios Corraſ. *lib. miſcellaneor. iur.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. conſenſum autem hunc in contractibus vltro, citroque obligatorijs ſimultaneum, & contemporaneum ad eos perficiendos *ex iuribus, & interpretibus* deſideret Surd. *deciſio.* 70. *num.* 13. *deciſio.* 132. *nu.* 12. in donatione autem ſufficere, vt vnius conſenſus alterum præcedat, Surd. idem *deciſio.* 111. *num.* 11. *part.* 1. & conſenſus vtriuſque contrahentis, ſiue mauis diſſenſus obligationes tollat. *l. ab emptione.* 58. *cum complicib. ff de pact.* ex alijs dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in l.* 1. *ſchol.* 4. *num.* 15. *titul.* 4. *l.* 5. *recopilation.* Surd. *deciſio.* 128. *ex numer.* 10. iura plurima, & interpretes adferens maxime. *numero* 14. 15.

260 *ac.* 16. idem *deciſio.* 220. *numero* 49. Nihil mirum, ſi ex conuentione lex contractui detur, quæ ipſius ſubſtantiæ aduerſa non ſit. *l. iuris gentium.* 7 §. *quinimo ff. de pact.* cum alijs eiuſmodi iuribus, quæ aduocat Decius *in præſen. num.* 41. Pariſ. *conſ.* 78. *num.* 10. *l.* 1. Corraſ. *dicto cap.* 10. *num.* 4. & 7. Surd. *deciſio.* 71. *n.* 3. 14. & 15.

Nec opus eſſe iudico inueſtigare, quænam pacta iſta ſint; quæ contractuum ſubſtantiam labefactent? quæ autem conuentiones legem contractui dent? de quibus omnibus late agunt Corraſ. *dicto lib. miſcellaneor.* 3. *ca.* 10. *num.* 3. 4. & 5. Zaſi. *lib ſingular. reſponſor.* 1. *cap.* 12. ſufficiat tetigiſſe loca quibus hæc veluti propria materia adſcribitur. Ad nos doli, culparum, & fortuitorum caſuum explicatio adtinet, quam vtinam, primis, vt aiunt labris deguſtaſſem. Siue igitur in depoſito, quod natura ſua dolum dumtaxat, & latam culpam recipit, inter partes conueniat, vt leuiſſima culpa præſtetur, ſiue in commodato, in quo ad leuiſſimam accipiens tenetur, leuis etiam, imo & lata culpa remittatur, conuentio ſeruanda eſt, prout optime diſtinxit Dyn. *in c. contractus.* 85. *numero* 4. *de regul. iur. lib.* 6. Corraſ. & Surd. *proxime relati.* Quæ omnia & alijs contractibus communia ſunt, ea ſiquidem pacta ſubſtantiam eorum non immutant de quibus, & alijs, quæ legitima ſint, nec iuris diſpoſitioni repugnent, noſter Vlpianus loquitur.

Oportet tamen, vt de his pactis expreſſim, & nominatim inter partes conueniat *ex textu noſtro, niſi ſi quid nominatim conueniat. l. obligationum ſubſtantia.* 3. §. 1. & 2. *ff. de obligationibus & actionibus* naturam enim contractus ſeruandam eſſe, omniaque ipſi acceſſoria ſubintelligi ex alijs probat Surd. *deciſio.* 182. *num.* 7. ideo inferens *numer.* 8. expreſſionem eorum, quæ tacite inſunt, nihil operari, vbi expreſſa contrahentium contraria voluntas non adparet, actus enim contra mentem agentis non operantur *l. non omnis.* 19. *ff. ſi cert. petat.* Surd. *deciſio.* 71. *numero* 11. *part.* 1. vt in plus vel minus aliquis ex ipſis teneatur *dicto §. ſi conueniat*, quod explicat Corraſ. *dicto cap.* 10. *numero* 3. & 4. Surd. *deciſio.* 305. *numer.* 35. Nec poterit quiſquam altero inuito ab obligatione ſemel contracta diſcedere *c. quod ſemel* 21. *de regul. iur. libr.* 6. nec illi adiecto pacto contrauenire. *l.* 1. *ff. de pact. cap.* 1. *c. qualiter in Sardinia.* 3. *eod. titul.* ex Decio, Veto, & alijs multis Surd. *deciſio.* 161. *num.* 17. *deciſio* 282. *numer* 2. *parte.* 1. Quamuis enim origo, & initium contractus à libera contrahentium voluntate proficiſcatur, poſt perfectum tamen neceſſarium fieri iuribus & interpretibus comprobat Surd. *dicta deciſio.* 305. *numer.* 33. Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 7. *capit.* 1. *verſicul. tertio quia contractus. ex l. ſicut.* 5. *C. de action. & obligat.* cui cõſonat *proem. part.* 5. *in princip.* tibi enim imputet 261

contrahens, qui legem apertius non expreſſit. l. veteribus. 40 ff. de pact. l quicquid adſtringendæ 99. ff. de verbor. obligationib. poſt alios Surd. deciſio. 182. num. 11. Quin imo contra eum interpretationem faciendam probant præadducta iura. c. contra eum. 57. de regul. iur. lib. 6. l. 2. titul. 33. part. 7. Quæ autem in contractibus ex communi eorum natura tacite inſunt, vel adponi ſolent, expreſſa cenſentur. l item quia. 4. ff de pact. Connan. lib. commentar. iur. 5. cap. 4. in princip Corraſ. lib. miſcellaneo. 3. c. 10 num. 3. & eorum expreſſionem parum vel certe nihil efficere e iuribus, & interpretibus edocuit Surd. deciſio. 182. n. 8.

262 Pacta vero, quæ extra naturam contractus ſunt, ex quibus præſtationes illius augentur, ſeu minuuntur ab initio, id eſt in continenti tempore quidem celebrati contractus proponēda eſſe Vlpian. in præſent. decernit, quod & alijs iuribus confirmat Surd. deciſio. 278. num. 26. part. 1. vt contractum forment. l. cum dotem. 10. C de iure dot. id eſt formam, & legem ipſi præbeant d. l. iuris gentium. 7. §. quinimo. ff. de pact. vbi Accurſ. & cæteri Corraſ. dicto c. 10. num 7. qui num. 8 & 9. informare, exponit, id eſt nouam formam dare numer. 10. ex veteribus vnum contractum in alterum mutari, & transferri, & num. 6. reformare cum de rei ſubſtantia partes ſecus, quam fecerint, conueniunt permanentis contractus forma ſublata, quæ latius ipſe proſequitur.

263 Enimuero quæ poſtea facta ſunt ope dumtaxat exceptionis iuuant, dicto §. quinimo. d. l. pacta. 72. ff. de contrahen. emptio, atq; ita Accurſ. in præſenti diſtinguit verſic. item quod dicit in initio. cuius ſententiam reliqui amplectuntur Iacob. Cuiat. lib. obſeruation. 2. c. 15. l. 14. cap. 28. nec formam actioni accommodant. Quæ omnia eleganter explicat Connan. lib. comment. iur. 5. c. 2. n. 7. 8. & 9. vbi prædictam concluſionem limitat, niſi pactum ex interuallo adpoſitum ſecundum naturam contractus eſſet, quod, etiam ſi non exprimatur, contractui tamen ineſt, ac cenſetur expreſſum l. cum quid. 3. vbi Accurſ. & interpretes. maxime Dec. n. 6. & 7 ff ſi cert. peta. poſt Crauetam, & plures alios à ſe relatos Surd. deciſio. 344. num 27. cum duob. ſequentib. deciſio. 220 n. 27. deciſio. 223 n. 10. veluti vt venditor euictionis nomine de dupla caueat: hæc enim pactio venditioni adiecta ex ratione relata ſemper producit actionem.

Dicitur autem ab initio pactum contractui adiectum, quod ante contractus perfectionem adiectum eſt, vti Cuiat. & Connan. vbi ſupra notant. Vnde contractus concluſionem attendendam non tractatum, præſertim ſi ex interuallo fiat late diſputat ex alijs Petr. Surd. tota deciſio. 71. maxime n. 1. & 7. deciſio. 291. numer. 9. & 11. part. 1.

Hodie tamen cum ex diſpoſitione l. 2. titu. 16. l. 5. recopilat. actionem quæcunque pacta producant, ex his quæ late adnotat dominus, & auus meus Ioan. Marien. in dicta l. 2. ſchol. ex num. 3. huius deciſionis iuſtitiam edocens etiam ex interuallo adpoſita contractui formam tribuunt iuris communis diſpoſitione, ac ratione ceſſante c. cum ceſſante. 61. de appellationib. l. quod dictum. 33. ff. de pact. l. adigere. 6. §. quamuis ff de iure patronat. late Tiraquell. de ceſſan. cauſa ex n. 130. ad 179. dummodo nec ſubſtantiam contractus immutent, nec bonæ fidei ex ſuprà traditis repugnent, Dec. in præſen. n. 4. in fi. nec iuris diſpoſitioni aduerſa ſint. c. quæ contra ius. 64. de regul. iur. l. 6. dicta l. iuris gentium. 7. §. prætor ait, pacta. ff. de pact. l. pacta quæ contra. 6. C. eod. titul. 164

Dotis tamen caſus ſpecialis eſt, vbi nec culpæ leuis remiſſio admittitur, quam lex ſingulari ratione, ac dotis fauore vetuit. l. P. Pomponius. 6. ff de pact. dotalib. ita conſiderat Accurſ. in præſen. quem reliqui ſequuntur. Ait præterea Vlpianus: 265

Excepto eo, quod Celſus putat, non valere, ſi conuenerit, ne dolus præſtetur, hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt, & ita vtimur.

Præter alias pactiones, quæ à iure conſultis reprobantur in l. iuris gentium. 7. §. pacta. ff. de pact. l. pacta conuent. 72. ff. de contrah. emptio. cū alijs iuribus proxime adductis eam ſpecialiter in præſenti authoritate Celſi Vlpianus improbat, ne dolus præſtetur. Qua in re multa iuris conſultorum loca ſimilia exiſtunt l. quidam decedens. 6. ff. de adminiſtratio. tutor. l. Aurelio. 72. §. Caius, vbi late interpretes. ff. de liberatio. lega. l. in commodato. 17. ff. commoda. l. 1. §. illud non probabis. ff. depoſi. l. ſi vnus. 27. §. illud ff. de pact. illud, inquit Vlpianus, nulla pactione effici poteſt, ne dolus præſtetur. l. 5. titul. 10. l. 29. titul. 11. part. 5. poſt alios Farinac. 1. parte fragmentor. criminal. litte. D. verb. dolus nu. 165. diximus ex alijs in repetitione dicta l. quidam decedens n. 69. 78. & 83. 266

Cuius concluſionis rationem ipſemet Vlpianus aperit, hoc enim ait, bonæ fidei iudicio contrarium eſt. c. bona fides. 2. de depoſi. ad quam fidem contractus ab Vlpiano recitati referuntur. §. actionum inſtit. de actionib. Quare contractus bonæ fidei, cui dolus cauſam dedit ipſo iure nullus eſt. l. & eleganter. 7. ff. de dolo vbi Accurſ. verb. hoc ipſo, & reliqui ſcribentes. l. 3. §. vltim. ff. pro ſocio. l. in cauſa. 17. ff. de minor. l. 57. titul. 5. part. 5. poſt alios 267

Igne.

Igne *in praeſent. numer.* 105. dominus,& auus meus Ioan. Matien. *in l. 2. ſchol. 2. num. 1. titul. 11. lib. 5. recopilat.* Farinac. *1. parte fragmen. criminal. litt. D. verb. dolus numer. 34.* Surd. *deciſio. 253. numer. 13. ac 17.* Contractus autem ſtricti iuris, doli exceptione reſcinditur. *l. ſi quis cum aliter. 36. ff. de verbor. obligationibus l. dolo, vel metu. 5. C. de inutilibus ſtipulationib. l. 28. titul. 11. part. 5.*

268 Sed præter ſupradictam rationem aliam ſcribentes communi ſuffragio adferunt, quæ illam confirmat, ne ſcilicet occaſio delinquendi præbeatur *l. conuenire. 5. ff. de pact. dotalib.* quæ cum contra bonam fidem, bonoſque mores ſit, admittenda non eſt *l. 1. §. illud. ff. depoſi. l. pacta quæ contra. 6. C. de pact.* quam rationem *in præſenti numer. 42.* Decius conſiderat,& ante eum Baldus, quem Decij additio refert, atque communiter omnes probant vti ſenſit, licet ſubobſcure Vincent. Canoc. *de depoſi. 1. parte titul. de dolo numer. 8.* & ingentem ſcribentium molem ad eam probandam refert eidem conſentiens Sebaſtian. Medic. *de caſib. fortuit. 1 parte, quaſt. 10. numer. 21.* Couarru. *lib. variar 2. c. 14. num. 3. verſicul. imo hoc optimo,* Connan. qui eam rectius explicat. *lib. commentar. iur. 5. ca. 5. nu. 4.* nos *in dicta l. quidam decedens. 6. num. 69. & 78. ff. de adminiſtrat. tutor.*

269 Ex qua ratione ab omnibus colligitur præteritum dolum pacto partium remitti poſſe, neque hac in re contentio eſt teſte Conanno *vbi ſupra* Donello *lib. 16. de iure. ciui. cap. 6 colum. 1. in fine verſicul. ſed meminerimus hic loqui ex l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. actione. 4. in fine C. de tranſactionib.* ex alijs Couarru. *dicto cap. 14. numer. 5. verſicul. quarum licet dolus,* Sebaſtian. Medic. *dicta quæſt. 10. num.* at. quorum ſententiam confirmat regia. *l. 29. verſic mas los otros titul. 11. part. 5.* nos ex alijs *in dicta l. quidam decedens n. 83. n. 85.*

270 At in generali liberatione dolum præteritum non comprehendi poſt Decium *in præſen. num. 44. in fine* ea Bartolo, & alijs tenuit Maſcard. *de probationib. lib. 3 concluſ. 1252. nu. 12.* Medic.& Couarru. *vbi ſupra num. 3.* Farinac. *in dicta 1 parte fragmen verb. dolus n. 185. & 186.* nos ex alijs *in dicta l. quidam decedens n. 80. cum duob. ſequentib.*

Quod tamen in remiſſione actionis generaliter facta ſecus eſſe ait idem Conarr. *dicto c. 14. num. 5. verſic. ſecundum* Accurſij ſecundum eũ communiter recepti ſententiam recitans, volentis, remiſſa actione generali verborũ formula dolum quoque præteritum remiſſum cenſeri, ſaltim vbi ex eo nullum lucrum adminiſtrator ceſſit. Quod licet ipſe improbet,& in hac quæſtione duas contrarias ſententias proponat Farinac. *in dicto verb. dolus numer. 158. & 159. ac numeris quinque ſequentibus* ad has opiniones conciliandas diuerſas ſcribentium diſtinctiones meminerint, mihi tamen non quidem ex liberatione generali, ſed ex remiſſione actionis verius videtur. Qua ob illam cauſam peremptâ, ceſſat quoque præteriti doli, imo & futuri actio *ex inferius dicendis,* quo in caſu ſuperior concluſio iudicio meo limitationem recipit.

Supereſt, vt de futuro dolo certam notitiam adipiſcamur, quem expreſſe remitti non poſſe nemo ſcribentium ambigit. *dicta l. 1. § illud ff. depoſit. dicta l. ſi vnus 27. §. illud. ff. de pact.* ne quis ad delinquendum propoſita ſibi doli remiſſione inuitetur. *l. 5. titul. 10. part. 5. calos pleytos inquo, que dan carrera a los homes, para fazer engaño, non deben* Valer. Petr. Velle. Gueua. ex Oroſc. & alijs *in libro ſingulare de doli definitio. in ſi.* Farinac. omnes alios adferens *dicto verb. dolus n. 165.* 271

Diſſident tamen interpretes in tacita doli futuri remiſſione, quam vtilem conuentionem effici defendit *in præſent.* Accurſ. *ſchol. vlt. circa fin.* idem *ind. l. ſi vnus. §. illud nulla verb. agat. & in dicta l. iuriſgentium, § ſi quis paciſcatur. verb. ne depoſiti in fine,* quem ſequitur Dyn. *in c. contractus. 85 in fine de regul. iur lib. 6.* Deci *in præſen. num. 45.* Sebaſtian. Medic. *de caſib. fortuit. 1 part. quæſt. 10 n. 11 ad fin. verſic. ſecundo fallit in remiſſione tacita.* 272

Quorum ſententia confirmatur, nam textus ille *in dicto §. illud nulla* iam in principio, quam in fine ipſius de dolo futuro agit, quod ex ipſius contextu patet dictione *quamuis* ipſi adſcripta, quæ cum aduerſatiua ſit teſte Decio *dicto numer. 45.* de ſuperiore dolo, futuro ſcilicet, periodus, cui iuncta eſt, intelligi debet, vt prioris qualitates repetantur. Cum autem in illius conuentione, quam refert, mentionem doli conſultus non faciat, verba illius de tacita futuri doli remiſſione intelligenda ſunt. Multa enim tacite ſecundum Decium fieri poſſunt, quæ expreſſe non poſſunt quod ipſe in iuramento calumniæ probat. Vnde ſuccedit vulgaris iuris *expreſſa nocere, ſecus in non expreſſis.* 273

Sed hanc Accurſij ſententiam reliqui ferme interpretes *in dicto §. illud nulla* teſte Farinac. *in dicto verb. dolus numer. 174.* ex reperta ratione improbam cenſent, quoniam ſiue doli remiſſio expreſſe, ſiue tacite fiat, vtroque modo via ſceleribus aperitur, & ſane cum eadem verſetur in tacita pactione ratio, merito ad inſtar expreſſe damnatur, ex his quæ latius adnotauimus *in dicta l. quidam decedens. 6. numero 95. ff. de adminiſtrat. tuterum.* Nec enim per obliquum licere 274 275

licere debet, quod directo tramite prohibetur, vt verbis vtar Ignei *in præſen. nu.* 70. quod aliorum plurium teſtimonijs comprobat Farinac. *in dicto verb. dolus. numero* 172. *& ſequenti.*

276 Quod ipſamet Vlpiani littera probat in verbo *nulla* vti omnes agnoſcunt, quod cum indefinitum ſit, & negatiue conceptum vniuerſali æquipollet. *l. ſi is, qui ducenta.* 13. §. *ſed vtrum. ff. de reb. dub.* late ex alijs Couarru. *lib. variar.* 1. *c.* 13. *num.* 6. Idque apertius Vlpianus probat *in dicta l.* 1. §. *illud ff. depoſi. Illud.* inquit, *non probabis, dolum non eſſe præſtandum, ſi conuenerit, nam hæc conuentio contra bonam fidem, contraque bonos mores eſt, & ideo nec ſequenda eſt.*

277 Quæcumque igitur de dolo conuentio etiam tacita admitti non debet, quæ adeo legi repugnat, ſicut expreſſa in legem enim committit, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. *l. non dubium.* 5. *C. de legib. l. contra.* 19. *l. fraus* 30. *cum vulgat. ff. eod. titul.* Quod ſane hac in ſpecie accideret ex Done. *dicto lib.* 16. *cap.* 6. *colum.* 4. *ad med.* vbi omiſſa mentione doli, alia tamen via eò peruentum eſt, vt fraudi, ac delictis locus vacet, quæ paſſim iura improbant. Nec pro Accurſ. facit iuris regula *expreſſa nocent*, non enim Donelus negat non expreſſa non nocere, ſed paciſcenti prodeſſe inficiatur, ne dolus proprius contra naturalem æquitatem cuiquam opituletur. *l.* 1. §. *ideo cum nulle ſimilibus ff. de doli mali, & metus exceptio.*

278 Quare Bartol. *in dicto* §. *illud nulla*, Bald. Paulus Caſtrenſ. & alij fere interpretes cum multis alijs, quos *vbi ſuprà* referunt Couarr. Medic. Maſcard. & Farinac. doli futuri remiſſionem tacitam pariter, & expreſſam pro viribus impugnant, & hæc à pleriſque ipſorum communis opinio vocatur teſte Farinac. eos adferente *in dicto verb. dolus. numer.* 174.

279 Sed ipſis obeſſe videtur ſecunda pars *dicti* §. *illud nulla*, in qua Paulus ſtatuit, pactionem illam, *ne depoſiti agam*, vtilem eſſe, & agenti mihi ad præſtationem doli obſtaturam.

Quam difficultatem vt effugiant ex antiquioribus plerique, qui Accurſij ſententiam impugnant prædictum *verſicul. quamuis* ad dolum præteritum referunt, quem vtiliter etiam expreſſe remitti *num.* 269. *ſuperius* conſtitit.

Sed quamuis communis diſtinctio vera ſit, & ſequenda, prædicta tamen interpretatio. *dicti* §. *illud nulla* minime ſuſtineri poteſt, cum enim in principio Vlpianus de dolo futuro agat, vt communis ſententiæ adſertore fatentur, nec poſtea præteritum meminerit, neceſſario in futuro verba illius vltima accipiendæ ſunt, aliter, nihil operaretur expreſſio illa conſulti, *ne depoſiti agat*, quæ veluti neceſſaria exprimitur, *ne de dolo agi poſſit.* cum enim præteriti remiſſio vtilis ſit, hac nube, hoc velamine tegi opus non eſſet, conſultique verba abundarent, quod nullatenus fatendum eſt, maxime, cum apta, & genuina literæ adhiberi explicatio poſſit. Quod ita ex alijs conſiderauimus *in dicta l. quidam decedens. num.* 86.

280 Qua veritate agnita Donel *dicto lib.* 16. *c.* 6. *colum.* 3. *verſic. ſed meminerimus*, explicans illum textum, pro comperto habet, totam eam Vlpiani deciſionem in dolo futuro intelligendam, fateturque conuentionem, *ne creditor depoſiti agat*, vtilem eſſe, ob eam tamen liberationem à dolo non contingere, quod ipſe cõfirmari ait verbo *videtur* illi textui adiecto, Paulus enim ſecundum eum pactione, *ne depoſiti agat*, vi ipſa quem pactum videri, *ne de dolo agat*, & pactum prodeſſe voluit, nõ quia dolus etiam incidenter remitti potuerit, hoc enim verbo *videtur*, quod improprietaté denotat, futuri doli remiſſio denegatur, ſed quia ex altera pactione, *ne depoſiti agat*, quæ vtilis eſt, illud vi ipſa videbatur dicendum in illa, *ne dolus præſtetur*, quaſi hanc dubitandi rationem aduerſus primam reſponſi partem conſultus adnotet. In quacumque enim generali pactione Donelus ait, *ne quis vlla de cauſa contractus actione agat* dolus præſtandus eſt, nec illius remiſſio valet. *l. tres fratres.* 35. *ff. de pact. l. qui cũ tutorib.* 9. §. *qui fallaciã. ff. de trãſact. itaque, inquit, proderit tibi pactio hæc, ne depoſiti agam, non tamen fraudanti ex ea dolus remittetur.* Quem in qualibet diſpoſitione tam inter viuos, quam mortis cauſa ſemper exceptum cenſeri *ex his, alijſque iuribus, & interpretibus* tenuit Farinac. *in dicta* 1. *parte fragment. criminal. litte. D. verbo dolus n.* 185. *&* 186 *cum ſex ſequent.* idem, quod in genere ex alijs probauerat ad ſpeciem inferens.

281 Nec obeſt obiectio, quam Donelus ipſe conſiderat, remiſſionem illam, *ne depoſiti agam*, etiam inutilem videri, cum enim in depoſito ſolus dolus veniat, is quidem ſolus remiſſa depoſiti actione remiſſus videtur.

Cui ſane præter illa, quę ipſe ad ſuã ſentétiam confirmãdam protulit, ſatisfieri poteſt, latam quoque culpã in depoſito coërceri dicta *l.* 1. *C. depoſi. c. bona fides* 2. *eod. tit.* cuius remiſſioné procul dubio prodeſſe cenſuit Dyn. *in dicto c. contractus.* 85. *de regul. iur. lib.* 6. & ex eo omnes alij communiter, prout *infrà latius nu.* 286. *& ſequenti* conſtabit, cum dolum dumtaxat Vlpianus bonæ fidei iudicio aduerſam fateatur.

Sed

282 Sed vt meam ſententiam proferam, nec
hunc Donelli ſingularem intellectum tutum
eſſe iudico, ad quem tuendum tot ambagi-
bus, & abſona litteræ expoſitione opus eſt.
Quomodo enim aduerſatiua dictio, *quamuis*
effectum ſuũ ſortiretur, ſi in periodo ſecunda
nihil noui, & ſuperiori aduerſi ſtatutũ eſſet?
vel quo ordine conſtrui oratio ſecunda poſ-
ſet, niſi in ea ſpecie dolum non eſſe præſtan-
dum ſareri opus foret?

Nec intereſt an de dolo conſtet, nec
ne? omnes enim caſus Vlpiani verbis clau-
duntur, *quamuis*, inquit, *ſi quis paciſcatur, ne
depoſiti agat, vt ipſa pactus videatur, ne de dolo
agat; quod pactum proderit.* Quæ vltima ver-
ba omnem dubitationem tollunt, cum ad
omnia expreſſa referantur, ex quibus ver-
bum illud *videtur* præſertim à conſulto pro-
latum proprietatem ſibi vindicat. Imo re-
latiuum illud, *quod*, ad vltimam oratio-
nem principaliter dirigitur, ſcilicet, *pactus
videtur, ne de dolo agat, quod pactum proderit.* Hoc
enim præcipue *in eo textu* dubitatum fuit, id-
que non tamen adeo explicite ſenſit Con-
nanus *dicto lib. commentarior. iur. 5. c. 5. num.* 4.
ad med.

Quam ob rem Bald. *in dicto §. illud nul-*
283 *la numer.* 8. aliter eam deciſionem intelligit,
ex eo ſcilicet pactionem, *ne depoſiti agam*,
vtilem eſſe & *ne dolus præſtetur*, vt ipſa pro-
deſſe, quia principali extincta actione ni-
hil amplius ex ea peti poteſt, ſiue culpa,
ſeu dolo debitoris res pereat, vel deterior
fiat. Quod nec bonis moribus, nec le-
gum decretis repugnat, vnuſquiſque enim
competentem ſibi actionem cedere, vel
remittere poteſt. *l. ſi quis in conſcribendo.* 29.
C. de pact. ac debitor ex prædicta ceſſione,
vel remiſſione liberatus iam de dolo non
tenebitur, quem in re ſua quilibet com-
mittere poterit. *l. in re mandata.* 21. *C. manda.*
Quod vtique pro Accurſij ſententia Bar-
tolus conſiderat *in dicto §. illud nulla ante nu-
mer.* 1. licet tandem ab illa diſſideat Rimi-
nald. tamen, & Cæſar Bargal. quos refert ſe-
cutus Farinac. *in dicta 1. parte fragmentor. cri-
minal. litte. D. verb. dolus numer.* 182. diſtinguunt
inter dolum commiſſum aduerſus renun-
ciantem, vt ex renunciatione remiſſus vi-
deatur, vel aduerſus alterum, vt renuncia-
tio non proſit. Qui licet in dolo præ-
ſumpto loquantur, eamdem in velato di-
ſtinctionem admittunt, quæ multo for-
tius in actionis remiſſione procedunt ex ra-
tionibus conſideratis, & alijs, quas in ſpe-
cie. *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* perpendit hanc
partem ſecutus Fachine. *lib. controuerſiar.
iur. 2. c. 20. verſicul. ſexta, & poſtrema controuer-
ſia eſt.*

Huic Baldi ſententiæ adſentitur Con- 284
nan. *proxime* adductus, ſed vult, eum, qui pol-
licetur, ſe depoſiti non acturum hoc dumta-
xat actionis genus remiſiſſe cenſendum, rei
quidem ſuæ vendicatione contentum in
qua nec dolus, neque culpa attenduntur,
quam limitationem expreſſerat Bald. *vbi
ſuprà*, & in quacumque actionis remiſſio-
ne neceſſariam *ex l. ſi ei cui.* 18. *ff. de libera-
tio. lega.* communiter interpretes conten-
dunt.

Sed ſpecialem caſum inueniri, in quo 285
dolus futurus remittatur, fatentur Dinus,
Angel. & alij, quos refert Couarru. *dicto lib.
variar. 2. cap. 14. numer. 2. & 4. in fine*, nem-
pe ſi teſtator tutori legauerit omne id, in
quo ratione adminiſtrationis damnatus
fuerit. *l. ſi quis rationes.* 10. *in fine ff. de liberatio.
lega.* Quod ex verbis dictæ legis verum vi-
detur, quamuis Couarru. aliter ſentiat, for-
ſan melius, ne locus delictis, & fraudibus re-
linquatur. Quod ex eo, & Bargal. verius cen-
ſet Farinac. alios ferme omnes hac de re
agentes colligens *vbi ſuprà n.* 172. *&* 173. dixi-
mus in l. quidam *decedens 6. num.* 107. *&* 108.
ff. de adminiſtratione tutorum.

Sed an remiſſio doli iuramento fir-
mata valeat? ſunt qui negent, & qui ad-
firment, omnium eorum placita recitat
Farinacius *numero* 184. non valere adſe-
rens, quoties admittendis ſceleribus locus
vacat.

Cæterum latam culpam expreſſim, ta- 286
citeue condonari poſſe, & in generali libe-
ratione contineri poſt Dynum tenent om-
nes, quos, vel eorum plures congeſſimus
*in dicta l. quidam decedens. 6. numero 90. ff
de adminiſtratio. tutor.* quorum prolixa re-
petitio faſtidium potius, quam vtilitatem
adferret.

Quare iam nihil ad rem quæſtio, an 287
præſumptus dolus tacite vel expreſſe remit-
ti poſſit? de qua Couarru. *vbi ſuprà numero
5. ex verſicul. quantum dolus præſumptus* Seba-
ſtian. Medic. *de caſib. fortuit. 1. parte, quæ-
ſtio. 10. numer. 21 verſicul. tertio fallit in dolo, præ-
ſumpto*, Maſcard. *de probationibus lib. 3. conclu-
ſio. 1272. numer. 19.* Carroc. *de depoſ. 1. parte
titul. de dolo. num.* 5. Farinac. *in dicto verb. do-
lus numer. 175. cum ſeptem ſequentib.* Cum do-
lus hic præſumptus lata culpa ſit, quæ pro-
pe dolum accedit, illi comparatur, ac do-
li nomine continetur *ex ſuperius adnota-
tis à numero 34. ad. 42.* Bald. *in dicto §. illud
nulla numero* 3. ex quo & alijs ita tenuit Ca-
gnol. *in præſent. numero* 81. ex Corraſio Petr.
Velle. Gueua. *lib. ſingulari de doli definitione in
fine.*

Qua de cauſa tutori à teſtatore remitti poteſt 288

 inuen-

inuentarij confectio, quam omiſiſſe dolus præſumptus ab Vlpiano dicitur *in l. tutor, qui repertorium 7. ff. de adminiſtratio. tutor.* Quod *in dicta l. quidam decedens, num. 92.* latius examinauimus.

Dolus autem hic præſumptus an in quacumque diſpoſitione ceoſeatur exceptus? duplex eſt communis ſenteotia vna alteri cootraria, quas proponit Farinac. *in dicta 1. parte fragmentor. criminal. litte. D. verb. dolus. numer. 190. cum duobus ſequentibus.* veriorem, ac receptiorem & numero, & authoritate interpretum adfirmatiuam arbitratus.

Animalium vero caſus, morteſque, quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.

289 Longe eſt à dolo diſſimilis caſus fortuiti præſtatio, niſi is dolo, culpa, mora, vel pacto præcedente contingat. *cap. 2. de depoſi.* nos latius *ſupra de his, & eorum ſingulis ex num. 121. ad 137.* eaque vna ſemper eſt, certa, & perpetua, nullus eoim ex bonæ fidei eontractibus illam recipit. *l. quæ fortuitis. 6. C. de pignorati. actio lege noſtra in fine* cum alijs iuribus, quæ poſt Accurſium adducit Gotofred. *in dicta l. quæ fortuitis ſchol 1. l. 3. titul. 2. l. 4. titul. 3. part. 5. l. 11. verſic otro ſi decimos, que caſus fortuitus titul. 33. part. 7.* poſt alios Fachin *lib. 2. controuerſ. iur. cap. 70. verſic. tertio probatur.* Nec cum de bonæ fidei iudicijs, & ſimilibus agitur, quicquam iotereſt an fortuito caſu res perierit deteriorve facta ſit, an vero integro corpore ſit debitori amiſſa.

290 Caſus autem fortuitus is eſt, qui oullo hominis conſilio præuideri poteſt, aut cui præuiſo reſiſti nequit. *l. 2. ff. de adminiſtratio. rer. ad ciuita. pertinent. d. l. quæ fortuitis*, cum alijs, quas congerit Sebaſtian. Medic. *de caſib. fortuit. 1. parte, quæſt. 12. numer. 2. 3. & 4.* inter quas textus eſt inſignis *in l. in rebus. 18. ff. commoda.* vbi ſic Caius exorditur, *in rebus commodatis talis diligentia præſtanda eſt, qualem quiſque diligentiſsimus paterfamilias ſuis rebus adhibet, ita vt tantum eos caſus non præſtet, quibus reſiſti non poſsit, veluti mortes ſeruorum, quæ ſine dolo, & culpa eius accidunt. latronum, hoſtiumue incurſus piratarum inſidias, naufragium, incendium, fugas ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent.* Quæ omnia ab Vlpiaoo *in præſentiarum* repetuotur. Ex quibus Donel. *lib. de iure ciui. 16. cap. 6. column. 5. verſicul. contraria caſus fortuiti definitio* ſuperiorem ſententiam probat fortuitum caſum vis etiam maioris nomine donari adſerens. *l. ſi merces. 28. §. vis maior. ff. loca.* item fati, vnde fatale damnum dicitur. *l. cum duobus. 52. §. damna. ff. pro ſocio* quæ vtique conſiderauit Medic. *vbi ſupra quæſt. 13. num. 2.* Parlador. *in ſeſquicentur. l. cor. different. 132. numer. 17. ac deinceps.*

Vnde infert Donelus fortuitum caſum duplicem eſſe alterum à rebus ſuperioribus, quem latini vim diuinam dixerunt, *dicto §. vis maior* ventorum ſcilicet, turbinum, & ſimilium, quæ ipſe meminit, & ſecundum eum à cælo ingruunt. Alterum vero à rebus inferioribus, quem tripliciter ſubdiuidit, quemdam inquiens à rebus animatis procedere, veluti incendium, ruinam, naufragia; alium rebus ipſis ineſſe, mortes animalium, ſolichaſmata. Vltimum ab ipſis hominibus inferri, videlicet hoſtium impetus, incurſus latronum, fugas ſeruorum, atque alia eiuſmodi, damna item à priuatis illata. Breuius tamen, & facilius diſtinguunt communiter ſcribentes teſte Mayner. *in præſent. num. 66.* & Medic. *dicta quæſt. 13. in princip.* duas ſpecies fortuitorum caſuum conſtituentes, alteram naturæ, alteram hominis facto accidere. Primæ ſpeciei addicuntur omnes, qui Dei prouidentia immediate eueniunt; ſecundæ, qui ab hominibus cauſam habent ſecundam. 291

Furta vero inter *ſuperius* relatos caſus non numerantur, quia diligeori adhibita cuſtodia vitare poſſumus, ne quid nobis furto ſubtrahatur, quod ex pluribus alijs à ſe relatis verum cenſuit Farinac. *in praxi crimina. lib. 5. titul. 17. de furt. quæſt. 169. num. 12. 28. 31. & 35.* Quare is, qui culpam ſaltem leuiſſimam debet, amiſſione ob furtum contingente probata à pœna immunis non erit. *d. l. cum duobus. 52. §. damna. ff. pro ſoc.* ex alijs Farinac. *vbi proxime num. 33.* Ex quo textu ſcribentes inferunt furtum generaliter caſum fortuitum non dici, cum diligentia hominis, vel ſagaciſſimi præuideri poſſit. *d. §. damna.* Donel. *dicto cap. 6. colum. 5. verſicul. contraria eſt fortuiti caſus definitio in fine*, & illic interpretes agnoſcunt, quos, & alios retulit Farinac. *dicto num. 12.* 292

Sed certe ſingularis illa deciſio vltra definitam ſpeciem extendenda non eſt, vbi ſocij culpa adparuit, qui cuſtodiam talem in grege ſibi commiſſo præſtare debuit, qualem diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet, quia ſi ex numeratis pecudibus aliqua clam erepta eſſet, negligentia eius, vel leuiſſima deprehenderetur. 293

Cæte-

294 Cæterum generaliter furtum caſum dici ſcribentes fatentur, maxime Angel. & alij, quos pro hac parte refert Sebaſtian. Medic. *dicta quæſtio.13.num.18.& quæſtio.16. eiuſdem.1. partis.n.24.* quam probat regia *l.4.tit.3.part 5.* cuius deciſione motus idem tenuit Gregor. Lop. *in l.2.* huius etiam deciſione attenta, *verbo, o ge la furtas en ladrones titul.2. eadem part.* authoritate Baldi propoſita *in d.l.quæ fortuitis 6.num.2. prope finem.C. de pignorat. actio.* cum ſemper domino domus inuita fiant, & qui contrarium adſerit, probatione grauetur *l. qui vas.49. §.vetare,* vbi Accurſ.Bartol.& cæteri. *ff.de furt.* plurimos adferens Farinac. *in d. titul.17.de furt.quæſt.174. num.148.& ſequenti,* niſi furtum inauſpicatum ſit, puta à famulo, vel familiari factum. *l. reſpiciendum.11. § furta domeſtica.ff.de pœn.* Igne. *in præſen.nu.87. in princip.* Medic.vbi ſupra, Farinac. *dicta quæſt.169. num 21.* Tandem vt vno verbo res abſoluatur, tunc demum caſus fortuitus dicitur, cum nulla potuit debitori culpa imputari. *d. §. damna.* Angel. Salicet. & alij, quos refert Secutus Greg. Lop. *vbi ſupra in fine.* Fachioeus *lib.controuerſiar.iur.1.c.87.* nos ex alijs *ſuprà numero 134.*

295 De reliquis vero caſibus fortuitis latiſſime tractat Sebaſtian. Medic. *dicto tractat. de caſib. fortuit.tota part.2.* vnumquemque eorum ſpecialiter examinans, aliquos coarrat Surd. *deciſ.316.ex num.37.part.1.* Quare cum ab eis, & alijs ex profeſſo latius, quam à nobis fieri poſſit, hæc materia digeſta ſit ab eius exactiore indagine ſuperſedendum cenſui.

296 Illud generaliter noſſe oportet, in quocumque contractu illum caſum à debitore præſtandum, qui culpa illius acciderit ad ipſum ordinata, quam contractus recipit. Quam concluſionem exemplis ornat Donel. *dicto c.6.parum ante finem* Farinac. *in praxi criminal.3.parte.titul.11.de var. & extraordinar. criminib.quæſt.110.à num.25.ad 34.* idem *libr.5. titul.17.de furt.quæſt.169.ex num.14.ad 28,* vt in precario ac depoſito is caſus præſtetur, quem lata culpa ad ipſum ordinata præceſſerit, in empto, locato, pignore, ſocietate, tutela, negorijs geſtis leui debitoris culpa eueniens caſus ipſi noceat, in mandato vero, & commodato, quæ leuiſſimam culpam admittunt, hæc porro caſum præcedens coërcenda ſit, quod & Cagnolus ſenſiſſe videtur *in præſen. numer.108.* Qui enim caſum à culpa prouenientem præſtat, culpam potius, quam caſum luere dicitur, cum illius damna ex præadductis interpretibus ob culpam reſarciat.

Quod autem Donellus *vbi proxime* adnotat, vt in precario, depoſito, & alijs contractibus, in quibus dolus tantum vel natura ſua, vel partium conuentionem venit eo ſolo admiſſo, non item lata culpa præcedente debitori ſit caſus imputandus nullo, ni fallor, iure probatur, cum in his, & lata culpa veniat *ex præadictis num.281.* niſi expreſſe remiſſa inueniatur, *vt in num.286.*

Hæc tamen omnia vera ſunt caſu fortuito probato, cuius probatio allegauti incumbit. 297
§.creditor cum ſimilib.Inſtitut.quib.mod.re contrabi.obligat.l.ei cui 2.ff.de probationib. Quod diuerſis exemplis à Iureconſultis, eorumque interpretibus deductis probant Sebaſtian. Medic. *de caſib.fortuit.1.parte, quæſtio.14.vſque ad num.6.* Maſcard. *lib.1.de probationib.concluſ.272.& 273.* Farinac. *in dicto tit.de furt.quæſt.169. nu. 12.28.& 35.*

Rationem huius concluſionis notant Medic. *dicta quæſt.14.num.5.* Maſcard, *dicta concluſio.272.num.4.* Cum enim, inquiunt caſus fortuitus quid facti ſit, illum probari oportet, vt debitorem à culpa excuſet argumento *l.in bello.12.§ facta cum ſimilib.ff.de captiu. & poſt limin.reuerſ.*

Qualiter autem caſus fortuitus probetur? 298
late diſputat Medic. *vbi proxime à dicto num.6. vſque in finem,* & ante eum aliquos ad hanc quæſtionem interpretes remiſſiue aduocat Mayner. *in præſen. num.70.* in materia incendij late Farinac. *in praxi criminal.3.parte.tit.11. de var.& extraordinar.criminib. quæſt.110.nu.41.* & in ſpecie furti *libr.5.tit.17. de furt. dicta quæſt. 169.num.35.36.38.& 39.*

Sed alia mouetur quæſtio, vtrum periculum ſuſcipiens teneatur de caſu fortuito? 299
quam late tractant Sebaſtian. Medic. *in dicta 1.pert.quæſt.15.* latius Carroc. *de depoſit. 1.parte, tit.de caſu à num.100.* Surd. *deciſ.326. ex nu.49.* Fachin. *libr.controuerſiar.iur.2.c.70.* Farinac. *d. quæſt.169.num.41.*

Qua in re verior mihi videtur Accurſij, & ſequacium ſententia, quam recitant idem Carroc. *num.107.* Medic. *num.16.* periculi ſuſceptionem generaliter factam vltra leuiſſimam culpam non extendi, vbi eam contractus non recipit, quod ſi & ea in illo præſtetur, caſum etiam fortuitum continere, vt aliquid ex prædicta ſuſceptione, contractus præſtationi addatur. *l. opus 36. ff. locat.* quam *ibidem* Gotofredus intelligit, & alij eloquentioris notæ interpretes, nec iuramentum huiuſmodi ſuſceptioni adiectum noui aliquid operabitur, prout ex Ripa adfirmat Carroc. & ex Rubeo Medic.

Huius concluſionis ratio præcipua mihi videtur, quoniam, cum à contractibus bonæ fidei, de quibus præſens eſt diſputatio, caſuum fortuitorum præſtatio longe abſit *ex textu noſtro. l. ſi vt certo.5. §. quod vero ſenectute. l. in rebus.18.ff. commoda.* eam pro viribus impugnari

gnari oportere, niſi aliud partium conuentio ſuadeat probat Ioan. Rube. *in l. ſed & ſi 4. §. quæſitum, num. 49. ff. ſi quis cautionib.* alijs relatis Surd. *dicta deciſio. 326. num. 51.* Fachineus *dicto c. 70.* Quæ omnia cum dubia ſunt, ex prædictis interpretibus iudicis arbitrio relinquuntur.

300 Expreſſa vero fortuitorum caſuum ſuſceptio valet ex communi ſcribentium ſententia *in dicto § quæſitum*, & aliorum, quos referunt ſecuti Medic. *vbi ſuprà. num. 2.* Cattoc. *num. 86.* Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. venditio. 1. part. c. 3. num. 26. 27 & 28.* Surd *deciſ 326. à nu 50.* quam probat Vlpianus *in l. 1. §. ſæpe, vbi* Accurſ. & alij *ff depoſit. l. ſi quis fundum. 10. ff locat. c. vni. de commodat. l. 3. vbi* Gregor. *verb. por alguna d eſtas coſas. titul. 2. l. 4. verſic. la primera tit. 3. l. 8. verſ el primero titul. 8 part. 5.*

Sed nunquid conuentio hæc ſimpliciter facta ad inſolitos caſus extendenda ſit? duplex eſt communis ſententia altera alteri aduerſa, quas recitant Pinel. *proxime relatus dicto. c. 4 à num. 29* Cattoc. *vbi ſuprà. numer. 87. 88. & 89.* Medic. *dicto. c. 15.* Fachin. *lib. controuerſ iur. 1. c. 86.* Surd. *dicta deciſio. 326 num. 44. & 52.* inſoliti caſus examen iudicis arbitrio *num 53. & 54.* relinqui adſerens. Quam difficultatem cum ipſi rectiſſime explicuerint, in deciſam relinquam longo iam defatigatus itinere, veritusque, ne latus hic ſermo noſter legenti faſtidium pariat, cui placere potius, ac prodeſſe in animum induxi.

Ex l. filium quem habentem fundum. 24. C. familiæ herciſcundæ.

S V M M A R I A.

1 *Diuiditur textus littera.*
2 *Ad cuius fictionem plures inueniuntur interpretum ſententia.*
3 *Præcipua contentio ad titulum refertur, quo filius grauatus fundum habebat.*
4 *Difficultas noſtri textus à multis commendatur.*
5 *Contentio interpretum circa titulum quo filius fundum poſſidebat, inutilis eſt.*
6 *Trebellianica, vel falcidia poßint ne in vna re adſignari?*
7 *Corraſij ſententia proponitur, & impugnatur.*
8 *Cuiatij expoſitio recitatur.*
9 *Impugnatur Cuiatij expoſitio.*
10 *Gotofredi explicatio defenditur.*
11 *Facti ſpecies depingitur.*
12 *Concluſio proponitur, iuribus, & interpretibus confirmatur.*
13 *Typographi errore accuſatiuus eſt ex Accurſio cum nominatiuo hic commutatus.*
14 *Accurſij adnotatio reijcitur, & diſcrimen noſtræ legis, à l. tamquam. 14. C. de fideicommiſſis detegitur.*
15 *Ex dictione* filium, *in nominatiuum mutata ſolœciſmus admitteretur.*
16 *Filium quem, id eſt aliquem interpretatur Accurſius.*
17 *Malam grammaticam iura non patiuntur.*
18 *An textus noſter de Trebellianica intellectus ſit aptus titulo famil. herciſcun. remiſſiuè?*
19 *Hæres fideicommiſſo grauatus Trebellianica non vtitur aliquid à cohæredibus recipiens.*
20 *Quarta Trebellianica ex ſola quarta hæreditatis parte deduci poteſt.*
21 *Ea ſola, quæ iure prouenium hæreditario in Trebellianicam imputantur.*
22 *Filius reſtituere grauatus datum à cohæredibus in Trebellianicam imputare non tenetur.*
23 *Falcidia etiam in fideicommiſſis locum habet.*
24 *Trebellianica ex bonis teſtatoris deducenda eſt.*
25 *Trebellianica nomen ciuili iure incognitum iure canonico inuentum eſt.*
26 *Trebellianica dicta eſt, quia à ſenatus conſulto Trebelliano vires capit.*
27 *Trebellianica quæ ſit? & in quo à falcidia differat?* 28. *Gene-*

28 *Generalis fuit legatorum, & fideicommiſſorum exæquatio facta.*

29 *Falcidia in legatis & fideicommiſsis ſpecialibus, trebellianica in fideicommiſsis vniuerſalibus locum habet, & vno, eodemque modo vtraque deducenda eſt.*

30 *Hæres reſtituere rogatus ex ſenatus conſulto Trebelliano quartam retinet.*

31 *Quibus ad detrahendam Trebellianicam opus ſit?*

32 *Fideicommiſſarius vniuerſalis reſtituere rogatus Trebellianicam non detrahit.*

33 *Hæres in certis rebus Trebelliani beneficio non vtitur.*

34 *Filius hæres in certis rebus legitimam, non Trebellianicam deducit.*

35 *Trebellianica eſt quarta hæreditatis portio, quæ iure hæreditario retinetur.*

36 *Grauatus filius in præſenti fundum, & totam portionem ſibi relictam reſtituere grauatus eſt.*

37 *Socinus, Paulus, & Cuiati. legem noſtram in quarta falcidia intelligunt.*

38 *Communior eſt ſententia textum noſtrum in Trebellianica locum habiturum.*

39 *Panormitanus in legitima eum intelligit, verior ſententia eſt vt in legitima, & Trebellianica locum habeat.*

40 *Quartam Trebellianicam etiam contra teſtantis voluntatem filius hæres capit.*

41 *Nomen hæredis inane manere non debet, & abſque mercede.*

42 *Hæres adire nolens Trebellianicam non detrahit, quamuis compulſus eam adeat.*

43 *Nec eam detrahit hæres non conficiens inuentarium.*

44 *Nec detrahit inſtitutus hæres gratia fideicommiſſarij, non ſua.*

45 *Trebellianica ex multorum ſententia prohiberi nequit.*

46 *Falcidia in fauorem teſtatoris, Trebellianica in fauorem hæredis inducta eſt.*

47 *Trebellianica prohiberi nequit, ne inſtitutio hæredis vana ſit.*

48 *Trebellianica prohiberi nequit, quoniam in hæredis fauorem inducta eſt.*

49 *c. Raynaldus. 18. de teſtamen. in Trebellianica intelligitur.*

50 *Ius antiquum in Trebellianica immutatum non eſt.*

51 *Trebellianicam prohiberi poſſe tenuere plurimi.*

52 *Falcidia, & Trebellianica iure veteri æquiparantur.*

53 *In vno ex connexis ſtatutum ad alia connexa extenditur.*

54 *Lex correctoria ad expreſſum caſum reſtringenda eſt.*

55 *Teſtantis voluntas conſeruanda eſt.*

56 *Odia reſtringi, fauores ampliari conuenit.*

57 *Veteri iure non licebat falcidiam vel Trebellianicam prohibere.*

58 *Falcidia, & Trebellianica æquiparantur.*

59 *In vno ex duobus caſibus paribus lex noua in vno corrigens ad alium extenditur.*

60 *Regularis eſt ex Couarruuia Falcidia, ac Trebellianicæ ſimilitudo.*

61 *Legis Falcidiæ introducendæ ratio, & aliarum ad inſtar eius.*

62 *Trebellianica ad inſtar Falcidiæ à ſenatus conſulto Pegaſiano inducta eſt.*

63 *Vbi ratio eadem, & finis eſt, & ius idem eſſe debet.*

64 *Falcidiam, vel Trebellianicam deducenti opus eſt hæreditatem adire.*

65 *C. Raynaldus. 8. de teſtament. ex aliquorum ſententia ad Falcidiam refertur.*

66 *Tacita voluntas defuncti Trebellianicæ, vel Falcidiæ detractionem non impedit.*

67 *Ex dicto c. Raynaldus Falcidiam, & Trebellianicam plures æquiparant.*

68 *Hæres defuncti teſtamentum adprobans, tacite Falcidiam vel Trebellianicam prohibentis ab eius detractione arcetur.*

69 *Quid ſi dixit teſtator, ſoluantur legata pleno iure?*

70 *Nihil magis expreſſum dici poteſt, quam quod verbis generalibus enunciatur.*

71 *Socini ſententia improbatur.*

72 *Falcidia vel Trebellianica tacita etiam prohibitio videtur concedi in l. 1. tit. 4. libr. 5. recop.*

73 *Expreſſe non prohibitam Trebellianicam hæres ex voluntate defuncti detrahit.*

74 *Trebellianicæ prohibitionem vetant l. 6. & 8. tit. 11. part. 6.*

75 *Leges regiæ apud nos imprimis obſeruandæ ſunt.*

76 *Trebellianica contra teſtantis voluntatem iure regio deducenda eſt.*

77 *In materia correctoria ex eadem etiam ratione non admittitur extenſio.*

78 *Secus in exorbitanti.*

79 *Falcidiæ, ac Trebellianicæ paritas regularis non eſt.*

80 *Quam diſtinctionem diuerſa nomina, & origo efficiunt.*

81 *In teſtamento militis Falcidia locum non habebat, in Trebellianica ſecus.*

82 *Ratione delicti multis caſibus hæres Falcidiam amittebat, quibus Trebellianicam detraheret.*

83 *Aliter propter Falcidiam onera, quam ob Trebellianicam diſponebantur.*

84 *Rolandus ant. ſed cum teſtator. §. ſancimus. C. ad leg. Falcid. multifariam reſpondet.*

85 *Alciatus in quarta Trebellianica intelligit dictam. c. Raynaldus. 18. de teſtament.*

86 Filij

86 *Filijs primi gradus Trebellianica prohiberi non poteſt.*
87 *Proponitur difficultas, an filio prohiberi poſſit Trebellianica, cui legitima debetur?*
88 *A filio duas quartas contra patris voluntatem negant aliqui detrahi poſſe.*
89 *Contraria iure canonico, ac ciuili verior eſt ſententia.*
90 *Naturali iure filijs in bonis parentum legitima debetur.*
91 *Legitima prius deducta filius reſtituendæ hæreditatis tempore Trebellianicam detrahit.*
92 *Filio plus quam extraneo in quartarum deductione iura fauent.*
93 *Filius detracta legitima, prout extraneus Trebellianicam detrahit.*
94 *Confirmatur ſententia, in textu noſtro, duas quartas deducendas.*
95 *Fructus pendente conditione percepti an ſint in quarta imputandi? remiſſiue.*
96 *Electio in vna re ad legitimam, vel Trebellianicam filio, an patri permittatur: remiſſiue.*
97 *Hodie filius apud nos ex aliquorum ſententia duas quartas non detrahit.*
98 *Hodie ab extraneo herede Trebellianica deducitur.*
99 *Detracta filiorum legitima quinta pars bona patris ſunt.*
100 *Dempta legitima ex quinta parte filius reſtituere grauatus Trebellianicam detrahit.*
101 *Proponitur quæſtio an filius in tertia & quinta parte bonorum patris inſtitutus, & fideicommiſſo perpetuo grauatus vltra legitimam Trebellianicam detrahat?*
102 *In tertia bonorum ſuorum parte poteſt pater in deſcendentium fauorem grauamen adponere.*
103 *Ex bonis maioratus reſtitutioni ſubiectis Trebellianica detrahenda non eſt.*
104 *Idem iuris eſt de toto quoad totum, quod de parte quoad partem.*
105 *Tanguntur aliqua quæſtiones remiſſiue.*
106 *Reſpondetur ex Accurſio deciſioni. l. Neſennius. 22. ff. ad leg falcid.*
107 *Cum duo caſus antiqua lege pares ſunt, de vno ad alterum argumentum ſumi poteſt.*
108 *Ex ſeparatis non ſit illatio.*
109 *Accurſij expoſitio reijcitur, & diſcrimen legis noſtra à dicta l. Neſennius exponitur.*
110 *Diſtinctio inter legem noſtram, & l. Titia. 85. ff. ad leg falcid.*
111 *Superior diſtinctio, & conciliatio diuinat.*
112 *In d. l. Titia poſt fideicommiſſum factum eſt prælegatum.*
113 *Communis diſtinctio inter prælegatum ante fideicommiſſum, & poſt illud proponitur.*
114 *Fachineus communẽ diſtinctionẽ impugnans improbatur.*
115 *In textu noſtro, quare decem data à cohæredibus in Trebellianicam non imputentur?*
116 *Filius in Trebellianicam fructus imputare non tenetur, in extraneo ſecus.*

IMPERATORES DIOCLETIANVS, ET MAXIMIANVS. AA. ET CC.

SOCRATI.

l. Filium quem habentem. 24. C famil. herciſcunda.

FIlium quem habentem fundum portionem hæreditatis fratribus, & quibuſdam alijs ſub conditione verbis precarijs reſtituere ſanxit teſtator: poſt eius conditionis euentum hæreditaria parte prædij in quartæ ratione retenta, compenſato præterea, quod à cohæredibus vice mutua percepit, & ſi quid deeſt in ſupplementum deducto, quod à cæteris in eo fundo ſoluitur, ſupra quartam habens reddere compellitur. Dat. 5. Nonas Ianuarij. CC. Coſſ.

1 HÆc litera tria membra continet in primo breuis teſtamenti relatio adponitur: in ſecundo exiſtentia conditionis, vel ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ex qua ſupponitur fideicommiſſum deberi: In tertio, & vltimo ſtatuitur, quid grauatus filius reſtituere,

ſtituere, quid retinere debeat. Prima pars eſt *in principio*; Secunda, *ibi poſt eius conditionis euentum*; Tertia, *ibi hæreditaria parte*. Quam diuiſionem Baldus *in præſenti* adſignauit, nec ab ea Bartolus diſſentit.

2 Difficultas huius textus in caſus fictione proponenda interpretes noſtros adeo torſit, vt ipſorum ſinguli diuerſas ſententias protulerint. Tres enim paraphraſes apud Accurſium inueniuntur, alia Accurſij eiuſdem, Azonis alia, & alia Ioannis Gloſſatoris antiqui. Quorum vnicuique ex antiquis, & modernis maxima ſcribentium moles adſentitur. Præter Accurſium autem aliam ſignat Loriotus *tit. delegatis axiomate vltimo.* & aliam Mattheſilanus *in præſenti.*

3 Quorum præcipua contentio ad titulum ſpectat, quo filius grauatus fundum habebat, nam alij titulo donationis inquirunt, alij legati, alij prælegati habuiſſe; nulli tamen eorum optimis, & acutis rationibus adſenſum præbuit opiniones prædictas confutans Andr. Alciat. *lib. paradox. 6. c. 5.*

4 Quamobrem non immerito iuris armarium Bartol. *in præſen.* re, & fama textum iſtū difficilem adpellauit. Baldus in tribus ardunm dixit. Primo, vt eius verbis vtar, in caſus poſitione, ſecundo in eius vtili ab obiectis contrarijs propugnatione, tertio in latitudinis materiæ illius breui, & compendioſa explanatione.

Sed præ omnibus Alciatus *vbi ſupra* maximam, & incredibilem eius difficultatem commendauit, nullam ſiquidem in toto iure deciſionem ſimilem inueniri poſſe iam difficilem intellectu, tam horridam tractatu, tam confuſam interpretamentis, tamque parum ab interpretibus intellectam exiſtimauit.

5 Fateor ſane contentionis huius examen, vt titulus, quo fundum hæres habebat detegatur, ſpeculanti parum, illud ad praxim deducenti nihil, vel certe parum prodeſſe, cum omnes ab interpretibus inuenti, qui ex patris diſpoſitione oriuntur, ad eumdem ſcopum tendant, vt à filio portionem hæreditatis patentæ totam reſtituere rogato in ſpecie noſtri textus adueniente fideicommiſſi conditione Trebellianica deducenda ſit; quare à prolixis interpretum argutijs, quas iure nugas recentiores exiſtimarunt ſuperſedendum decreui.

6 Modus deductionis ancipiti contionetſiæ cauſam dedit. Antiqui omnes duce Accurſ. *in præſenti ſchol. 2.* Bartol. *num. 3. 5. & 6.* fundum deductioni ob noxium contendunt, quorum ſententiam poſt alios impugnat Fachin. *libr. controuerſiar. iur. 6. c. 70.* ex regula *l. item margaritarum. 26. l. Plautius. 49. ff. ad leg. falcid.* vt Trebellianica de ſingulis rebus deducenda ſit.

Eam tamen recte defendit Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus. 32. ampliatio. 11. nu. 19. C. de inofficioſo teſtam.* volens *num. 20.* ſecundum Bartol. *in præſen. num. 6.* ex fundi valore Trebellianicam teſtatoris voluntate deducendam, quam ex eo iudices in familiæ herciſcundæ iudicio ſequi tenentur, cuius ſententia, vti verior, videtur Diocletiani, & Maximiani verbis, quæ deductionem Trebellianicæ ad fundum *vbique* referunt, aperte comprobari.

Vltra eos autem hac in ſpecie apertum inter Trebellianicam, & Falcidiam diſcrimen conſidero, nullum in adſignatione vnius rei ad Trebellianicæ deductionem impedimentum offendens, quæ ex vniuerſali fideicommiſſo, vni, vel ſingulis æque reſtituendo deducenda eſt; cum ſecus videatur in falcidia, quæ omnia, & ſingula legata reſecat, vt id minus vnuſquiſque in re ſibi legata, hac inter omnes æquitate ſeruata conſtituatur.

Quare cauendum eſt à Cortaſio *in præſen. num. 40.* qui ex Lanceloto Polito à ſe relato fundum hunc à teſtatore filio ex prælegato conceſſum, nec reſtitutioni obnoxium contendit, cum prælegata ex quorundam ſententia, quam diſputauit Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 5. c. 16.* vbi cumque facta in dubio reſtitutioni non ſubiaceant, nec fideicommiſſo contineantur, niſi id expreſſim cautum fuerit. 7

Quod vtique ſi verum eſſet, fruſtra fundo iudicio meo adſcriberetur imputatio tam partis hæreditario iure filio in eodem obuenientis, quam eius quantitatis, quam à cohæredibus vice mutua percepit, & à cæteris in eo fundo ſoluta eſt. Quæ omnia Cæſares expreſſerunt volentes, vt totam hæreditatis portionem filius reſtitueret, qua fundum contineri nemo inficiabitur, qui quartæ imputationi ſubijcitur. *l. Neſennius. 22. l. in quartam. 91. ff. ad leg. falcid.* Alciat. *dicto libr. paradoxor. 6. c. 5. prope finem.* Fachin. *d. l. 6. c. 70. verſic. ſecunda autem expoſitioni*, vt hac in re nulla videatur relicta dubitatio.

Cuiac. *lib. obſeruation. 8. c. 3.* & *in l. qui non militabat. 78. ff. de hæredib. inſtituend.* Aliter legem noſtram intelligit, vt ea ſimpliciter dicat exiſtente fideicommiſſi conditione filium portionem hæreditatis cohæredibus, quibus eam reſtituere rogatus eſt reddere compelli, fundi prælegati partem, quam iure capit hæreditario, imputare in falcidiam, partem, quam iure legati capit à cohæredibus, quibus vice mutua portionem ſuam reſtituit, compenſare, partem, quam iure lega- 8

legati capit à cęteris cohæredibus, quibus nihil reſtituit, ſupra quartam habete, hoc eſt, neque imputare, neque compenſare. Quod ſic ex eo extra quartam accipitur. *l. in quartam. 91. ff. ad leg. falcid.* & ſupra quartam. *l. quod de bonis. 15. §. fideicommiſſum. ff. eod. illo titulo,* qui differentiam hanc inter imputare, & compenſare adnotat.

9 Hanc Cuiatij ſententiam, & Alciati *ſuperius* tactam, quæ in idem ferme recidit, extollit Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 6. c. 70.* eorum verba deſcribens, nullam plane ipſis rationem adijciens. Ego tamen hanc Cuiatij ſententiam, & Trebellianicæ imputandæ modum ſequenda non eſſe adſero, dum aduerſus communem ſcribentium opinionem non omnibus hæredibus rogatum filium reſtituere contendit Cuiatius, & ab alijs in fundo ſibi ſolutum, quibus nihil reſtituere tenetur, ſupra quartam retinere poſſe. Cum ſane vtraque adſertio Cæſarum deciſioni aduerſa ſit; illa primis verbis. *fratribus, & quibuſdam alijs reſtituere ſanxit teſtator*, hæc illis. *& ſi quid deeſt, in ſupplementum deducto ſupra quartam habens reddere compellitur.* Ab ijs enim qua ratione quicquam grauato filio ſoluendum legaſſet teſtator, ad quos nulla ex fideicommiſſo vtilitas ſpectabat?

10 Dionyſ. Gotofred. *in præſen. verb. in quarta,* legis noſtræ ſenſum breuius, verius, & apertius, ni fallor ex veterum, & recentiorum interpretum ſcriptis edocuit. *Lex,* inquit, *eſt obſcura, quam paucis ita explico. Ad filium oneratum ad reſtituendam portionem in euentum certæ conditionis, hac lege aliquo viciſſim ab eis, quibus reſtituit, accepto, quatuor referuntur termini, retinere, compenſari, deducere, reddere. Fundum reſtituere tenetur, ſed ex eo quartam deducit, ibi retinere, ſi tantum à fideicommiſſarijs accepit, quantum ſatis eſt ad quartam, id in eam imputabit, ibi compenſato. Sin minus, ex fundo fideicommiſſario deducit, quantum ſatis eſt ad ſupplendam quartam ibi, in ſupplementum deducto, ſin plus, reddere compellitur.*

Hæc ſententia ita ſimpliciter ſumpta non omnino tuta videtur, quippe quæ ſolum inſinuat, vt grauamen cadat in fundum, non in reliquam hæreditatis partem, quamuis in principio, & hanc reſtitutioni ſubiacere fateatur, vt Cæſarum verbis, & communibus interpretum placitis ſatisfaciat, ex fundo quartam Trebellianicam ex veriore ſententia *ſuperius num. 6.* defenſa deducendam ratus iuxta formam *in lege noſtra* traditam, & à Gotofredo ipſo eleganter expoſitam. Quare vt clarius mens ipſius percipiatur, dum incipit *fundum reſtituere tenetur*, dic *fundum, ac totam hæreditatis portionem reſtituere tenetur, ſed ex fundo quartam deducit.*

Supereſt, vt nos ex varijs hiſce interpretum omnium expoſitionibus vtilia colligentes, inania reſecantes, ius ciuile à Canonico non differre contendentes ex Corraſio, & Fachineo *inferius* referendis, eidem Corraſio *in præſent. num. 40.* & Gotofredo præ alijs in multis intentes textus noſtri effigiem depingamus. 11

Petrus tres, quatuor, vel plures liberos habens in extremis conſtitutus teſtamentũ condidit, in quo vni ex filijs fundum Tuſculanum conceſſit, donationis, prælegati, aut legati titulo, qui omnes, ſi recte inſpiciantur idem poſſunt, cum eorum omnium ſit vnus, & idem finis, ea adiecta lege, vt, *ſi Nauis veniret ex Aſia*, vel *abſque liberis moreretur*, quod Corraſ. *dicto num 40.* verius cenſet, quamuis neutri earum potius, quam alij inſiſtendum iudicem, cohæredibus ſuis, ſcilicet fratribus, & quibuſdam alijs eo elogio ex fideicommiſſo ſubſtitutis obuenientem ſibi totam hæreditatis ſubſtantiam reſtitueret, certa ab eiſdem omnibus loco Trebellianicæ in eo fundo quantitate recepta. Conditio à teſtatore adpoſita ſecuta fuit. Quæſitum eſt ab Imperatoribus, quo pacto Trebellianica in reſtitutione fideicommiſſi deducenda foret?

Cui dubio Cæſares reſponderunt, filium rogatum reſtituere, qui Trebellianica vti maluit imputare in Trebellianicam debere fundi partem, quam iure capit hæreditario ex familiæ herciſcundæ iudicio, ac decem iure compenſationis, quæ à fratribus, & alijs cohæredibus in eo fundo iure legati ſibi ſoluuntur, & ſi quid deeſt ad Trebellianicam ex fundo deductu. Quòd ſi tum hæreditaria pars prædij, tum data à fratribus, & alijs, quibus rogatus eſt filius reſtituere, quantitas totius aſſis reſtituendi ære alieno, & legitima prius deductis quartam ſuperaſſet, eumdem grauatum filium id quod ſuperfuerit, in fundo cohæredibus reddere compelli, ſicut ipſe ex tota hæreditate reciperet, quod omnibus his in eam imputatis pro Trebellianicæ implemento defuiſſet, vt deciſio hæc conſonet. *c. Raynutius. 16. de teſtament.* nec illius correctioni locus vacet *c. cum expediat. 29. cum vulgat. & ſimil. lib. de electio lib. 6.*

Quod niſi ita ſe haberet, quid amplius filio iura, quam extraneo conceſſiſſent, quæ huic vniuerſali hæredi inſtituto, ac reſtituere grauato Trebellianicæ deductionem permiſerunt ex veterum Conſultorum, Cæſarum, Pontificum, & interpretum omnium communi voce quam *latius infrà* exornabimus, *ex num. 33 ad 38.*

Quam veriſſimam ſententiam nouiſſime & acutiſſime defendit Fachin. *lib. controuerſ. iur. 5.*

Digitized by Google

iur.5.c.2. has & alias pro ea rationes expendens, & contrarijs argumentis ad ſatutitatem ſatisfaciens poſt Corraſ. *in præſen. ex num.71. ad 91.* his & alijs rationibus vſum *num.*78. & clarins *num.*88.

Concluſiones ad textum noſtrum variæ tradũtur, quæ lecturis variantibus, ipſæ quoque varios fines reſpiciunt, quarum differentijs omiſſis vt ad difficiliora paſſum tendamus, Thema noſtrum ex caſus poſitione ſupradicta emanans ſic ſe habet.

CONCLVSIO.

Vniuerſale fideicommiſſum à filio grauato adueniente conditione reſtitui debet legitima, & Trebellianica inde deductis ſecundum formam traditam in noſtro textu.

12 Quam concluſionem ſignauit Bald. *in præſen.* Iacobum de Aretio *ibidem*, relatum, ſecutus quem hic meminit Bartol. non tamen ita clare, & explicite concluſionem hanc vterque declarauit. Quam probat *l. in quartam.* 91. cum ſimilibus *vtrobique* ab Accurſio, & interpretibus conuocatis. *ff. ad leg Falcid. c. Raynutius* 16. *c. Raynaldus.* 18. *de teſtam. c. ſi pater eodẽ tit. lib.* 6. *l.*3. vbi Gregor. Lop. *ſchol.*3. *tit.*4. *part* 5. *l vlt. tit.*5. *l.*1. *l. vlt. tit.* 11 *l.*4. vbi Gregor *ſchol.*3. *tit.*15. *part.* 6. in meliorationis ſpecie alias complexa *l.*10. *tit.*6. *lib.*5. *recopilation.* Agunt de materia præter ordinarios *in præſenti* Bald. *conſil* 247. *lib.*1. Angel. *conſil* 75. 101. & 131. Alexand. *conſil* 8. *in primis numeris lib.*2. Alciat. *lib paradox. r.*6. *c.*5. idem reſponſo 78. & *reſponſo.*479. Roland. *conſil.*12 27. & 30. *lib.*1. idem in quæſtione an fructus ſint in Trebellianicam imputandi? *conſil.*26. *lib.*3. Paul. Pariſ. *in l. cum filio familias* 11. *in princip. tribus, aut quatuor primis numer. ff. de legat. lib* 1. Couarru. *in d. c. Raynutius*, melius *in d. c. Raynaldus.* maxime §.3. Coſta *in dicto. c. ſi pater. verb. abſque deductione ex num.*13. Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus.*32. *ampliatio.*11. *num.*20 & *ibi* Valdes. *C. de inofficioſ. teſtam.* Pinel. *in l.*1. *C. de bonis matern.* 3. *parte, num.*83. *limitatio.*11. dominus, & amicus meus Ioan. Matien. *in l.*1. *ſchol. vlt. tit.* 4. *l.*1. *ſchol* 3. *tit.*6. *l.*3. *ſchol.*1.2. & *vlt. tit.*8. *lib.*5. *recopilation.* Parlador. *rer. quotidianar. lib.*1. *c.*11. & *in ſeſquicentur. differentia.*20. Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.*7. *tit.*11. Surd. *deciſ.*333 *p.*2. Petr. Anton. Petra Sancta *de fideicommiſſ. ex prohib. alienatio. reſultantib. quæſt.*15. *ex num.* 150. Fachin. *lib. controuerſ. iur.*4. *c.*38. *libr.*5. *c.*1. *cum nouem ſequentib. lib.*6. *c.*22 & 60. Farinac. *in praxi criminal.*1. *tom.*1. *part. tit.*3. *de delict. & pœn. qu.*25. *ex num.*40.

Hæc ſunt, quæ noſtri textus diſpoſitionem 13
& ex ea elicitam concluſionem iuuãt, quam lædunt, & perturbant plurima, quæ in dubitandi ratione in vnum congeſta ipſi obijciã. Sed antequam ad obiectiones, & materiam hanc coaceruatim exponendam deſcendetim, morem mihi in diſputationibus hiſce ſolitum ſequutus, difficiliora legis noſtræ verba interpretanda ſuſcipiam, cuius expoſitioni vt deſideratum initium faciam.

Præmitto adeo eam reputari difficilem, vt quoad eius conſtructionem non parum ſecũ inuicem ſcribentes pugnauerint. Difficultas, circa verbum illud, *filium*, in textu poſitum conſiſtit. Quod Accurſ. *in præſen. ſchol.*1. *ad fin.* dupliciter intelligit. Primo adſerit errore Typographi accuſatiuum cum nominatiuo commutatum, quod repetit in contextu. *l. eam quam* 14. *C. de fideicommiſſ.* vbi ſecundum eum, & interpretes communiter, *ea, quam,* dici debuiſſet.

Verumtamen expoſitio hæc ſubſtineri ne- 14
quit, nec de. *l. eam quam*, ad noſtram argumẽtum ſumi poteſt. In illa namque verbum eſt in indicatiuo, quod cum agentem perſonam non habeat, ideo vel ſupplenda eſt, vel potius, & melius dictio *eam* in accuſatiuo poſita debet in nominatiuo adponi, vt ab eo verbum *deceſſerit*, regi poſſit. Qua de cauſa Florentinus codex habet *ea, quam,* prout *in pandectis vulgaribus ad marginem* ſolita cruce, aut ſtellula adnotatur. At *in lege noſtra* verbum *reſtituere*, quod regit ea dictio, *filium*, in infinitiuo collocatum exiſtit, cuius agens perſona in accuſatiuo conſtituenda eſt.

Rurſus prædicta expoſitio infirmatur ex 15
Baldo *hic n.*2. nam admiſſa in nominatiuo dictione *filium*, ſolæciſmus neceſſario admittendus foret, cũ adijci debeat participio, *habentem*: itaque *filius habentem* dici non poteſt.

Quamobrem ſecundo loco Accurſ. *in præ* 16
ſen. quem refert Bartol *n* 3. *oppoſito.*3 & ſequitur Bald. *n.*2. *in fine*, interpretatur, *filium quem*, id eſt aliquem, & poſtea ad verbũ, *compellitur*, in ſecunda periodo exiſtens, ſupplendũ dicit, *prædictus filius*, cũ qua adnotatione textus noſter ſatis apte conſtructus manet. Nec immerito dictio, *filium*, hic poſita in pandectis Florentinis emẽdata non fuit, nec neceſſum erit dicere, vt tertio loco ſenſit Bartol *hic d. n.* 3. *filius, quem filium.* Nominatiuus enim is *ibi*, poſitus verbum, quod regat, non habet, niſi ad ſequentem periodum remittatur, quod fieri non ſolet, nec debet.

Adnotatio autem iſta plurimum iuuat, 17
quoniam ex Bartolo *vbi ſupra*, quem Bald. & cæteri *in præſen.* ſequuntur, malam grammaticam iura non admittunt. *l. Plautius.* 8. vbi Bartol. *ff. de auro, & argen. lega.* Bern. *in c.*

ad audientiam.11. ex eo de reſcript. vbi Ioan. Andr.& Panormitan.& iterum Bernard.*in c. ex parte 11.de fide inſtrumentor.*cum pluribus alijs,quos refert ſecutus Philip.Dec.in additione ad Bal. *verb.mala grammatica*,regia *l.2. tit.23 part.4 l.12.tit.14.lib 4.recopil.* Greg.Lop. *in l.2.ex ea ſchol.1.tit.19 part.3.* interpretes *in l. 2 C.de diuerſ.reſcript.* Farinac.*in prax.crimin.lib. 5 tit.de falſita.& ſimulatio quaſt.153.cum duob ſequentib & quaſt.156 num.95.*

18 Deinde interpretes *in præſenti*, maxime Bartol.*n.3.oppoſi.10.2.*Bald.*n.4.*diſputant,quare in hoc textu de Trebellianica agatur? & an de illa intellectus ſit aptus *tit famil.herciſcund.* ipſi optime reſoluunt, prout & alias quæſtiones ſimiles,ideo in his temporis plus mihi non labetur cum primis verbis explicitis,& caſu ficto ſatis conſpicua manſerit noſtri textus materia.

19 Quibus ita conſtitutis ratio dubitandi in eo conſiſtit, quòd Trebellianica in ſpecie noſtri textus deduci non potuit, cui ex diametro pugnat *l.Neſennius.22.verſic.ſed cum is ff. ad leg Falcid.*vbi non regula traditur,hæredem à teſtatore grauatum reſtituere in conditioneris euentum quartæ beneficio vti non poſſe, ſi aliquid à cohæredibus acceperit,ſed *in præſenti* filius grauatus id recepit, vt patet *in verſ. compenſato præterea, quod a cohæredibus vice mutua percepit*, ergo Trebellianicam deducere non potuit.

20 Quòd ſi adhuc fatear, quartam deducendam fuiſſe,non tamen hæc ex tota hæreditaria parte ad filium pertinente deduci potuit, ſola enim quarta pars hæreditariæ portionis, quæ duodecima eſt totius aſſis ad Trebellianicam detrahendam obnoxia erat. *l. Titia.*
21 *86 ff.ad leg. Falcid.* Maxime, cum ipſi, & *ſupra* dictis omnibus non minus obſit *l. in quartam. 91 ff. illo tit* vbi conſultus ait, ea ſolummodo debere in Trebellianicam imputari,quæ hæreditario iure proueniunt. Vnde cum datũ à cohæredibus *in præſenti* hæreditario iure prouenire non videatur, non debuit in quartam imputari.

22 Nec parum hanc iuuat difficultatem illius legis verſiculus *incipiens pro ea vero parte*, vbi Martianus ait,filium grauatum reſtituere,quæ à cohæredibus accepit, in ea habitorum imputationi nequaquam ſubiecta. Cui difficultati non ſatisfacit communi opinio,qua defenditur dictam *l. in quartam* procedere in Falcidia,noſtram in Trebellianica, quæ de fideicommiſſis deducenda eſt.

23 Nam Falcidia quoq; in fideicommiſſis locum habet,*l.1.§.denique.l.pater filium 14.dicta l. Titia 86.ff.ad leg.Falcid.l.ita tamen.27.§.Trebell. ff.ad Trebell.l.quamquã.10.C.ad leg Falcid.* Cum ergo Trebellianica, & Falcidia pares fiant, igitur vel hæc, vel illa lex abijcienda eſt.

Facit autem apertius contra noſtrũ textũ 24 pro reſponſo conſulti *in d. l. in quartam* deciſio *l.iubemus 6.C.ad Trebell.*vbi filius hæres inſtitutus, & ſub conditione grauatus partem hæreditariam reſtituere, quartam ex hæreditarijs rebus ipſius teſtatoris deducit, nec fructus perceptos in Trebellianicam imputat. Quorſum igitur *in præſenti* datum ſibi à cohæredibus hæres grauatus in quartam Trebellianicam imputare tenebitur?

Sed his,& alijs non obſtantibus,quæ conſulto ad decidendi rationem pertractanda omitto ex textu noſtro deſumpta cõcluſio veriſſima eſt, & in puncto iuris amplectenda.

Sed antequam adſignetur decidendi ratio, præmittendum eſt Trebellianicæ nomẽ ciuili in iure non inueniri,ſed exprimi *in c. Raynaldus 8.de teſtament.*& à ſcribentibus docendi cauſa ſic appellatam fuiſſe. 25

Cui ſententiæ non obeſt, hanc à Senatus conſulto Pegaſiano ad inſtar Falcidiæ inductam fuiſſe *§. ſed quia hæredes Inſt de fideicommiſ. hæreditat.*eiuſque loco Senatus conſulti Trebelliani beneficiũ ſucceſſiſſe, vt in fideicommiſſarijs hæreditatibus locum habeat,ipſiuſque authoritate huiuſmodi quarta hodie retineatur, *§. ſed quia ſtipulationes Inſtitut.ad Trebellian.*numquam enim in ciuili iure Trebellianicæ nomen obtinuit, donec à ſummo Pontifice *in d. c.* Raynaldus hoc nomine donata fuit teſte Cotta *in d. c. ſi pater. 2.part. verb. Trebellianica num.2.*

Cuius denominationis iuſtam fuiſſe admodum cauſam, cum à Senatus conſulto Trebelliano vires capiat, communi ſuffragio interpretes conſentiunt. 26

Quæ quidẽ Trebellianica eſt,quarta portio, quæ de fideicommiſſis ab hærede deducitur,ſicut Falcidia quarta portio,quæ ab hærede de legatis, quæ dodrantem excedunt *l. 1 ff ad leg.Falcid.*percipitur *d.§.ſed quia hæredes l. 2 § quoniam C de veter.iur.enuclean.* Fachin.*controuerſ.iur.lib.5.c. 11. & 12. verum iſtis ego non adſentior.* 27

Hodie inter Falcidiam, & Trebellianicã differentia ſublata videtur, cũ generalis fuerit legatorum, & fideicommiſſorum exæquatio facta *l.1.ff.de legat.lib.1 l. 2. C.commun. de legat.*Fachin.ex alijs *d.c.11.verſic.reſpondeo, non eſſe bonam conſequentiam.* Parlador.*in ſeſquicentur. differen.20. num.2.* 28

Ideo frequentiori calculo receptum eſt,vt Falcidia locum habeat in legatis, & fideicõmiſſis particularibus, Trebellianica in fideicommiſſis vniuerſalibus,& vno, eodẽq; tẽpore vtraq; quarta deducẽda ſit, ita tenuere Paul.Pariſ.*conſi. 43 num 45 lib.3.*idem *in l.cum filio familias 11.numer.1 ff.de legat.lib.1.* Iaſon *in Rubri.* 29

Rubri. ff ad Trebellian. 1 *lectu. num.* 5. 6. & 9. *lectu.* 2. *num.* 13. 14. & 17. Socin. Iun. dicens communem & veram concluſionem *conſil.* 122. *nu.* 5. *lib.* 1. *conſil.* 49. *nu.* 16. *lib.* 3. Ripa in *dicta l. in quartam.* 91. *ff. ad leg. Falcid.* Couarru. *in d. c. Raynald.* §. 3. *num.* 6 & 7. Paradot. *dicta differen.* 20. *num.* 1. & 2.

30 Sed contra ſentiunt Alciat. *lib. paradoxar.* 5. *c.* 19. idem *reſponſo.* 630. Socin. Cumano. & alij, quos retulit Fachin. *d. lib.* 5. *c.* 12. eorum ſententiam probans. Quod rectè diſſerit Roland. *conſil.* 27. *num.* 3. 4. 17. *ac* 19. *lib.* 1. melius Fachin. *in d. c.* 12. & *præcedenti* rationes, ac fundamenta hinc inde proponens, quæ ab ipſis lector mutuabitur. Ad nos quæſtionis huius longius examen ſpectare non videtur.

31 Hinc colligo hæredem reſtituere rogatum Trebelliani beneficio quartam *ex textu noſtro, d. §. ſed quia heredes, & ſimilibus* retinere. Sed oportet, vt hæreditatem reſtituere tamquam hæres vniuerſalis rogatus ſit. *l. mulier.* 22. §. *vlt. ff. ad Trebellian.* vbi Alexander ita explicat, Bartol. *in l. acceptis,* 93. *ff. ad leg. Falcid.* Iaſ. *in dicta l. cum filio familias.* 11. *numer.* 14 6. *ff. de legat. libr.* 1. vbi Paul. Pariſ. *num.* 2. & 3. hanc ex alijs doctrinam extendens ad eum, qui locum hæredis obtinuerit. Quod ipſe probari ait *in d. l. cum filio familias.*

32 Vnde deduxit duo notabilia Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 7 *tit.* 11. *nu.* 4. & 5. Primum fideicommiſſarium vniuerſalem alteri reſtituere rogatum, cum hæres non ſit, Trebellianicam deducere non poſſe, *l. ſi patroni.* 55. § *qui fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.* niſi ei Trebellianicam hæres donaſſet. Quod ex Ripa, Iaſone, & alijs communiter defendunt Anton. Petra Sancta *de fideicommiſſ. q.* 15. *n.* 102. Fachio. *lib.* 5. *c.* 7. diſputantes, an hæres Trebellianicam non detrahens eo ipſo fideicommiſſario donaſſe ſit cenſendus.

33 Secundum hæredem in rebus certis inſtitutum, & rogatum reſtituere Trebellianica vti non poſſe, ſi alius fuit hæres vniuerſalis inſtitutus. Is enim non hæredis, ſed legatarij loco habetur. *l. quotiens* 13. *C. de hæredib. Inſtituend. l.* 14. *vbi* late Gregor. Lop. *maxime ſchol.* 3. *tit.* 3. *part.* 6. poſt alios Tiraqu. *in tract. le mort. ſaiſit.* 2. *parte, declaratio.* 4. *à n.* 2. vbi late diſcutit an tertiam hic ſpeciem inter hæredem, & legatarium conſtituat? Quod principale axioma præter Manticam *vbi ſupra* ex alijs confirmat Coſta *in d. c. ſi pater.* 2. *parte verb. Trebellianicæ num.* 5. Anton. Petra Sancta *d. quæſt.* 15. *n.* 185. 207. *ac* 212.

34 Vnde ſubinfert Mantica, filium hæredem ex certis rebus inſtitutum, & rogatum poſt mortē reſtituere, vt ſæpe accidere ſolet, poſſe quidem legitimam iure ſibi naturæ debitam retinere, licet Trebellianicam, vel Falcidiā, quæ vniuerſali hæredi competunt, detrahere nequeat. *l. lex Falcidia.* 47. §. *nunquam. ff. ad leg. Falcid.* ex cuius deciſione hanc ſententiam tenuere plures relati à Mantic. *vbi ſupra*, inter quos Socinus Iunior eam communem adſerit, nec ab ea in iudicando, & conſulendo recedendum *conſil.* 122. *n.* 7. *lib.* 1. Petra Sancta *de fideicommiſſ d. quæſt.* 15. *n.* 185.

35 Nam, cum Trebellianica ſit quarta hæreditatis portio, quæ iure hæreditario retinetur, ex his quæ adnotat Coſta *in d. c. ſi pater.* 2. *parte verb. Trebellianica in princip.* & *ſuperius n.* 27. adnotauimus. Iuſque hoc hæreditarium actiua, & paſſiua, vt ita dixerim iura complectatur apud ſolum hæredem vniuerſalem inueniri poteſt, *d. l. quotiens.* 13. *C. de hæredib. inſtituendis*, & hic ſolus fideicommiſſo grauatus Trebellianicam retinere poterit.

36 Quapropter hæc ad noſtrum textum applicans adſero, in eo grauatum filium in fundo vltra hæreditatis aliam ſibi obuenientē portionem inſtitutum, ac totam hæreditatē ſibi relictam reſtituere rogatum, vt hinc pateat nullum alium ex cohæredibus maiorē, imo nec æquam hæreditatis portionem adeptum. *c. Raynutius* 16. *de teſtament.*

Sed quæſtionis eſt, Num fideicommiſſo, & legatus grauatus hæres ex omnibus bonis quartam Trebellianicam deducere poſſit? an ex eo quod ſupereſt deductis legatis? In qua ex Oldraldo, & alijs veriorem defendit Gregor. Lop. *in l. vlt. ſchol.* 1. *tit.* 11. *part.* 6. Fachio. concluſionibus eam docte, vtiliter & eleganter explicans, vt nihil amplius deſiderari queat. *lib. controuerſiar. iur.* 5. *c.* 8. ex tota hæreditate deducendam.

37 Prædictis noua quæſtio ſuccedit, vtrum hæc deciſio noſtra ad Trebellianicam? an ad Falcidiam? an vero ad legitimam iure naturæ debitam referenda ſit?

Socin. Iunior *in dicta l. cum filio familias.* 11. *ff. de legat. lib.* 1. Paul. Caſtrenſ. *in l. in quartam.* 91. *num.* 2. *ff. ad leg. Falcid.* Cuiac. *in l. qui non militabat* 78. *ff. de hæredib. inſtituend.* legem noſtrā in Falcidia intelligere videntur *ex l.* 1. *verſic. ſecundo capite. ff. ad leg. Falcid.* in qua Falcidiæ quarta pars hæreditatis dicitur.

38 Sed hæc opinio vera non eſt, cum Cæſares Trebellianicam expreſſerint quorum deciſioni conſonat text. *in d. c. Raynutius.* 16. *c. Raynaldus.* 18. *de teſtament. l.* 2. §. *quintus. C. de vet. iur. enuclean.* §. *ſed quia hæredes Inſtit. de fideicommiſſar. hæreditatib.* Quæ opinio procul dubio verior eſt, quam ſcribentes *in præſenti* communiter probant Oldrad. *conſ.* 113. *n.* 3. Cuman. *in l.* 1. *ff. ad Trebell.* Greg. Lop *in l. vlt. verb. la quarta p. tit* 5 *l. vl. ſchol* 1. *ti.* 11. *p.* 6. Cuiac. ſibi cōtrarius ad Iulium Paulum *lib.* 3. *ſententiar. ti.* 8. Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus* 32. *ampliat.* 11.

num.20.in princip. C.de inofficioſ.teſtamen. Paul. Pariſ.*in dicta l.cum filio familias,n.3.*

39 Non me latet, Panormitanum *in d. c. Raynaldus.num.28.circa med.*tenuiſſe, textum noſtrum in quarta iure naturæ debita procedere, cuius opinionem optimis fundamentis, & rationibus euertit Roderic. Suar. *vbi ſupra ex num.17.ad 21.*

Ex veriore tamen ſententia deciſionem noſtram ad legitimam, & Trebellianicam extendunt Corraſ. & Fachineus *num. 11. ſuperius* adducti, ne iuris Cæſarei correctio admittatur. Quam vtique veriſſimam opinionem elegantiſſime contra Hottomannũ, vt nihil amplius excogitari poſſe videatur defendit Fachin.*controuerſ.iur.lib.5.rep.titio.c.2.*

40 Sed ne deciſio noſtra ratione deſtituta maneat. Duplici de cauſa Cæſares filio hæreditatem ſuam reſtituere rogato adueniente conditione legitimam iure naturæ debitam, & quartam Trebellianicam adiudicarunt.

Prima, ne filius hic hæreditatem repudiaret, ſi nullum ex ea commodum perciperet. *l. 2. §. quintus. C. de vet. iure enuclean. proem. tit.11. partita.6. Conuenible coſa es,*inquit,*y con razon, que el heredero de cada vn home aya los bienes de aquel, a quien ouiere de heredar, o cierta parte dellos. Ca deſaguiſada coſa ſeria, auer nome de heredero, e non le venir ende pro ninguno.*

41 Secunda, & præcipua eſt, ne nomen hæredis directi, propter quod debitis adſtringitur, & actiones directæ in eum tranſeunt. *l. cum heredes.23.cum ſimilib.ff.de acquiren. poſſeſſio. l.1.tit.14.part.6.* innane maneat, & abſque mercede, aut præmio. *l.1.§. ſed ſi heres cum alijs eiuſmodi ff. ad Trebellian. §. ſed quia heredes Inſtit. de fideicommiſſar. hereditatib. l.vlt.tit.5.l.vltim.tit.11.eiuſque proem. part.6.* vt non immerito filius in ſpecie legis noſtræ ex reſtituendis bonis poſt legitimam quartam Trebellianicam deducat.

42 Quæ regula licet veriſſima, & generalis ſit, non nullis tamen caſibus fallit. Detractio enim Trebellianicæ non fit, quando rogatus hæres reſtituere noluit hæreditatem adire, qui quamuis compulſus adire teneatur, nihilominus tamen adueniente conditione Trebellianicam non deducit.*l.quia poterat.4.cum alijs eius tituli.ff ad Trebill. l.non iuſtam.4. C. eod.tit.d.§. ſed quia heredes.*

43 Nec detrahit Trebellianicam hæres non conficiens inuentarium, quamuis plurimi contra ſentiant. Quam quæſtionem late diſputant Roland.*conſil 27.lib.1.* Anton. Petra Sancta *queſt 15.n.157.cum quatuor ſequentib.* Fachin.*lib.controuerſ.iur.4.c.38.lib.6.c.33.*

44 Nec reſtituere grauatus gratia fideicommiſſarij, non ſua ex his quæ has, & alias limitationes adſerentes notant poſt alios dominus & auus meus Ioan. Matien *in l.1.ſchol.19. tit.4.lib.5.recopilation.* cuius ſcholij initiũ prædictas decidendi rationes continet, plurimis adductis Petra Sancta *de fideicommiſſ. qu.15.ex n.152.* Farinac.*in praxi crimin.tom.1.part.1.tit.de delic.& pœn.queſt.25.num.46.& 47.*

Surgit nunc difficultas non parum ab interpretibus controuerſa. Vtrum deductio Trebellianicæ poſſit à teſtatore prohiberi? Qua quæſtione deciſa inferã an idem, quod in hærede vniuerſali extraneo inſtituto dicitur, obtineat etiam in filio ſimiliter inſtituto, ac reſtituere rogato?

Quam quæſtionem licet dominus & auus meus Ioan. Matien. *vbi ſuprà*, Anton. Petra Sancta *dicta queſt.15.à n.251.* Fachin.*lib.controuerſ.iur.5.c.4.* Farinac. *dicta queſt.25 à nu.40.* latiſſime tractent, quoniam tamen difficilis eſt, & in praxi frequens teſte domino meo *in dicta l.1.ſchol.19.num.18.* quid in ea ſentiam libenter aperiam.

In qua, vt vltra progrediar veterum, ac recentiorum interpretum opiniones diuerſæ, ſecumque inuicem pugnantes inueniuntur. 45
Aliqui enim negatiuam partem adprobarũt, ſcilicet Trebellianicæ prohibitionem à teſtatore factam non valere, quorum dux fuit Accurſ.*in authent.ſed cum teſtator verb. ceſſat. C. ad leg.falcid.*quem ſecutus eſt Bartol. *in l. nemo poteſt.55.n.7.ff.de legat.lib.1.* Alberic.*in l. raptores 54 n.3.C.de Epiſcop. & cleric.* Alexand. *in l. Marcellus 3. in princip.queſt.5.ff ad Trebellian.* Angel. *in authentic.de triente, & ſemiſſe. §. ſi vero expreſſim, & §.eos quoque* per ea tura, idem *in d.authentic.ſed cum teſtator,* Ludouic. Roman.*in authentic.ſimiliter circa finem. C.ad leg.Falcid.* idem *conſil 75.& conſ.79.* Socin.*conſil.209. ad fin.lib.2.* Iaſ.*conſil.84 n.9.lib.1.* Bertrand.*conſ.37.lib.1.* Additio Alexandri *conſil.5.n.14.lib.3. conſ.133. lib.5.* Boër. plures euocans *deciſ.44.n 33.* Tiraquell.*poſt leges connubiales,ſchol.5.n.110.* Alciat. *lib. paradoxor.5.c.19.* Ioan. Crottus *in dicta l. nemo poteſt n.17.* Couarru.*in c. Raynaldus.18.§ 3. n.6.de teſtament.* Gabriel. & alij, quos adfert ſecutus Fachin.*controuerſ iur.lib.5. c.4. verſ. verum iſtis nihil morantibus,* Farinac.*dicta queſt.25. num.40.*

Mouentur, quoniam, licet Falcidia prohiberi poſſit *authen. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.* id tamen in Trebellianica ius expreſſum nõ inuenitur. Inter has verò duas ſpecies ratio differentiæ non inutilis conſtitui poteſt, cũ Falcidia in fauorem teſtatoris inducta ſit, vt ab eo in teſtamẽto ſcriptus hæres facilius hæreditatẽ ipſam adire velit: Trebellianica vero nõ ideo, vt hęres adeat, cũ cogi poſſit illã adire.*l.nam quod 14.§.qui compulſus. l.ita tamẽ.27.§. qui ſuſpectã.ff.ad Trebellian.l.non iuſtã,4.C.eod.tit.* 46

no-

notant ſcribentes *in authentic. ex cauſa. C de liber. preterit.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in dicta l. 1. ſchol. 19. num. 1. in fine, tit. 4. lib. 5. recopilation.* alijque omnes *ſcholio proximo ſupra* congeſti.

47 Sed ideo vniuerſali hæredi reſtituere grauato Trebellianicæ deductio conceſſa eſt, ne hæredis inſtitutio vana ſit ex his, quæ *nu. 42. in decidendi ratione* diximus, cum in hæredem ipſum actiones tam actiuæ, quam paſſiuæ, vt ita loquar cum in hæreditate tranſeant. *d. l. cum heredes. 23. ff. de acquiren. poſſeſſio.*

48 Vnde colligo, ex communi omnium ſcribentium ſententia Trebellianicam in fauorem hæredis principaliter inductam fuiſſe, quam ideo teſtator prohibere non poterit, cum ius alteri competẽs immutare nequeat. *l. pactum. 22. l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact. c. ſi diligenti. 12. cum complicibus de foro competen.* teſtatoriſque prohibitionem legibus aduerſam ſeruandam non eſſe. *l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. lib. 1.* cum alijs iuribus, quæ ad id probandum iungit poſt alios Fachin. *d. c. 4. verſic. moueor hoc argumento.*

49 Huic opinioni non parum opitulatur deciſio. *c. Raynaldus. 18. de teſtament.* in qua Pontifex quartam falcidiam contra teſtantis voluntatem deducendam ſtatuit, cuius verbis non Falcidia, ſed Trebellianica neceſſario ſubintelligenda eſt, aliter namque intellecta obeſſet diſpoſitioni *authentic. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.*

Quare ne correctioni locus fiat. *c. cum expediat. 29. cum ſimilib. de electio. lib. 6.* intelligi debet in Trebellianica, maxime cum *in eo textu* ſit rogatus hæres totam hæreditatem reſtituere, cui Trebellianica non Falcidia competit. Nec ideo Pontifex reprehendi poteſt, quod Falcidiam dixerit, tum quia promiſcue Falcidiæ, ac Trebellianicæ nominibus veteres aliquando vſos plurimis á ſe relatis oſtendit Petra Sancta *dicta queſtio. 15. n. 150.* quod nemo ignorat, tum etiam, quoniam Falcidiæ verbum ad quartæ cuiuslibet detractionem referri poteſt. Circa cuius doctrinæ veritatem videndus eſt Bernard. quem cæteri ſequuntur. *in dicto c. Raynaldus verb. beneficio legis Falcidiæ.*

50 Rurſus prædicta ſententia confirmatur, nam iure antiquo Trebellianica & Falcidia prohiberi non poterant. *l. Titia. 86. ff. ad leg. Falcid. l. ſi vt allegas 11. C. eod. tit.* Sed ius hoc expreſſe correctum in Trebellianica non inuenitur, ergo nec hodie prohiberi poterit. Qua ratione attenta hanc partem tenuit ſummi vir ingenij Alciat. *d. lib paradox. 5. c. 19.* alijſque multis á ſe relatis Fachin. *d. c. 4.* contrarijs argumentis ſatisfaciens *ex verſic. omnis difficultas in eo eſt poſita.*

Contraria tamen ſententiã non minore 51 authoritate fruitur, partem enim adfirmatiuam tenuerunt Bartol. ſibi contrarius *in d. l. Marcellus, 3. ff. ad Trebellian.* & *ibidem* Iaſon. *num. 45.* poſt Accurſ. *in dicto authentic. de haredib. & Falcid. § ſi vero expreſſim* cuius opinionem magis communiter receptam hactenus fuiſſe teſtantur Ioan. Crottus, & Alciat. *in praadductis iurib.* eamdem iterum tenuit Bartol. *in l. centurio. 15. nu. 27.* quem ſequuntur *ibi* Angelus, Alexander. Aretin. & cæteri eius temporis interpretes, Galhaula *num. 400. ff. de vulgari,* late Paulus Caſtrenſ. *toto conſil. 28. lib. 2.* Alex. ſibi contrarius hanc dicens communem *conſil. 50. num. 14 lib. 3. conſil. 101. nu. 6. & plurib. ſequentib. lib. 6.* Corſet. *de poteſt. reg. queſt. 37. dub. 2.* Guillielm. Benedict. *in repetitio. c. Raynutius. 16. verb. ſi abſque liberis. 2. n. 15. verſic. tertio limitabis de teſtam.* Tiraquell. quamuis dubius *poſt leg. connubial. ſchol. 7. num. 202. & ſequent.* Ioan. Crottus *in repetitione. l. nemo poteſt. 55. n. 35. & 36. & ibi* Ioan. Anibal. *nu. 250. ff. de legat. lib. 1.* Berengat. Ferdinan. *in l. in quartam. 91. c. 1. n. 316. ff. ad leg. falcid.* Boëri de communi teſtatus *deciſ. 44. nu. 33.* Greg. Lop. *in l. 9. verb. ſeñaladamente col. 1. tit. 11. part. 6.* Philip. Franc. *in c. ſi pater. 1. nu. 105. & ſeq. de teſtam. lib. 6.* vbi Eman. Coſta. *3. p. verb. interdum. n. 49.* Couarr. *in d. c. Raynaldus. d. § 3. n. 8. in fine,* addẽ, pro ſua opinione plurimos, eamque amplians, vt procedat etiam ſi Trebellianicæ prohibitio codicillis contineatur: eandem ſimpliciter abſque Couarruuiæ ampliatione defendit Roland. *conſ. 12. n. 4. & cõſil. 27. in princip. lib. 1.* cui ſe ſubſcripſit Manti. plures adferens *de coniect. vlt. voluntat lib. 7. tit. 11 ex n. 8.* Ludou. Moli *de Hiſpanor. primog. lib. 1. c. 17. n. 11.* Andr. Geyll. & alij, quos meminit Fachin. *d. l. 5. c. 4. in princ.* poſt plures alios Ant. Petra Sancta *de fideicommiſſ. d. quaſt. 15. num. 151.* Farinac. *d. tit. 3. de delict. & pœn. qu. 25. n. 45. verſ. quia tamen,* Paſqual. Saul. *in tractat. de alienan. reb. fideicommiſſo ſubiectis quaſtion. 17. numero 1.*

Quorum omnium opinio vim maximam 52 ex eo ſortitur, quòd Falcidia, & Trebellianica iure veteri æquiparentur *d. l. Marcellus. 3. ff. ad Trebellian.* Igitur lex noua in Falcidia corrigens, vendicabit quoque ſibi locum in Trebellianica ex Accurſ. *in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. 20. ſchol. vlt. C. de furt.* & *in l. quod vero contra. 14. ſchol. vni. in fine, ff. de legib.* cum multis alijs interpretibus, quos, vt id probet, congerit Farinac. *1. parte fragmentor. criminal. litt. E. verb. extenſio. num. 203.*

Cuius doctrinæ ratio eſt, nam in vno ex 53 connexis ſtatutum ad alia extenditur. *c. translato. 3. de conſtitutionib. l. non poſſunt. 12. ff. de legib.* & *vtrobique* ſcribentes Farinac. *dicta lit. E. num. 188.*

54 Nec huic rationi obeſt legem antiquam ad expreſſum caſum reſtringendam eſſe. *l. præcipimus. 32. C de appellationib. authen. de trien. & ſemiſſe §. conſideremus collatio. 3. cum ſimilib.* & ijs, quæ *inibi*, diſputant interpretes, quibus adde Iaſon. *in l. illam. 19. C. de collationib.* & plures alios, quos refert ſecutus Farinac. *dicta lit. D. num. 130-133. ac deinceps.* Nam reſpondeo, in ſpecie noſtra ob eamdem rationem expreſſum in Falcidia ius ad Trebellianicam ampliandum, cum eiſdem vtraque regulis circumſcribatur, ita in ſpecie Couarru. *vbi ſupra*, plurimos alios adſerens Farinac. *proxime* relatus *num. 51. ac duob. ſequentib.*

55 Cui adſertioni fauet, ex ea fauorem teſtantium duci, quibus liberam tribuit facultatem, vt grauato hæredi quartam poſſint Trebellianicã auferre: fauorem autem hunc nullus vincit, *auth. de nupt. §. diſponat collat. 4. l. 1. cum mille ſimilib. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. cum Marthæ. 6. de celebratio. miſſar.* interpretes *paſſim vbique.*

56 Quo fauore conſiderato, ampliatio noſtra, quamuis correctoria ſit, ex vulgata iuris regula, *odia reſtringenda, fauores ampliandos*, amplectenda eſt de qua *in c. odia 15. de regul. iur. lib. 6. l. vni. §. vltim. C. de caduc. tollen. cum multis ſimilib.* late poſt alios Farinac. *in dicta litter. E. à num. 79.*

Quinimo, & ſi fauor hic non conſideretur, contendit tamen ex Iaſon. Croto & alijs Couarru. *in dicto c. Raynaldus. §. 3. nu. 6.* diſpoſitum in falcidia ius ad Trebellianicam extendi. Quod videtur confirmare conſultus *in l. decem. 6. in fine, vbi* Accurſ. *ſchol. vlt. ff. de fideicommiſſar libertatib.* in qua verba *tota vel integra hæreditas* paria fiunt.

57 Qua opinione retenta ad contrariæ opinionis fundamenta reſpondeo. Primo ad *l. 1. §. inde Neratius. l. qui totam. 45. cum ſimilib. ff. ad Trebellian.* ea iura tempore antiquo attento procedere, quo non licebat teſtatori Trebellianicam, vel falcidiam expreſſis etiam verbis prohibere.

58 Secundo non obeſt correctione in falcidia expreſſa in dicta *authentic. Sed cum teſtator*, leges de Trebellianica agentes nullo iure correctas eſſe. Quoniam ex correctione vnius ex æquiparatis, cuius claſſis ſunt Trebellianica & Falcidia, *d. l. Marcellus 3. §. quod autem ff ad Trebellian.* quod omnes indiſtincte agnoſcunt, ſimilia correcta cenſentur.

59 Quoties antiqua lege duo caſus pares inueniuntur, lex noua circa alterum legem antiquam corrigens ex eadem ratione ad annexum caſum extenditur ex Accurſ. communiter recepto *in d. l. ſi quis ſeruo. 20 ſchol. vlt. C. de furt.* quem ſequuntur Bartol. & athletæ, maxime Iaſ. *nu. 19. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* idem Iaſ. *in l. transſigere 18. nu. 15. C. de tranſactionib.* Farinac. *in dicta lit. E. num. 202. & 203.*

Nec me ab hac ſententia mouebit obij- 60
ciens Trebellianicæ, ac Falcidiæ ſimilitudinem regularem non eſſe, cum in multis differant ex his, quæ poſt alios perpendunt Roland. *conſil. 27. num. 18. lib. 1.* Alciat. *reſponſ. 630.* Fachin. *dicto c. 4. ex verſic. omnis difficultas.*

Nam, & ſi non inficiar, Trebellianicam aliquando à Falcidia differre, Couarruuias tamen *vbi ſupra* intrepide adſerit, eorumdem ſimilitudinem regularem eſſe. *l. Titia. 86. ff. ad leg. falcid. l. iubemus. 6. C. ad Trebellian. §. ſed quia hæredes, Inſtitut. de fideicommiſſar. hæreditatib.* dominus & auus meus Ioan. Matien. *in dicta l. 1. ſchol. 19. num. 13. & 14. titul. 4. libr. 5. recopilation.* alia ad prædictam difficultatem eneruandam tradens.

Tertio non obeſt differentiæ ratio inter 61
Trebellianicam, & Falcidiam pro contraria opinione conſiderata, quæ vera non eſt ex Couarru. *in dicto num. 8.* cum lex Falcidia, vt modus legatis imponeretur, principaliter ſtatuta fuerit. Ad inſtar cuius lex Voconia, & aliæ pro temporis neceſſitate ferri ceperunt *princip. Inſtitut. de lege falcid.* vbi Theophilus.

Nec alio modo, aliaue cauſa Senatus con- 62
ſultum Pegaſianum rogato hæredi reſtituere quartam, quæ hodie Trebellianica nuncupatur, retinere permiſit ad exemplum Falcidiæ, quam ex legatis deducebat *d. §. ſed quia hæredes Inſtit. de fideicommiſſar. hæreditatib.*

Cum igitur eadem ſit in vtraque quarta 63
ratio, & ad eumdem finem vtraque inuenta, non erit abſurdum, ſpecialem ad Falcidiam conſtitutionem factam ad Trebellianicam extendi *authentic. de hæredib. ab inteſta. venientib. §. ex his autem, vbi* Accurſ. communiter receptus, *collatio. 9. l. cum mulier. 47. vbi* Cuman. *ff. ſolut. matrimon.* Corne. hanc dicens communem *conſil. 22. num. 30. lib. 1.* Farinac. *dicta lit. E. num. 205. & 206.*

Ruſus etiam differentiæ ratio pro con- 64
traria parte inuẽta ceſſat ex eo, quod ſenatus conſultum quartam Trebellianicam deducere permittens ea fuit ratione motũ, ne ſimilia fideicommiſſa, & hæreditates repudiarentur, *d. §. ſed quia hæredes*, idemq; Trebellianum ſtatuit, cogendum eſſe hæredem hæreditatem adire omni hæreditatis periculo ad fideicommiſſariũ tranſeunte. *§. ergo ſiquidem, inſtit. de fideicommiſſar. hæreditatib.* Hæc autem, ſola timoris ratio Falcidiam mouit, vt hæredi legatis grauato quartam Falcidiam adſignauerit. Quod ex Socino, & Ripa notat Fachin. *d. c. 4. verſic. reſpondet Socinus* ergo cum eadem ſit vtriuſque ratio, & idem ius

eſſe

eſſe debet. *l. illud.* 32. *ff. ad leg. Aquiliam: l. à Titio.* 108. *vbi* Accurſ. *verb. reddi. ff. de verbor. obligationib. l. non poſſunt.* 12. *& l ſequen. ff. de legibus. l.* 1. *titul.* 33. *part.* 7. poſt alios Carroſ. *de iur. arte.* 4. *part. t.* 8. Farinac. 1. *parte fragment. criminal. litte. E. verb. extenſio à n.* 51.

65 Quatro non obeſt inductio *ad dictum c. Raynaldus*, vt etiam ſi falcidiam exprimat, ad Trebellianicam tamen eius deciſio ſpectet, cum à verbis legis recedere non liceat. *l. non aliter.* 67. *ff de legat. l.* 3. Bernar. *in c. ad abolendam.* 16. *verb. in ſæcularibus de fil præsbiteror. l.* 5. *tit.* 33. *part.* 7.

Nec intereſt falcidiam prohiberi poſſe authen. *ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid. authen. de hæredib. & falcid. §. ſi vero expreſſim.* quoniam *in dicto c. Raynaldus* falcidia contra tacitam defuncti voluntatem deducta videtur,
66 cum tamen expreſſam deſiderare videatur Imperator *in dicta authen. ſed cum teſtator.* ex veriore ſententia, quam poſt alios defendit Fachin. *dicto lib.* 5. *controuerſiar. iur. cap.* 13. vt ex *prædictis* potius *in eo textu* falcidia præter voluntatem teſtatoris, quam contra eam detrahi cenſenda ſit prout accidit in ſpecie. *l. Titia.* 85. *ff. ad leg. falcid.* ex quo, & Bartolo ita tenuit Couarru. *in d. §.* 3. *num.* 8. *ad fin.* Alciatum ad alios *ſuperius* relatos improbans, qui hanc opinionem confirmantes dicunt *in dicto c. Raynaldus* falcidiam ex teſtatoris voluntate deduci, cum contrarium Pontifex innuere videatur.

67 Ex quo textu ſic intellecto Trebellianicam, & falcidiam plures æquant quos retulit ſequutus Rolandus *conſil* 78. *numer.* 13 & 1. *lib.* 1. poſt Oldrad. *conſil.* 248. *num.* 4. & 5. & plures referens intrepide adſeuerat Mantic. *de coniectur. vltimar. volunta. libr.* 7. *dicto titul.* 11. in hunc modum *numer.* 8. intelligens dictum. *c. Raynaldus*, ſubijciens rem hanc Pontificia deciſione exiſtente fruſtra hodie controuerti. Quare dubitantem vtrumque Socinum à ſe relatum carpere videtur.

68 Suam tamen ſententiam limitat Mantica, quando teſtamentum hæres adprobauit, quo tacita defuncti voluntas conijci poterat, ne ipſe quartam retineret, tunc enim cum onere illo accepiaſſe videtur, vt in conditionis euentum abſque deductione Trebellianicæ, vel falcidiæ integram hæreditatem reſtituere, vel legata ſoluere teneatur, quod probant ipſe Manti. *numer.* 9. *ac* 10. Pe-
69 tra ſancta *in dicta quæſt.* 15. *num.* 172. *cum trib. ſequentib.* melius dominus, & auus meus Matien. *dicto ſchol.* 19. *numer.* 10. hanc doctrinam ad ſpeciem extendens, qua teſtator dixiſſet, *ſoluantur legata pleno iure*, nam adhuc ſecundum eum nec falcidia, nec Trebellianica deducenda eſſet. Quod prior ſenſit Oldrad. *dicto conſil.* 248. *numer.* 5. cui conſenſit Roman. hanc communem dicens *conſil.* 239. & alii plures à domino, & auo meo euocati cum infinitis, quos hanc latiſſime quæſtionem ediſſerens meminit Anton. Petra Sancta. *dicta quæſt.* 15. *ex n.* 193. diuerſa exempla, & conijciendæ teſtatoris voluntatis notas proponens.

Quæ ampliatio, & ſimiles ſumma videntur ratione fulciri, nihil enim magis expreſſum dici poteſt, quam quod verbis generalibus enunciatur. *l. vltim cum ibi notatis. C. quod cum eo. l. Lucius.* 45. *ff. de vulga. l. nominatim.* 34. *ff. de conditionibus & demonſtrationib. l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. l. certum eſt.* 6. *ff. ſi cert. peta.* Bartol. in l. 1. in princip. quæſtio. 2. *ff. de vulga.* idem *in l. ait prætor.* 20. *ff. de noui operis nunciatio. vbi* adnotarunt Accurſ. & interpretes, quos, & iura ad id probandum congerit Farinaci. *d.* 1. *parte fragmentor. criminal. litte. E. verb. extenſio numer.* 153. Manti. *dicto lib.* 7. *toto titul.* 12. de cuius concluſionis comprobatione late agit Tiraquell. *poſt leges connubial. ſchol.* 7. *n.* 89. *cum duob. ſequentib.* 70

Nec officit limitatio Socini Iunioris *conſil.* 170. *num.* 29 *lib.* 2. volentis falcidiam, vel Trebellianicam ab hærede vniuerſali reſtituere rogato detrahendam eſſe, quamuis teſtator dicat, *totam hæreditatem reſtituat*, vel *cuncta legata perſoluantur*, cum expreſſis verbis teſtator earum detractionem non prohibuerit; nam contraria ſententia verior ab alijs omnibus prædicatur, quam probat Bartol. *in l. centurio.* 15. *num.* 27. *ff. de vulgari*, quem ex repetitis rationibus reliqui ſequuntur. 71

Confirmari autem apud nos videtur 72
prædicta ſententia ex verbis *l.* 1. *titul.* 4. *lib* 5. *recopilation* ibi *lo puedan auer todo*, ex quibus Trebellianicæ, ac falcidiæ detractio, nedum tacite, ſed & expreſſe prohibita videtur, ſi ex coniecturis expreſſa teſtantis voluntas eas prohibendi oſtendatur, quam legem ſingulariter, plurimis fundamentis ſuam comprobans ſententiam *in dicta l.* 1. *ſchol.* 19. *numer.* 17. in id dominus, & auus meus Matien. expendit.

Nec ſupradictis obeſt dicti. *c. Raynaldus* 73
diſpoſitio ex ijs, quæ tradunt Alciat. *lib. paradoxor.* 5. *cap.* 19. Paul. à monte pico *in l. in quartam.* 91 *ff. ad leg. falcid.* Decius *conſil.* 207. *circa finem.* Quorum omnium ſententia eſt, non præmiſſa prohibitione expreſſa falcidiæ eam ex voluntate teſtatoris, non contra illam deduci.

Neque obeſt, quod notat Couarru. *vbi ſuprà* hunc intellectum ad dictum. *c. Raynaldus*, improbans, in eo adſerens præter teſtantis voluntatem falcidiam deduci. Nam, eum teſtator eius detractionem prohibere potuerit,

rit, ac noluerit eam ſponte conceſiſſe videtur. *l. nec non. 28. §. quod eu. ff ex quib. cauſ. maior. l. cum prætor. 12. ff de iudic. l. 1. §. penulti. ff. de legat lib. 3. l. vni. §. ſin autem ad deficiencis. C. de caduc tollend. c. ad audientiam. 12. de decim.* Pariſ. ad Batol. *in d. l. vni. § vbi autem. n. 1. venio ad verſiculum.* Ex quibus pro hac parte receptiſſimam eſſe ſcribentium ſententiam concludo, poſſe à teſtatore Trebellianicam ad imitationem falcidiæ prohiberi, quam alios omnes adſerens latius proſequitur Petr. Anton. Petra Sancta *dicta q. 15. n. 151. 153. cum multis ſequentib.*

74 Sed vt huic difficultati certam ſententiam adijciam, quidque mihi videatur, proponam, opinionem hanc ſupra huc vſque defenſam probare non poſſum, cum iura in contrarium exclamantia viderim, nec expreſſim, ſed in conſequentiam nouiore iure correcta nouerim, quod ferme omnes ſcribentes agnoſcunt. Quod non ſufficit, vt legum correctio admittenda ſit *l. præcipimus. 32. C. de appellationib.* cum alijs iuribus, & interpretibus, quos congeſſit Farinac *in dicta litte. E. à num. 120.* maxime in ſpecie noſtra, in qua Trebellianicam à teſtatore prohiberi non poſſe plene probatur apud nos regia *l. 6. & 8.* ibi *maguer el teſtador lo ouieſe mandado de otra guiſa titul. 11 part. 6.*

75 Quas regias leges apud nos omnino ſeruandas eſſe, quamuis iuri canonico, aut ciuili repugnent docet, Bernard. *in c. 2. de verb. lex ciuilis in fine iuncto textu*, & in eo ſcribentes *de arbitr. lib. 6.* Panormitan. *in c. 1. de operis noui nunciatio. num. 6. proœm. recopilation.* quo & partitarum leges continentur niſi correctæ ſint regiarum legum nomine & obſeruationis neceſſitate donatæ *in l. 3 titul. 1. lib. 2. recop.* diximus ex *l. cunctos populos. 1. C. de ſumma trinita. & fide chathol. & alijs iuribus in l. 4. ſchol. 3. lib. eius de recopilation. 1.*

76 Quapropter cum præadductæ partitæ leges Trebellianicæ prohibitionem interdicentes correctæ non inueniantur teſte domino & auo meo Matien. *in dicto ſchol. 9. nu. 18 non* poterit hodie ſaltem iure regio ex eadem etiam ratione Trebellianica prohiberi dicta *l. præcipimus. 32. C de appellation. l ſancimus. 27. C. de inofficio. teſtamen. c. cum expediat. 29. de electio. lib. 6.* cum alijs iuribus & interpretibus à Farinacio *collectis dicta litte. E. num. 130.* Quas leges in regia Pintiæ Chancellaria obſeruatas ſe vidiſſe teſtatur dominus & auus meus pro huius ſententiæ comprobatione adferens Anton. Gomec. & Burgenſem de pace *in locis à ſe relatis* Parladorus *lib. rerum quotidianar. 1. c. 11. n. 2.*

Ex quibus ſtatim dominus meus ad fundamenta quæ iure regio attento ſibi aduerſa videbantur, ſolutionem infert *num. 19. ac duobus ſequentib.* quæ cum ipſe optime diluat, non repetam, ne forſan aliquibus additis, vel detractis opinionis ſuæ vis eneruetur. Ipſe tamen eam quoad ius regium ſolum probat quod mens ipſius præfert, eò ſolum directæ ex dicta *l. 1. titul. 4. lib. 5. recopilation.* partitæ leges correctæ cenſeantur: cæterum antiquo iure affirmatiuam ſententiam adprobaſſe videtur.

Ego vero ex Fachineo alios referente *dicto* 77
l. 5. cap. 4. verſicul. verum iſtis nihil morantibus, opinionem domini mei quoad ius regium, ad ciuile quoque, atque canonicum extendendam reor. Nam potiſſimum argumentum, cui contraria innititur, ex falcidiæ, ac Trebellianicæ paritate inductum, vt lex noua in vna ſuperueniens ad alteram extendenda ſit, in ſpecie noſtra, ex qua correctio inducitur, locum non habere ſenſit Accurſ. *in §. vltim. verb. non impleuerit, vbi* notat Angel. *inſtitut. quib. aliena licet, vel non*, quo in iure probatur, illicitam, & inanem in correctorijs extenſionem eſſe, cui conſonant *l. vltim. & authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* licet enim in dicta *l. vltim.* ciuitas, & Eccleſia pares fiant. Dicta tamen authentica eam in Eccleſia corrigens ad ciuitatem non extenditur ex communi Accurſ. & ſcribentium *inibi* reſolutio- 78
ne, teſte Iaſone *numer* 19. qui Accurſij notas *in dicta l. ſi quis ſeruo. 20. ſchol. vltim. C. de furt. & in l. quod vero. 14 ff. de legib.* retorquet, vt in materia exorbitante, non in correctoria procedant, ita prius docuit Bartol. *conſil. 2. num. 2.* vbi additio alios adfert, Alexand. *conſil. 29. num. 5. circa fin. lib. 5.* & *in dicta l. Marcellus. 3. in fine. ff ad Trebellia.* Iaſon. *conſil. 84. num. 7. in fine lib. 1.* Fachin. *dicto c. 4. verſicul. omnis difficultas in eo eſt poſita*, Farinac. alios adferens *in dicta. litte. E. à numero* 120. maxime *numero* 130. *&* 133.

Corroboratur hæc reſponſio, nam quam- 79
uis regula contraria locum quoque aliquando obtineat in correctorijs ex Baldo *in præſent. num. 31.* & alijs, quos retulit ſecutus Roland. *conſil. 72. à num. 44. lib. 1.* ea tamen in legis noſtræ ſpecie non procedit, quoniam falcidiæ, ac Trebellianicæ paritas regularis non eſt in lege antiqua contra Couarru. *vbi ſuprà* ex Fachin. *dicto cap. 4. in fine.* Qua in ſpecie legem nouam in vno caſu corrigentem ad parem non extendi expendit Matheſilan. in tractat. extenſion. 6. colum. quem ſequitur Iaſon. *in d. authent. quas actiones. nu. 19. verſic. ego aliter reſpondebo* Fachin. *vbi proxime* Farinac. *dicta litt. E. à n. 55.*

Falcidiam autẽ, & Trebellianicam differre 80
patet ex veriſſima differentiæ ratione ab vtriuſque origine, & inducendę cauſa petita, de

de qua *ſupra num. 46. cum duob. ſequentib.* quam fictilibus argumentis improbat Couarru. nam ſi omnino pares eſſent, parum vel certe nihil profuiſſet Trebelliani beneficium, cũ falcidiæ ad legata deductio, ad fideicommiſſa etiam extendi potuiſſet, & immerito diuerſa nomina ſortirentur. *l. ſi idem.* 10. *C. de codicill.*

81 In lege autem antiqua vltra ea, quæ *ſuperius* adnotauimus *num. 46. ac tribus ſequentib* à falcidia Trebellianica longe abeſt, quæ in teſtamento militis ſecundum eam locum habet, quem falcidia non habebat *l. 1. §. in filij. ff. ad Trebellian.* poſt alios Roland. *conſ. 27. nu.* 18. *lib. 1.*

82 Eodem modo hæres ratione delicti multis caſibus falcidiam amittebat, quibus Trebellianicam detraheret ex Bartol. *in auth. ſed cum teſtator. numer.* 12. *C. ad leg falcid. & in d. l. Marcellus. 3. §. quod autem. ff. ad Trebellian.* quem ſequuntur *ibi.* reliqui ſcribentes alios referens Roland. *dicto num.* 18. Farinac. *dicta quæſt. 25. num.* 40.

83 Item aliter onera hæreditaria propter falcidiam, aliter propter Trebellianicam diſponebantur. *l. 1. & 2 l reſtituta. 37. ff. ad Trebellian.* Quod in pluribus alijs caſibus conſtitui diſcrimen poſſet, quorum acerbum congerunt Roland. *toto conſil.* 27. maxime *à num.* 18. *lib. 1* Alciat. *reſponſio.* 630. Paladot. *in ſeſquicentur. differen.* 20 *n. 2. & 3.*

Ex his ergo infertur legem in falcidia corrigentem ad Trebellianicam extendi non poſſe. Quod & Alexand. *in dicta l. Marcellus in princip.* probat. Gregor. Lop. *in l.* 10. *ſchol. vltim. in princip. titul. 6. part. 6.* Idque om-
84 nino tenendum mihi perſuadeo, cum conſidero, non ſolum hic agi, de materia correctoria, ſed etiam pœnali, in qua clarius hæc ſententia locum vendicat ex iuris regula *ſuperius num.* 58. adducta, odia reſtringenda fauores ampliandos, quam in ſpecie multis comprobat Roland. *dicto conſil. 27 nu. 19. & ſequenti* late ex alijs Farinaci. *in dicta litte. E. à nu.* 144. *maxime n.* 162.

85 Hac in ciuili iure veriſſima opinione retenta, idem iure canonico firmat Alciat. *dicto reſponſo.* 630. in Trebellianica intelligens deciſiones. *c. Raynutius.* 16. & *c. Raynaldus.* 18. *de teſtament.* in quibus ſecundum eum ſtatuitur; filium reſtituere grauatum legitimam, & Trebellianicam ſimul contra teſtantis voluntatem retinere poſſe ex his, quæ *ſupra latius n.* 49. adnotauimus.

Vnde profluit reſolutio quæſtionis, quam
86 late diſputant interpretes, quorum aliquos refert dominus, & auus meus Ioan. Matien: *in dicta l. 1. ſchol. 19 num. 22. titul. 4. lib. 5. recopilation.* Vltra quos quæſtionem proponendam apprime tractant Roland. duas inuicem pugnantes opiniones recitans. *conſil.* 12. *num. 5. & 6. lib.* 1. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunta. titul. 11. num.* 8. latiſſime Petr. Anton. Petra Sancta *de fideicommiſſ. quæſt. 15. numer.* 152. Farinac. *dicta quæſt. 25. num.* 41. ſcilicet vtrum filijs primi gradus Trebellianica prohiberi poſſit?

Quæ quidem quæſtio, licet controuerſa ſit, & à Molina pars adfirmatiua pro viribus defendatur *lib. 1. de Hiſpanor. primogen. cap. 17. num.* 12. tamen, prout optime reſoluunt, qui veriorem opinionem in præcedenti articulo ſunt ſecuti, à fortiori hoc in caſu patris prohibitio nullius momenti erit. Quinimo & plures ex interpretibus contrariam tenentibus ſententiam ſuam quoad filios limitant, ita Manti. *vbi ſuprà,* & alij ab eo relati, multos adfert Roland. *dicto conſil.* 12. magis communem probans. *num.* 6. Paſqual Saul *in tracta. de alienand. r. b. fidei commiſſo ſubiectis quæſt. 17. num.* 19. late Petra Sancta. *dicto numer.* 152. ex Menoch. & alijs Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 5. c. 5.*

Difficultas tamen ingens hactenus à me 87
indeciſa controuertitur. Vtrum cum filius duas quartas, ſcilicet legitimam ſuam, & Trebellianicam deducit prohiberi poſſit à teſtatore Trebellianicæ detractio? Quæ difficultas licet videatur eodem modo decidenda, & terminanda, quo deciſa fuit quæſtio prima ad extraneos hæredes vniuerſales pertinens reſt: Petra Sancta *dicta quæſt. 15. nu.* 152. detracta ſiquidem parte legitima iure naturæ debita filius ad teſtari patris bona recurſum non habet, altiore tamen indagine, & cognitione opus eſt.

In qua quæſtione Paulus Caſtrenſ. *in* 88
l. mulier 22. §. cum proponeretur. num. 6 ff. ad Trebellian. negatiuam partem tuetur, ne filius contra teſtantis voluntatem legitimam ſimul, & Trebellianicam detrahat, volens Imperatorem *in l. iubemus. 6. C. ad Trebellian.* qui ſibi obſtare videbatur de ſola legitima, non etiam de vtraque tam legitima, quam Trebellianica fuiſſe locutum, & ita ſe conſuluiſſe, ſibique ſemper placuiſſe dicens, ſubdens hoc dictum à ſe noniter inuentum, nec ab aliquo tactum atque iterum ita conſulit *conſ.* 341. *ex numer. 6. lib. 1.* ac edocet *in l. quod de bonis,* 15. *§. fructus num. 4. ff. ad leg. falcid.* & *in l. ſcimus.* 36. *num. 9. C. de inofficio. teſtamen.* adſerens ſe ita Bononiæ conſuluiſſe, ac de inceps iudicaturum, ſequitur Paulum Alexand. *in dicto §. cum proponeretur,* hoc memoriæ mandandum adſerens ad limitationem *dicta l. iubemus,* cuius ipſe ſenſum Caſtrenſi Paulo rectius percalluit idem Alexand. *conſil. 29. num. 3. conſil. 165. in fine lib. 5.* Socin. ſenior *conſil. 51. num.* 27.

Paulo

Paulo,& alijs relatis Picus *in l. in quartam.*91. *numer.*111.272.*& ſequentib.* Corſet. *de poteſta. regia quaſt.*83.*verſic.his tamen* Corne. *conſil.*22.*nu.* 34.*lib.*2. ſe legentem dicens tenuiſſe contrariam,quia contradicẽtem non viderat, eamdem tenuit Dec. *conſil.*495. *circa fin.* ac neruoſe defendit Petra Sancta *dicta quaſtio.* 15. *ex numero* 152. *maxime numero* 162. Farinac. alijs relaus *dicta quaſtio.* 25. *verſicul. quia tamen.*

89 Quæ opinio, licet aliqua pro ſe habeat fundamenta, contraria tamen verior, & receptior eſt in iudicando, & conſulendo æquior, in diſputando ſubtilior, ducem habens lucernam iuris Bartolum, quem cum alijs pro hac ſententia nominat Roland.*conſil.*12.*in fine lib.*1. præſertim cum ex eo multi ex his, qui contrariam ſententiam in extraneo defendunt, quos ferme omnes retulerunt Petra Sancta *dicto numer.*152. Fachin. hanc partem ſecutus *lib.controuerſ.iur.*5.*cap.* 2. Farinac. *dicta quaſt.*25 *numer.* 42. 43. *&* 45. *limitatio.* 3. in hanc partem velut veriorem inclinauerint.

Quorum omnium præcipuum fundamentum eſt deciſio. *c. Raynutius.* 16. *verſicul. in eo vero de teſtamen.* vbi aduerſus expreſſam voluntatem, patris grauata reſtituere filia legitimam, & Trebellianicam ſimul deduxit, ex quo textu ſic intellecto Pauli opinionem deſtruit Claud. Seycell. *in dicto* §.*cum proponeretur* fundamentis aduerſæ partis vtiliter, & copioſe ſatisfaciens.

90 Nec ab hac ſententia diſcedit Deci. ſibi contrarius *conſil.* 259. *prope fin.* detrahi poſſe contendens ab Eliono, de cuius cauſa agebatur tam legitimam iure naturæ debitam, quã Trebellianicam nulla etiam expreſſa prohibitione patris obſtante contra Pauli opinionem *ſuprà* relatam ex Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in dicto c.Raynaldus*, qui ad interpretationem dictæ. *l.iubemus.*6.*C.ad Trebellian.* conſiderant in qualibet hæreditate vnum ac conſiderari, atque adeo quamdam hæreditatis vniuerſitatem. Deinde inferunt, à filio, ſublata legitima iure naturæ debita ex reliquis hæreditatis bonis vnum item as conſiderandum, vt fideicommiſſi adueniente cõditione ex eo aſſe ſic abſque legitima conſiderato, ac hæreditate eo modo accepta, quarta Trebellianica, quæ aſſis illius, & totius hæreditatis dodrans eſt, deducatur: in quo ſenſu eam legem accepit Bald. *in præſent. num.*26.*verſic. Azo dixit*, Corraſ. late proſecutus *à num.*71.*ad* 91. Fachin. & alii *ſuperius* adducti.

Quas vtique contrarias ſententias multi ex ſcribentibus conciliare conantur, vt prior locum habeat, quando legitima ſimul, & Trebellianica detrahuntur, ſecunda, quando vna poſt alteram. Quam tamen conciliationem iure damnat Fachineus, cum diſtinctionem hanc iura non expreſſerint, nec æquum ſit, vt variatio hæc ius hæredis lædat, aut ſaltem immutet.

91 Ex prædictis infertur verus, & genuinus intellectus ad dictam. *l. iubemus.* 6. *C. ad Trebellian. noſtram, & ſimiles*, vt prius detracta legitima reliqua bona reſtitutioni ſubiaceant, ex quibus filius Trebellianicam detrahat. Quã ſententiam prior expreſſit Azo teſte Baldo *in præſent numer.*26. Secundum quam ſe conſuluiſſe teſtatur Alexand. *in l. quod de bonis.*15. §.*quod auus. ff.ad leg falcid.* Corne. *conſil.* 180. *numer.*13.*lib.*4. Iaſon.*conſil.*99. *numer.* 22.*conſil.* 146.*nu.*6.12.13.*&* 14.*lib.* 4. cum pluribus alijs, quos ſequutus enumerat Corraſ. *in præſent. ex numer.*71.*ad* 91. Manti. *de coniectur. vltimar. volunta.lib.*7.*titul.*11.*numer.* 6. Moli. *de Hiſpanor. primogen.lib.*1.*c.*17.*numer.* 4. *cum duobus ſequentib.* Petra Sancta *dicta quaſt.* 15.*numero* 208. ſed præ aliis omnibus eam in vtroque iure fideicommiſſo pure, vel ſub conditione concepto veriorem cenſet contra Franciſcum Hotoman. quem hæreticum intrepide adſerit Andræ. Fachin. *dicto lib.*5. *cap* 2. iure canonico ex *dicto c. Raynutius.*16 *c. Raynaldus.*18. *de teſtament. in verſicul. & quidem quod adtinet ad ius canonicum*: iure ciuili *in verſicul. quod vero adtinet ad ius ciuile ex nouella de reſtitutionib. & ea quæ parit.* §.*quamobrem*, cuius verba ſecundum veterem tranſlationem, vt id probet, recitat, ex quibus ſecundum eum à reſtitutionis neceſſitate legitima excipitur, quam alio etiam hærede inſtituto habiturus eſt. *l.ſequens quæſtio.*70. in verbis à Fachineo relatis *ff. de legat. lib.*2.

92 Nec mirum iudicio meo prius ſiquidem, quam ciuile ius naturæ fuit ex quo legitima filijs debetur in bonis parentum. *l quoniam in prioribus.*32.*cum quatuor ſequentib. C. de inofficioſo teſtamen l.nam & ſi parentib.*15. ibi *liberos naturæ ſimul, & parentum commune votum. ff. eod. titul. l. ſcripto.*7.§.*vltim ff. vnde lib. C. ſi pater.*1. *de teſtamen. lib.* 6. cum alijs iuribus, quorum occaſione ita plures adnotarunt, quos refert ſecutus Roland. *dicto conſil.*27 *n.*4.*cum duobus ſequentib l.*1.

Qua de cauſa legitima iure naturæ debita portio prius filio traditur, quæ nulla ratione minui tolli vel grauari poteſt. *l. omnimodo.* 30.*l. quoniam in prioribus.* 32.*l. ſcimus* 36. *C. de inoffic teſtam. dicta noue. de reſtitutionib.* §.*quamobrem. l.*11 *titul.*4.*part.*6. cum iura naturalia immutabilia ſint.§.*ſed naturalia inſtitut. de iure natura.* poſt alios recte Roland. *conſil* 30 *num.*7. *lib.* 1.

93 Deinde ex reliquis bonis reſtitutioni ſubie-

ſubiectis quarta Trebellianica eodem iure à filio deducenda eſt, quo extraneus ex vniuerſa hæreditate illam detraheret prout *ex §. ſed quia. §. ſed nihil intereſt inſtitut. de fideicommiſſar. hæreditatibus* in verbis à ſe relatis. *d. §. quamobrem nouellæ de reſtitutionib. & ea quæ parit*, edocet Fachine. *dicto c. 2. verſic. his verbis Iuſtinianus.*

94 Vnde cum conciliationem hanc vtriuſque iuris tot ſapientum virorum applauſu corroboratam viderim, ab ea in ſcholis, iudicijs, aut conſilijs, ſiue mauis conſultationibus recedendum non eſſe arbitror ex Fachin. *in dicto cap. 2. verſicul. atque hoc eſt illud*, pro hac ſententia inducente verba. *l. pater filium*. 24. *ff. ad leg. falcid.* quamuis aliqui fruſtra contrarium velint, quibus, maxime Hotomano impie aduerſus ſummorum Pontificum deciſiones adlatranti ad ſatutitatem ſatisfacit *ex verſicul. videamus nunc, quantum habeant momenti argumenta*, præcipue, cum aliter *lex noſtra d. l. iubemus, & ſimiles* intellectæ, ſcilicet vt grauato filio ſola legitima concedatur in nihilo filijs prodeſſent, cum Trebellianicæ detractio extraneis etiam æquo iure competat *ex adnotatis ſuperius à num 33 ad* 38. quæ atque alia conſiderant pro hac ſententia Corraſ. *in præſen. n. 78. clarius ex n. 71. ad 91. maxime n.* 88. Fachin. *dicto l. 5. toto c. 2.*

95 An autem fructus pendente conditione ab hærede percepti poſt illius euentum ſint in quartam imputandi, nec ne? recte diſſerunt poſt alios Roland. pluribus repetitis, quæ *in conſil.* 27. dixerat, *conſil. 30. num. 1. 2. & 6. verſicul circa vltimam. num. 7. & 8. vſque in finem conſilij lib.* 1. Petra Sancta *dicta quæſt.* 15. *n.* 161. 163. & 186. dominus, & auus meus Matien. *in dicta l. 1. ſchol. 19. à num. 25. ad 28. titul. 4. lib. 5. recopilation.* Fachine. *controuerſiar. iur. dicto libr. 5. cap. 9 & 10.* ex *l. iubemus. 6. C. ad Trebellian.* diſcrimẽ inter filios & extraneos cõſtituentes, vt extranei fructus hoſce pẽdente cõditione perceptos teneantur in Trebellianicam imputare, non etiam filij, quamuis legitimam ſimul, & Trebellianicam detrahant ex veriore ſententia, quam Fachin. *vbi ſuprà* defendit.

96 An vero pater poſſit in re vnica filio legitimam, Trebellianicam, ſeu falcidiam relinquere: an filius eligere? venuſte tractant Roderic. Suarez *in d. l. quoniam in prioribus. 32. ampliatio 11. à num. 19.* & ad eum Valdeſi. Petra Sancta *dicta q. 15. ex num. 90. ad 96.* diximus ſuperius. *n. 6.*

97 Num autem hodie iure regio in filijs reſtituere grauatis deductio Trebellianicæ locum habeat? diſputat. D. Anton. Padilla *in authenti. res quæ num. 31. C. de legat.* volens hodie hanc diſputationem extinctam, cum legitima filiorum ſint omnia patris bona, quinta parte dempta liberæ ipſius diſpoſitioni relicta. *l. 12. titul. 6. l. 8. titul. 8. lib. 5. recop.* cuius ſententiam adprobauit Gregor. Lop. *in l. 12. ſchol. vltim. in fine. l. vltim. verb. maguer el teſtador. titul. 11. part. 6.* Marc. Salon de pace Burgenſ. *in l. 3. tauri num.* 972. quos referens ſecutus videtur dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in dicta l. 1. ſchol. 19. num. 22. in fine. titul. 4. libr. 5. recopilation.* Quod pro viribus defendunt Molina *de Hiſpanor. primogen. lib. 1 cap. 17. num* 8. Parlador. *lib. rerum quotidianar. 1. cap.* 11. rationem deſcribens quare hodie raro falcidia, aut Trebellianica detrahantur *numer. 1. 2. & 7. ex l. 1. & 11. titul. 6. l. 1. titul. 8 lib. 5. recopilation.* quibus conceditur inter filios parenti de tertia, & quinta bonorum ſuorum parte libere diſponere, quod ex eo non liceret, ſi hæres ab earum quantitate contra teſtatoris voluntatem Trebellianicam deducere poſſet.

Ego tamen tot virorum doctiſſimorum ſalua pace dixerim hodierna die iure quoque regio attento deduci Trebellianicam poſſe. In extraneo vniuerſali hærede inſtituto probat dominus, & auus meus Matien. *in d. ſchol. 19. nu. 18. in fine*, & in filio idem teneri poſſe cenſeo. Quod vtique expreſſim, cum legitima eſt ſemis contra Bald. Conarru. Decium ex Crauetta Stracha, Cagno. Theſauro, & alijs defendit Fachin. *dicto lib. 5. cap. 3.* cuius acquieſcit ſententiæ Moli. *dicto c. 17. num. 7.* Petra Sancta *dicta q. 15. n.* 162. 187. *ac* 211. 98

Quoniam detracta legitima filiorum quinta patris bonorum pars liberæ ipſius diſpoſitioni vacat. Quam partem ſolam dici poſſe bona patris puto, cum enim filium in bonis patris creditorem eſſe iuribus, & interpretibus defendant Alciat. *reſponſo. 52 num.* 3. Iaſon *conſil. 183. num. 2. & 12. lib. 1.* Anton. Petra Sancta *dicta q. 15. num. 33. 42. 44. 59. cum aliquib. ſequentib* Martianes *conſil. 1. num. 32. lib. 1.* & bona intelligantur deducto ære alieno *l ſubſignatum. 39. §. bona ff. de verbor. ſignificatio.* cum alijs iuribus, & interpretibus ab eodem Martianes congeſtis *dicto conſil. 1. num.* 11. domino, & auo meo Matien. *in l. 2. ſchol. 2 num. 11. titul. 2. l 5. recopilation* pars huiuſmodi quinta detracta legitima bona patris erunt, maxime cum legitimam hæreditatis partem proprie non dici multis probent Bald. *in l. vni num.* 11. & additio ad eum. *C. quando non petentium partes* cum alijs, quos adferunt Petra Sancta *dicta quæſt. 15. n. 19 & 136.* Martian. *dicto conſil 1. ex n. 24. l. 1.* nos *in l. filius à patre. 28. n. 137. & 139.*

Ex hac ergo quinta bonorum patris parte quoad extraneos, tertia inter filios reſtitu- 100

tioni

tioni obnoxia, qoare filio Trebellianicæ deducendæ ius non competat, quod in tota hæreditare reſtitueoda extraneo hæredi competeret? Verbi gratia in ſpecie legis noſtræ filius totam hæreditatis portionẽ ſuam reſtituere iuſſus eſt: quoniam ſublato grauamine legitimam detrahet, ex quinta vero parte, vel etiam tertia inter teſtatoris deſcẽdentes Trebellianicam iuxta formam *legis noſtra l. iubemus. 6. C. ad Trebellian. c Raynutius. 16. c. Raynaldus. 18. de teſtament. l. 6. & 8. titu. 11. part. 6.* quorum iurium diſpoſitiones hodie militant, nam & ſi legitimæ quantitas iure regio immutata ſit detractionis tamen forma immurata manſit.

Nec ijs oberit iudicio meo Molinæ conſideratio *in dicto cap. 17. num* 8. ex Trebellianicæ deductione quintam bonorum patris partem liberæ ipſius diſpoſitioni iure regio relictam diminui. Nihil enim *ex præd ctis* differt patris in quinta parte diſpoſitio quoad extraneos, & in tertia quoad filios, ab vniuerſali cuiuſdam alterius, qui liberos non habeat, quibus pater legitimam debet, quæ bona patris dici oon poteſt. Quod igitur filios non habenti in bonis proprijs non licet in fauorem fideicommiſſarij, & odium hæredis, nec licebit patri in hac quinta, vel tertia inter liberos parte, com hæc dumtaxat bona libera poſſideat, quam vtique paritatem agnouit idem Molina *in dicto ca. 17. nu. 12. in fine.*

101 Cæterum difficultas conſiſtit in quæſtionis illius examine an etiam filius prædilectus, cui tertia bonorum pars primogenij iure à patre conceſſa eſt, vt poſt mortem ſuam reſtituat, Trebelliaoicãm deducere poſſit?

Ad cuius dubij reſolutionem quæro, poſſit ne pater in tertia bonorum ſuorum parte grauamen adponere. Negatiuam partem defendunt Ioan. Lop. Palac. Rub. *in l. 19. Tauri num. 5. & in l. 23. num. 1. & 3.* atque alij, qoos pro hac ſententia refert dominus, & auos meus Ioan. Matien. *in l. 11. ſchol. 1. num. 2. titul. lib. 5. recopilation.* inquiens bona hæc huiuſmodi prælegato, perpetuo fideicommiſſo, aut meliorationi, vt vulgari vtar idiomate adſignata eodem iure frui, quo & potiſſimam filiorum legitimam.

102 Sed contraria opinio verior eſt, vt idem Rub. teſtatur *in l. 27 Tauri numer. 10. in fine* ob eam legem, quæ hodie eſt. 15. *titul. 6. lib. 5. recopilation. mandamos* ait, *que quando el padre, o la madre meiotaren alguno de ſus hijos, ò deſcendientes legitimos en el tercio de ſus bienes en ſu teſtamento, o en otra qnalquier vltima voluntad, o por contracto entre viuos, que lepuedan poner el grauamen, que quiſieren anſi de reſtitucion, como de fideicommiſſo.* Nec infero tertiam bonorum partem legitimam filiorum non eſſe. Ratio enim huius textus ex eo ſumitur, quia quem honoro, grauare poſſom. *l. ab eo 9. C de fideicommiſ. l. 3. titul. 9. part. 6.* dum tamen grauamen in hac tertia parte deſcendentium à teſtatore, non aliorum, fauorem reſpiciat, *vti ex regijs legibus ſuperius adductis* clarius inſpici licet.

Vnde poſſe inferri videbatur, tempore reſtitutioni faciendæ filium in tertia parte melioratum cum onere reſtituendi ſæpe dicto quartam Trebellianicam deducere poſſe. Quod ex alijs defendit acerrime Fachin. *lib controuerſ. iur. 5. c. 6. in fine* reſpondẽs verbis. *§. vltim.* à ſe relatis *in authent. vt ſponſali. largitas, collat. 9.*

Sed contrarium hac in ſpecie & æquitati nititur, & rigori, cauſa enim meliorationis præcipua fuit, ne bona extra familiam alienarentur in fauorem reliquorum hæredum, quibus in perſona primi ius acquiritur *ex regijs legibus ſuperius enunciatis*, & commuoi noſtratum ſeotentiã, atque vt teſtatoris memoria conſeruetur. *d §. vltim. authenti. ſed in ea re. C. ad leg. falcid. l. 6. titul. 11. part. 6. verſic. otroſi decimos que ſi el teſtador, vbi* Gregor. Lop *verb. que la non pudieſſe vender* recte Paſqual. Saul. *in tract. de alienand. reb fideicomm. ſubiectis, nu. 203. cum octo, vel nonem ſequentib.* 103

Principalem ſententiam veram iure communi adſerunt multi, quos refert Gabr. *communi. conclnſion. lib. 4. titul. ad Trebellian. concluſio. 9.* Manti *de coniectur. vltimar. volunta. lib. 7. titul. 12.* Hippolit. Riminald. *conſil. 131.* quos adfert Fachin. *dicto cap. 6.* Ludouic. Molin. *d. lib. 1. cap. 17. num. 18.* dominus, & auus meus Ioan. Matien. alijs multis adductis *in dicta l. 1. ſchol. 19. num. 24. titul. 4. lib. 5. recopilation.* ex deciſione. *l. Marcellus. 3. § quod autem,* & quæ ibi Bartol. & ſcribentes adnotant. *ff. ad Trebellian* vbi ſecundum eum ceſſat Trebellianica, vbicumque falcidia ceſſat vigore alicuius clauſulæ teſtamento cóntentæ.

Deinde pro hac ſententia vltra alios contra Fachineum conſidero idem iuris eſſe de toto, quoad totum, quod de parte quoad partem. *l. quæ de tota. 76. vbi* Accurſius iura profert ſimilia. *ff. de rei vendicatio.* Nil mirum ergo, ſi ſpecialis ad rem deciſio dicti *authent. vt ſponſali. largitas. §. vltim.* in tota hæreditate alienati prohibita, in qua eadem, imo multo maior detractionis fugiendæ ratio viget, intelligenda ſit in fauorem cohæredum ac ſucceſſorum, quorum communis, imo & vniuerſæ familiæ cauſa, priuato primi hæredis commodo præferenda eſt, vt familiæ conſeruentur, nec teſtantium memoria extinguatur. 104

Qua in ſpecie generalis regula *ſuperius* coofirmata Trebellianicam prohiberi non

poſſe,

poſſe, limitanda eſt *l. 1. & 11. titu. 6. l. 1. tit. 8. l. 5. recopilat.* ex Molina ſic eas inducente *dicto lib. 1. cap. 17. num. 8.* Qua de cauſa ex multis à ſe relatis verius cenſuit Farinac. *in dicto titul. de delict. & pœn. quaſt. 25. num. 22.* bona hæc primogenij, ſeu perpetui fideicommiſſi ob delictũ fiſco non deferri, maxime, ſi id expreſſim teſtator cauit *num. 23.* ex quo late hanc veritatem proſequitur volens *n. 32. & 33.* id fortius obtinere in bonis extra familiam alienari prohibitis.

105 His, & alias quæſtiones interpretes adnectunt, inter quos Fachin *dicto lib. controuerſ. iur. 5. c. 7.* diſputat an poſſit aliquando fideicommiſſarius alteri reſtituere grauatus tempore reſtitutionis quartam detrahere? *cap. 8.* vtrum quartæ Trebellianicæ detractio ex tota hæreditate defuncti, antequam legata deducantur, facienda ſit? *c. 9.* ſit ne locus falcidiæ, vel Trebellianicæ cum pars hæreditatis legatur? *lib. 4. c. 38.* vtrum hæres non conficiens inuentarium Trebellianica priuetur? *l. 6. c. 33.* vtrum debitam ſibi à teſtatore quantitatem poſſit hæres, qui inuentarium non confecit deducere aduerſus eum, cui ex Trebelliano hæreditatem reſtituit?

Sed an ex fideicommiſſo pauperibus relicto quarta Trebellianica deducenda ſit? Fachineus deducendam eſſe adfirmat *in dicto l. 5. c. 17.* dominus, & auus meus Ioan. Marien. *in dicta l. 1. ſchol. 19. n. 23. titul. 4. l. 5. recopilation.* negat. Quas & alias diſputant Anton. Gabr. *l. 4. commun. concluſ. integro titul. ad Trebellian.* Petra Sanct. *de fideicommiſ. dicta q. 15. à n. 155.* quarum exactius examen eiſdem relinquendum decreui, cum textus noſtri limites excedere videantur.

106 Nunc ſupereſt obiectionibus in ratio[illegible] dubitandi contentis ſatisfacere. Non obeſt imprimis ſumptum *ex l. Neſennius. 22. ff. ad leg. falc.* argumentum, vbi à cohæredibus aliquid accipiens, quartæ aduerſus eos deductione non vtitur. Cui difficultati reſpondit *hic & ibi* Accurſius noſtrum textum in Trebellianica, illum in falcidia procedere.

107 Quæ ſolutio difficilis redditur, ex eo quod cum lex antiqua Trebellianicæ falcidiam æquauerit, argumentum de vna ad alteram ſumi poteſt, maxime ante promulgatam deciſionem dictæ authenti. *ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid.* vti obſeruant plures *in Rubr. ff. ad Trebellian.* Raphael Cuman. *in l. 1 ad leg. falcid.* & eſſe fortiſſimum argumentum teſtatur Corraſ. *in præſen. lectu. 1. n. 38.*

108 His tamen non obſtantibus Accurſij ſolutionem admittendam cenſuit Picus *in l. in quartam. 91. n. 38. ff. ad leg. falcid.* ſumptum argumentum de Trebellianica ad falcidiam non valere putans, quia quoad vniuiuſque imputationem remedia ſunt diuerſa *dicta l. in quartam.* ſed à ſeparatis legitima non fit illatio *l. Papinianus exuli. 21. cum vulgat ff. de minorib.* ergo patet propoſitio, quam defendit Picus, & Accurſij conciliatio admittenda videtur, præſertim hodie nouo iure, quo *ex præacctu* falcidia prohiberi poteſt. *dicta authen. ſed cum teſtator*, quæ legis antiquæ correctionem in Trebellianica non expreſſit.

Sed adhuc hæc Accurſij conciliatio, quam defendit Picus, his iuribus applicari non poteſt, cum *in dicta l. Neſennius* filius certam quãtitatem ſponte à cohæredibus exegerit, quam falcidiæ prætulit, *in noſtra* vero grauatus hæres Trebellianica vti maluit. Quod diſcrimen ex iurium ipſorum contextu oſtenditur. Quæ plane mihi multo verior viſa eſt, quam probaſſe videtur Ioan. Corraſ. *in præſen. nu. 41.* 109

Deinde non obeſt *l. Titia. 85. ff. ad leg. falcid.* 110 Nam huic difficultati Accurſ. *hic verb. hæreditaria* reſpõdet ideo *ibi* duodecimam tantum prædiorum partem in falcidia imputandam, quia ſecundum voluntatem teſtatricis quarta benignior ea, quam ius induxit, detrahebatur *ex eo textu ibi retenta quarta parte*: *in lege* vero *noſtra* contrà, vel ſaltim præter voluntatém teſtatoris quarta detrahebatur, qui de quarta mentionem non faciens videtur voluiſſe, vt tota hæreditas ſine vlla diminutione decem à cohæredibus acceptis reſtituenda eſſet. Quam diſtinctionem videntur præferre verba dictæ *l. Titia. in fine quoniam*, inquit, conſultus, *contra ſententiam matris familias lex falcidia induceretur.* Quam ex Bart. Baldo, Salice. & Paulo communem interpretationem reſoluit Picus *in dicta l. in quartam. nu. 65.* Ripa *n. 45.* Ioan. Oroſci. *in l. ſi adrogator. 22. n[illegible] 78. ff. de adoptionib.*

Quæ tamen conciliatio ni fallor diuinat, dum continet, *in præſenti* Trebellianicam contra teſtantis voluntatem deduci. Quod ipſe non admitto, ſiquidem in ea totius quartæ deducendæ modus expreſſus inuenitur, ac voluntas expreſſa, vt hæreditariam partem prædij in eam imputet, vt hac in parte non omnino à dictæ *l. Titia* deciſione, in qua quartæ deductio exprimitur, noſtra differat. 111

Quare Matheſilan. *in præſent. num. 104. verſicul. ſecundo caſu*, quem refert ſecutus Vincent. Salas *num. 30. & 31.* volunt in dicta *l. Titia*, poſtquam teſtatrix quartæ deductionem Titio fratri permiſit, eidem prædia prælegaſſe, quæ cum integra habiturus eſſet, merito quartam eorum partem, duodecimam aſſis reſtituendi in quo hæres inſtitutus eſt ab Vlpiano dictam ex Accurſ. *ibidem verb. duodecimam* in falcidiam imputare tenetur, vt ex reſtituendis bonis hoc minus detrahat. 112

113 Vnde commuuiter diſtinguunt inteepretes prælegati poſt fideicommiſſum, & ante illud facti effectus, vt poſt fideicommiſſum factum prælegatum retineat hætes teliqua hæreditatis portione reſtitutioni obnoxia. Quod ſi ante fideicommiſſum prælegatum factum ſit, fideicommiſſo etiam cõtineatue, a creſtitutioni ſubiaceat; vt ex hac diſtinctione in ſpecie *legis noſtra*, totum pcælegatum in quartam imputandum ſit, quod ſuperſit, reſtituendum, quod deſuerit, ex alijs bonis retinendum. Secus vbi prælegarum reſtitutioni non ſubiacei, vt quarcam eius paitem in Tcebellianicam imputare ſufficiat, quò melius totum prælegitum præcipue, ac priuatiue hæcedis commodo, & vtiluati cedar.

114 Quam tameo diſtinctionem multifariam impugnat Fachin. *dicto lib. controuerſ. iur. 5. c. 16.* agnoſcit tamen *in fine principij* totã hanc quæſtionem ex coniectura voluntatis, quam teſtatot habuit, pendere. Quod *in eiſdem capitis calce* confirmat, videndom adſetens, an ex verbis, ac mente teſtatotis inferri poſſit, voluiſſe, vt prælegatum fideicommiſſo, oec ne contineretur, in hac difficili quæſtione cuilibet libere ſentiendi facultatem faciens.

Quare communi diſtinctioni contra Fachineum tam ex dicta *l. Titia 85. ff. ad leg falcid.* in qua hæreditatis reſtitutionem, & quartæ ab ea deducendæ permiſſione & prælegatum ſequitur, quam *ex lege noſtra* prælegatum reſtitutionis neceſſitati ac deductioni Trebellianicæ præponente libentius, qoam Fachineo adhæreo, quamuis ex eo diſtinctionem hanc imprimis à verbis, ac mente teſtatoris petendam conſentiam.

115 Nec obeſt dicta *l. in quartam. 91. ff ad leg. falcid.* qua deciditur, habita ſolummodo hære-ditario iure in quartam imputanda. Nam multis ſolutioonibus omiſſis, quas tradunt interpretes *in diuerſis locis*, legi uoſtræ contraria uoo eſt. Quamuis enim *in præſenti* hætes grauatus teſtituete in euentum coodit ionis decem à cohæredibus tecipiat, non aliunde tamen, quã hæreditario iure adipiſcitur. Quod ex Cuiatio à ſe relato ita legem noſtram intelligente adnotat Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 5. c. 15. verſic. quoad primam difficultatem*; à qua tamen ipſe ſententia diſcedit rem haoc latius pcoſecutus. Nam, vt decem illa hæedi dareutur, teſtatocis mandatum præceſſit, ideo tam decem, quam fundus in hæreditate relinquuntur & iure in Tcebellianicam imputantue.

Eadem facilitate reſpondetut ad. *l iubemus* 116 *6. C. ad Trebellian.* vbi fructus ex hæreditate paterna perceptos non tenetut filius in Trebellianicam imputare: nam *in præſenti* filius non fructus, ſed decem à cohæredibus accipienda, & prælegatum fundum in eam imputat, quod ſecus eſſet in extcaneis, hi namque vltra prædicta ſcuctus in Trebellianicã imputarent. *l. in fideicommiſſariam. 18. l. mulier. 22. § ſi heres. l. ita tamen. 27. §. heres ex aſſe. ff ad Trebellian. l. 8. titul. 11. part. 6.* poſt alios Ripa *in d. l. in fideicommiſſariam. nu* 18. Couarr. *in c. Raynutius 16. §. 11. à n. 4. de teſtament.* late Roland. *conſil. 27. ac 30. l. 1* Petra Sancta *de fideicommiſſ. dicta q. 15. n. 168. in fine cum duob. ſequentibus* Fachin. *lib controuerſ. iur. 5. c. 9.* quibus huius quæſtionis prolixius examen *ſuperius n. 95.* remiſi, vt ex his huius textus explicatio ad laudem, & gloriam in diuiduæ Trinitatis, deiparæ [Virg]inis Mariæ, Beati vtriuſque Ioannis, [ali]orum oomine, ac protectione glorior, [...]diatur.

Ex §. incertis Inſtitut. de legat.

S V M M A R I A.

1 *Caſus figura depingitur.*

2 *Concluſio textus ſignatur.*

3 *Incerta perſona legatum nullum eſt.*

4 *Idem in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & alia qualibet inſtitutione ius obtinet.*

5 *Certa perſona, de qua dubitatur, legatum redditur inutile.*

6 *Legatum vni ex duobus relictum, neutri debetur, niſi conſtet, de quo teſtator ſenſerit.*

7 *Legatum incerta de certis perſonis contra Bartolum non debetur.*

8 *Incertus dicitur, quem ignoramus.*

9 *Legatũ quomodolibet incerta perſonæ nõ valet.*

10 *Per errorem ſolutum condici poteſt.*

11 *Balduinus textum noſtrum in legatis ad pia opera procedere putat.*

12 *Legatum incerta de certis perſonis, poteſt heres ſoluere, cui ex ipſis maluerit.*

13 *Duobus eiuſdem nominis parta legata relicta vno alteri adempto, vtrique debentur.*

14 *Aduerſa diſpoſitiones cõtrarios effectus producunt, vt eadem æquitatis ratio in ſingulis detegatur.*

15 *Legatum*

15 *Incertis pauperibus, aut Eccleſiis relicta legata ſoluenda ſunt.*

16 *Teſtatoris voluntas ad vnguem ſeruanda eſt.*

17 *Interpretes de noſtri textus materia agentes referuntur.*

18 *Balduinus textum noſtrum ad pia opera, vel alimenta refert.*

19 *Balduini expoſitio, veluti diuinatoria reijcitur.*

20 *Multa peti nequeunt, quæ per errorem ſoluta, condici non poſſent ex Æguinar. Varone.*

21 *Per errorem facti ſolutum, cum nulla ſit obligatio ciuilis, repeti poteſt.*

22 *Error ſolutionis in huius paragraphi ſpecie ad ius, non ad factum refertur.*

23 *Ex nuda voluntate defuncti hæres naturaliter obligatus legatum ſoluens repetere non poteſt.*

24 *Ex nudo pacto ſoluenti non datur repetitio iure quoque cæſareo attento.*

25 *Qua ratione probetur hæredem naturaliter ad legati ex incertitudine indebiti ſolutionem teneri?*

26 *Voluntas teſtatoris ſolennibus deſtituta quando ſeruanda ſit?*

27 *Coniectura vltimarum voluntatum plures, remiſsiue.*

28 *Soluto legato incertæ perſonæ nulla manet in debiti repetitio.*

29 *Ignorantia facti ſolutum repetitur.*

30 *Primæ dubitandi rationi generaliter reſpondetur.*

31 *Incertæ perſonæ legatum an dicatur, ei factum, qui filiam ſuam filio meo in matrimonium dederit?*

32 *Sit ne diſcrimen inter legatum præcedens, & cuicumque ex cognatis meis ſub eadem conditione?*

33 *Intellectus noſtri textus.*

34 *Res ſecundum præſentem ſtatum, non ſecundum inopinatos caſus conſiderari debent.*

35 *Obligationi naturali ſolutio adiecta indebiti condictionem impedit.*

36 *Error iuris ſoluenti non prodeſt, vt indebiti condictione vtatur.*

37 *Sibi imputet, qui iuri ſuo renunciat.*

38 *Hæres legatum ex incertitudine indebitum ſoluens non repetit.*

39 *Legatum incertæ perſonæ ſoluere tenetur hæres, ſi conſtat de voluntate teſtatoris.*

40 *Sanguine teſtatori coniunctus præfertur proximior.*

41 *Ex duobus coniunctis præfertur proximior.*

42 *Legatum vni ex duobus eiuſdem nominis amico ſpeciali debetur.*

43 *Legatum vni ex duobus magis bene merito deberi quando fallat?*

44 *Legatum vni duobus pauperi datur.*

45 *Legatum debetur, ſi certum fieri aliquatenus poſsit, de quo teſtator ſenſerit.*

46 *Legatum incertæ perſonæ iure ciuili non obligat, ſed à ſolutione vires capit.*

47 *Balduini conſideratio, & applicatio noſtri textus improbatur.*

48 *Proponitur tertij argumenti difficultas.*

49 *Intelligitur. l. ſi quis ſeruum. 8. §. ſi inter duos. ff. de legatis. lib. 2.*

50 *Antynomia. l. 3. §. ſi quis duobus. ff. de adimen. legat. cum. l. ſi ita fuerit. 10. ff. de rebus dubijs recitatur.*

51 *Corrigunt aliqui dictum. § ſi quis duobus,* neutri, pro vtrique *legentes.*

52 *Communis lectio adprobatur.*

53 *Accurſij ad prædicta iura conciliatio, & inter ea diſcrimen.*

54 *Difficultates contra Accurſii ſolutionem adnotantur.*

55 *Ab obiectis contrarijs Accurſius defenditur.*

56 *Accurſii conciliatio clarius exponitur.*

57 *Benignior eſt pro hærede interpretatio facienda.*

58 *Incerta pauperum inſtitutio valet pietatis intuitu.*

59 *Legatum libertatis ob incertitudinem non valet.*

60 *Ratio differentiæ inter legatum libertatis, & pauperibus relictum.*

IVSTINIANVS IMPERATOR

INSTITVTIONVM IMPERIALIVM

LIBRO SECVNDO

SIC AIT:

§ Incertis.2. inſtitut. de legat.

INcertis autem perſonis legata, vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſoluta repeti non poſſe ſacris conſtitutionibus cautum erat,

1 EX hac littera fideliter enarrata talis deſumitur effigies. Ioao. elogio ſuo Titiom bæredem inſtituit, & ab eo decem legauit ei, qui filiam ſuam daturus eſſet, vt eam teſtatoris filius vxorem duceret, *vt in §. ſuperiori Iuſtinianus exempli gratia profert,* ſeu vni ex doobus Titijs Titij dumtaxat oomioe deſignato, vel alio quocumque modo, dum ramen iocertæ perſonæ legatum relictum appareret. Quæritur vtrum decem iſthæc à teſtatore legata, ſi ab hærede ſoluta ſint ei qui filiam ſuam teſtatoris filio in matrimonium dedit, vel vni ex Titijs, quem elegerit, indebiti condictione repeti queant; & ſane aoceps videbatur quæſtio, imo & admittenda iodebiti condictio, cum incertæ perſooæ legatum ſit inutile ſed hoc ſoblato incertitudinis impedimento, quod ſufficiebat, ne teneretur hæres legatum ſoluere, Iuſtinianus ait, ſacris conſtitutionibus cautum eſſe, poſtquam ſemel legatum ſolutum ſit, non amplius vllum hæredi repetitionis remedium ſupereſſe, ea (ni ſallor) ratione, quoniam obligatio naturalis quamuis actionem oon producat, ſolotione tamen intercedente indebiti condictionem impedit, idque potiſſimum diſpotatio noſtra continebit: quam vt incipiam, talem conſtituo concluſiooem.

CONCLVSIO.

Incertis perſonis legata, ſeu fideicommiſſa relicta ſemel ſoluta repeti non poſſunt. 2

Contra quam primo facit incertæ perſonæ legatum irritum fieri. §. *incertis ſupra l. quotiens.9. §. hæres. ff. de hæredibus inſtituend. l. ſi domus.71. ff. de legat. lib. 1. cum alijs ſimilib.* quas congerit Manti. *de coniect. vltimar. voluntat. lib. 8. titul.4. num.*1. quod tum demum verum eſt, vbi iucerta perſona eo tempore certa fieri noo poteſt. *d. §. hæres l. regia.*10 *titul.* 3. *part.*6. Bartol. *in l. quidam relegatus.*5. *numer.* 3. *verſicul. aut hæredis. ff. de reb. dubijs, & in eadem lege* Bartbolomæ. Socinus *numer.*13. quorum ſententiam communi ſuffragio admiſſam probat Pariſ. *conſil.*3. *num.*12. *lib.*3. Mantic. *d. titul.* 4. *numer.*4. idque nedum locum obtinet in legato, verum etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutiooe, & alia quacumque inſtitutione, ſicuti etiam in præſenti Iuſtinianus probat ibi *legata, vel fideicommiſſa relicta*, & alibi in iure paſſim, atque ita agnoſcunt Ruin. *conſil.*177. *num.*3. *lib.*2. Pariſ. *conſil.*32. *numer.*14 *l.*2. Mantica *de coniectur. vlt. volun. lib.*4. *titul.* 6. *numer.* 1. Menoch. 2. *parte de præſumptionib. lib.* 4. *præſumptio.*25 *num.*1. *&* 2. *& num.*20. hanc concluſiopem extendens. *num.*5. ad eam ſpeciem, in qua licet certa perſona ſit inſtituta, dubitatur tameo quænam illa ſit, hæc enim incertitudo legatum reddit inutile, vt probat Barto. *d. l. quidam relegatus.* 5. *ff. de reb. dub. num.* 3. *verſicul.*

aut

aut continet perſonam ex l. in tempus. 62 §. 1. *ff. de hæredib. inſtituend.* cuius verba pro hac parte refert Menoch. *vbi ſuprà*, quæ ſane veluti inſignia non referre non poſſum. *Quoties* (inquit Modeſtinus) *non adparet quis hæres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet, quippe euenire poteſt, ſi teſtator complures amicos eodem nomine habeat, & ad deſignationem nominis ſingulari nomine vtatur, niſi ex alijs apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum, pro qua perſona teſtator ſenſerit* & in legato idem probat. *l. quotiens.* 40. *verſic. ſi vero duo. ff. de vſufruct. l. qui plures.* 18. *ff de vſu, & vſufructu*
6 *lega.* vbi legatum vni ex duobus ſolui ab hærede non debet, niſi conſtiterit ex legitimis probationibus, vel ex indiciis veriſimilibus, & apertis coniecturis, de quo vtriuſque teſtator ſenſerit, quod iuribus & interpretibus edocet Mantic. *dicto lib.* 8. *c.* 4. *num.* 4. idemque in teſtamentaria tutela voluit Paul. *l. duo ſunt* Titij. 30. *in fine. ff. de teſtamenta. tute. ſi id non apparet*, inquit, *non ius deficit, ſed probatio, igitur neuter eſt tutor.* licet huic veritati refragetur Bartol. *dicta l. quidam relegatus*, 5. *numer.* 3. *verſic. aut per-*
7 *ſona non venit*, volens legatum relictum incerte de certis perſonis omnino deberi, cuius ſententiam iure optimo improbant Socin. Ruin. & Alciat. Bartoli argumentationibus reſpondentes, quos refert ſecutus Iacob. Menoch. *dicta præſumpt.* 25. *numer.* 18. & ſane vltra aliorum teſtimonia, quæ ipſe pro hac parte commemorat. *num.* 6. 7. & 8. mihi hanc
8 ſententiam probat authoritas Dionyſij Gotofredi *d. §. incertis ſupra* volentis eum incertum dici, quem ignoramus *argumento text. in l. hac verba cui rei.* 69 *ff. de verbor. ſignificatio.* atque hodie iam iure regio opinio hæc aduerſus Bartolum admiſſa eſt. *l. reg.* 10. *titul.* 3. *l.* 9. *tit.* 9. *part.* 6. *in ſpecie d. l. duo ſunt Titij.* 30. quando ſcilicet teſtator duos amicos eiuſdem nominis habebat, nec conſtitit, cui legatum reliquiſſet.

9. Vnde profluit generalis regula legatum quomodocumque incertæ perſonæ, de qua non conſtet, inutile iudicandum, de qua breuiter, & copioſe diſſerit additio ad Accurſium. *d. §. incertis.* Mantic. *dicto c.* 4. *n.* 1. 4. *ac* 18.

Ex prædictis igitur videtur elidi textus noſtri deciſio, ex eoque deducta concluſio dum *in vtraque* defenditur ſoluta quidem indebita legata condictione indebiti repeti non poſſe, quaſi ea aliquo iure deberentur, & factum hominis potius, quam legis eſſet:

10 Secundo aduerſus eamdem concluſionem facit nulla lege hæredem ad legatum incertæ perſonæ ſoluendum teneri, cum ciuilem ob incertitudinem obligationem non producat, *ex proxime adnotatis*, qua de cauſa quod per errorem ſoluitur condici poterit, *l. fideicommiſſum.* 7. *C. de condict. indebi. l. error facti.* 9. *C. ad leg. falcid. l. cum quis.* 10. *C. de iur. & facti ignorantia.*

Quibus motus in præſentiarum Balduinus exiſtimat deciſionem noſtram ſpecialiter obtinere in legatis ad pia opera factis, quæ 11
licet incertis perſonis relinquantur, tamen omnino valent. *C. ſi pater de teſtament. lib.* 6 *l. id quod.* 24. *l. nulli.* 28. *C. de epiſcop. & cleric. qua de re latius infra diſputabitur.*

Tertio aduerſus eandem concluſionem 12
verſa vice opponitur, nullius momenti eſſe ſolutionem, in ſpecie noſtra; quinimo hæredem ad legatum incertæ perſonæ ſoluendum teneri eius arbitrio electione legatarij incerti commiſſa. *l. ſi quis ſeruum.* 8. §. *ſi inter duos. ff. de legat. lib.* 2. *ſi inter duos* (inquit
Paulus) *dubitetur de eodem legato, cui potius dari* 14
oporteat? vt puta ſi Titio relictum ſit, & duo eiuſdem nominis amici teſtatoris veniant, & legatum petant & hæres ſoluere paratus ſit, deinde ambo defendere hæredem parati ſint, eligere debet hæres, cui ſoluat, vt ab eo defendatur, ecce quomodo Paulus incertæ perſonæ legatum vtile iudicat, cuius deciſionem alia in ſpecie Vlpianus iuuat. *l.* 3. §. *ſi quis duobus. ff. de adimend. legat.* conſtituens caſum, in quo cum teſtator teſtamento ſuo duobus amicis ſuis Titijs nomine paria legata reliquiſſet, nullis quidem præhabitis cauſis, vel ijs, quas nemo vnquam nouit nec vlla certa demonſtratione facta alteri ipſorum legatum ademit. Qua in ſpecie definit, vtrique prædictorum ſuum legatũ præſtandum fore, licet in eo textu legant aliqui *neutri* pro *vtrique*, Quæ negatiua dictio *neutri* omnino contrarium ſenſum aperit, vt hac admiſſa littera fateri opus ſit, nullum ex his duobus legatum ob alterius ademptionem ſoluendum qui ſenſus approbari videtur à conſulto. *l. ſi fuerit* 10 *alias ſi ita fuerit.* 11. *ff. de reb. dubijs*, quæ licet difficilia videantur, nullamque prædictarum lectionum adprobet, vel reſpuat Accurſius, verior tamen videtur ſententia eorum, qui *in eo textu* legunt *vtrique*, tum, ne beneficium à teſtatore expreſſim conceſſum pereat, tum etiam, vt repugnantia inter ſubſequentem, & primam quam retulimus periodum deprehendi poſſit, prout conſultus manifeſte indicat. Quid enim quam facit contra poſitio prodeſſet, niſi *vtrique* legendum foret? quod vt planius perſpiciatur, litteram conſulti referam, *ſi duobus* (inquit Vlpianus) *Titijs ſeparatim legauerit, & vni ademerit, nec appareat, cui ademptum ſit, vtrique legatum debetur, quemadmodum & in dando, ſi non appareat, cui datum ſit, dicemus neutri legatum*, diuerſa eſt enim vna ab altera diſpoſitio, immo, & contraria, nam in prima ſpecie *vtrique* legatum fuerat, at ex interuallo ſuum al-
teri ademptum: in ſecunda aduerſa 14

quæſtio proponitur, in qua ſcilicet dumtaxat legatum perſonæ incertæ ademptum demonſtratur, quare ex aduerſa diſpoſitione contrarius effectus oriri debet, vt eadem æquitatis ratio in ſingulis cōtrarijs. detegatur *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur.* quam ſic intelligunt Bart. *d. l. 3. §. ſi quis duob. ff. de adimen. legat. Socin. Cuman. & alij. d. l. ſi fuerit.* 10. Ludouic. *texera. d. l. quidam relegatus 5. in princip. colum. vltim. ff. de reb. dub.* nihil igitur ea prædictis oberit incertitudo perſonæ vt legatum debeatur, quamuis hæres illud ſoluere ſubterfugiat, idque Imperatores reſpondiſſe videntur *in d. l. id quod pauperibus. 24. C. de epiſcop. & cleric. & c. ſi pater de teſtament. lib. 6. cum ſimilib. l. 20. titul. 3. part. 6.* quibus iuribus oſtenditur in certis pauperibus, ſiue Eccleſijs relicta legata ab hærede omnino ſoluenda. Quod ex alijs docuit Manti. *de coniectur. vltim. volunta. lib. 4. cap. 6. numer. 7. lib. 8. capit. 4. numero 3. & 21.*

16 Non ſatis igitur videtur *in præſentiarum* Iuſtinianus rectam viam ſecutus, maxime cum teſtatoris voluntas videatur fuiſſe, vt legata ſoluantur, quæ ad vnguem ſeruanda eſt *authent. de nupt. §. diſponat. collatio. 4. l. in conditionibus primum locum. 19. l. pater ſeuerinam. 100. cum ſimilib. ff. de condition. & demonſtrationib.* poſt alios Anton. Petra Sancta *de fideicommiſ. quæſt. 1. num. 8. cum trib. ſequentib.* cum iam aliud velle non poſſit *l. cum hic ſtatus 33. § aie oratio. ff. de donationib. inter vir. & vxor. c. cum Martha. 6. extra de celebratio. miſſar. cum ſimilib.* & iniquum ſit, vt beneficium à teſtatore vni collatum ex incertitudine plurimorum detrimentum retorqueatur omnibus adempto legato *contra. l. quod fauore. 6. c. de legib. c. quod ob gratiam. 61. cum ſimilib. de reg. iur. lib. 6.*

17 Sed prædictis non obſtantibus veriſſima eſt *ex noſtro textu* elicita concluſio, quam probat. *l. duo ſunt Titij. 30. ff. de teſtamentar. tute. optim. text. in l. error facti. 9. c. ad leg. Falcid. l. cum quis. 10. C. de iur. & facti ignorant. l. quidam relegatus. 5. in princip. l. ſi fuerit 10. ff. de reb. dub.* cum alijs iuribus, quæ paſſim abducere opus erit. *l. regia. 10. titul. 3. l. 9. titulo 9. part. 6.* agunt de materia noſtri textus præter ordinarios *in præſenti & in prædictis locis, & in d. c. ſi pater. d. l. id quod pauperibus. 24. C. de Epiſcop. & cleric.* Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 56.* Menoch. *de præſumptionib. 2. parte lib. 4. præſumpt. 25.* Mantic. *de coniec. vltim. volun. lib. 4. titul. 6. lib. 8. titul. 4.* Peralta *in l. cum quidam. 21. ff. de legat. 2.* Couarru. *in c. cum tibi extra de teſtament. numer. 14.* Coſta *in d. c. ſi pater. 1. parte verbo pauperes à numer. 2.* domin. Franciſc. Sarmient. *libr. ſelectar. 2. cap. 3. numer. 4.* & alij plures, quos referunt Pichard. *in præſen.* Didac. Spino *in ſpeculo teſtamentor. ſchol. 10. in princip.* qui omnes tantum diſputant an incertitudo perſonæ, aliaue quæcumque ſimilis legatum vitiet? nullus profecto ex his ſpecialiter noſtri textus materiam, quam vel ipſi ordinarij veluti per transennam attingunt. Nobis tamen, qui illius explicationi ſollicitam operam damus, opus eſt rationem Iuſtiniani inquirere; qua motus ſtatuit ſolutum legatum per errorem, quod ex incertitudine non debebatur, repeti nequaquam poſſe.

Equidem Franciſcus Balduin. *in præſenti* voluit, deciſioni noſtræ locum dumtaxat fieri in pijs legatis, quæ licet incertis perſonis relinquantur, debentur tamen ab hærede. *d. c. ſi pater cum alijs ſupra adductis d. l. regia. 20. titulo 3. part. 6.* Quod ex Tiraquello, qui plures more ſuo refert tenuit Iacob. Menoc. *de præſumptionib. 2. p. lib. 4. præſumptio. 107. num. 3.* Coſta *in c. ſi pater verbo pauperes*, Didacus Couarruu. *in c. cum tibi. num. 14. extra de teſtament.* Mantic. *dicto lib. 4. titul. 6. num. 3. lib. 8. titu. 4. nu. 3. & 21.* de qua re latius *infra* agendum eſt in conciliatione tertij argumenti, idemque dicendum putat Balduin. in alimentis ſolutis, hæc enim repeti non poſſunt, immo qui ea Triennio ſoluit, in reliquum vitæ tempus eadem miniſtrare debet. *l. 1. C. de fideicommiſſ.* 18

Hæc tamen ſingularis eſt ſententia, quæ nulla lege, ſeu ratione nititur, ideoque reijcienda eſt, quod enim verbum in textu noſtro apparet, ex quo deduci queat legatum in ſpecie illius ad pia opera fuiſſe factum? nullum profecto, quinimo Iuſtiniani deciſio nullis limitibus clauditur, nec circumſcriptione aut limitatione ad eius ſenſum percipiendum opus eſt. hinc apparet expoſitionem illam diuinationis vitio laborare, quam immerito Balduinus illius deciſionis rationem prædicat. 19

Quamobrem ſubijcitur alia ratio, quam adfert Æguinar. Varo *in præſent.* dicens, ideo ſolutum legatum alias indebitum repeti non poſſe multa enim peti, nequaquam poſſunt, quæ ſi per errorem facti ſoluantur, repeti non poſſunt: exemplum conſtituit Varo *in l. lege Iulia ff. de condictio. in debi.* quam quidem in meis libris inuenire non potui, & vt fatear, quod ſentio, nec illius opinio vera mihi viſa eſt, quippe quæ falſum ſupponit, cum potius verum ſit per errorem facti ſolutum, dummodo ciuili iure nulla ſit obligatio ſoluendi, repeti poſſe, quod plane confirmat dicta. *l. error facti. 9. in princip. C. ad legem Falcid. l. quamuis. 11. C. de iuris, & facti ignorant.* Ignorantia enim, ex vulgata iuris regula, facti excuſat, quam veritatem omnes agnoſcūt, maxime nā Iuſtinianus caſum proponit, in quo nullus adeſſe potuit error facti. 20 21

com-

compertum enim habebat hæres à teſtatore decem illa incertæ perſonæ legata fuiſſe, quod ſolum ad factum referebatur, reliquum vtrum ipſe ad ſoluenda decem teneretur? totum in iuris notitia conſiſtebat, in qua cum errauerit hæres non adiuuatur, & indebiti condictio ceſſat ex late *ſuperius* actis, atque hanc diſtinctionem plane probat Imperator *d. l. error facti. 9. ff. ad leg. Falcid. error* (inquit Gordianus) *facti quarta ex cauſa fideicommiſſi non retenta repetitionem non impedit, is autem, qui ſciens ſe poſſe retinere, vniuerſum reſtituit, condictionem non habet quin etiam ſi ius ignorauerit, ceſſat repetitio*, ex qua deciſione Æguinarij ratio penitus euertitur.

Quare aliam adferunt communiter ſcri-
23 bentes, inter quos primus eſt Accurſius *in præſenti*, quem poſt athletas ſequitur Franciſc. Hotoman. ea ratione motum Iuſtinianum affirmantes, cum etenim ex nuda voluntate defuncti hæres ſaltim naturaliter obligetur, æquum viſum eſt, vt ſolutione facta, nulla deinceps indebiti condictio relinquatur ad-
24 inſtar eius, qui ex *l. iuris gentium. 7. §. ſed cum nulla verſ. igitur nuda, vbi* Accurſ. & interpretes iura ſimilia meminerunt *ff. de pact.* poſt alios à ſe relatos Petr. Dueñas *reg.* 11. dominus & auus meus Ioan. Matien. *in l. 1. ſchol. 1. num. 4. tit. 6. lib. 5. recopilation.* nudo pacto, quod ciuili iure antiquo actionem non producebat, naturaliter obligatus ſoluerit, huic enim repetitionis remedium denegatur. *l. frater à fratre 38. in princip. verſ. naturalem enim. l. Iulianus verum debitorem. 59. in fine. l. ſi quod dominus. 64. ff de condictio indebiti* cum alijs pluribus, quæ ſcribentes *paſſim* adnotant, quorum hæc eſt concors ſententia ab Accurſio ad noſtra vſque tempora communi ſuffragio recepta.

Porro in ſpecie noſtra veriſſimum eſt, re-
25 licto legato, hæredi iure naturali illud ſoluendi obligationem iniunctam eſſe, quæ ex eo duntaxat inducitur, quòd dominus ſeu teſtator velit rem ſuam alteri cuicumq; quacumque nota, vel ſine illa relinquere, & hæredi huius voluntatis executio demandata
26 ſit, ex his, quæ poſt alios ad id probandum adnotat Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 4. c. 5. verſ. probatur igitur hoc argumento*, quæ voluntas prorſus adimplenda foret, niſi ius commune reſiſteret, quod rebus rectius perpenſis ad hominum communem vtilitatem formas teſtamentorum, & aliarum omnium vltimarum voluntatum ſolennitates induxit, quæ omnia ſeruari ad perpetuam tranquillitatem opus eſt, vt quæ negotia arduum quidem ex incertitudine, vel pene impoſſibilem alijs etiam de cauſis exitum habent, facilius definiantur, ac terminentur, è quibus vna eſt ſolennitas, vt certa perſona tam ad inſtitutionem, quam ad legatum à teſtatore denominetur expreſſim; vel ſignis
ſaltim, & veriſimilibus coniecturis oſtendatur, 27
quarum plurimas adducunt Iacob. Menoch. *2. parte præſumption. lib. 4. præſumptio. 25. à num. 9.* Mantic. *dicto lib. 4. tit. 6. ex num. 1. ad 7. lib. 8. tit. 4. ex num. 5.* late ac erudite Fachin. *d. l. 4. toto c. 5.* probans hæredem ad implendam defuncti voluntatem teſtamento minus ſolenni contentam, de qua ſibi alias conſtat, omnino teneri.

Cum itaque incertæ perſonæ relictum le- 28
gatum ſoluitur, iam ciuilis effectus inducitur, ex ſolutione ſiquidem obligatio naturalis agnita ciuilis fit, vt nulla deinceps repetitionis cauſa maneat ex Triphonini deciſione. *in l. ſi id quod 64. ff. de condictio. indebi. Si id* (ait) *quod dominus ſeruo debuit manumiſſo ſoluerit, quamuis exiſtimans ei aliqua teneri actione, tamen repetere non poterit, quia naturale debitum agnouit.*
Hac igitur in ſpecie, ſola prodeſſe poterit 29
ignorantia facti, vt ſoluta pecunia, tamquam indebita repetatur, *vt in caſu. l. error. 9. C. ad leg. Falc.* quę cum *ex ſuperioribus in noſtro textu* adeſſe non potuerit, conſideranda non eſt, ſed iuris duntaxat error, ex quo nulla oriri excuſatio poteſt.

Supereſt nunc ad dubitandi rationes re- 30
ſpondere, quarum prima ex eo deprompta fuit, quòd legata incertis perſonis ciuili iure non debeantur: vnde inferendum videbatur ſoluta legata in certis perſonis indebiti condictione repeti poſſe. Quamuis enim antecedens regulariter verum ſit quoad ius ciuile attinet, cum certa & determinata voluntas teſtatoris non appareat, cui voluerit relinquere, executione iure optimo deſtituitur, niſi legatum ſolutum ſit quia ex ſolutione naturale debitum agnoſcitur.

Illud ſane ſilere non poſſum hanc regu- 31
lam mihi perdifficilem viſam eſſe, ſi vera etiã eſt *ſuperius* adnotata à Iuſtiniano ſententia, illum incertum legatarium eſſe, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubijciebat, veluti, *ſi quis ita dicat, quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, hæres meus illi fundum dato*, vt ideo legatum tanquam incertitudinis vitio notatum euaneſcat. Cum enim hac in ſpecie certa, & determinata voluntas teſtatoris adpareat, vt is qui filiam in matrimonium filio ſuo dederit centum iure legati habeat præcipua, ſibi ab hærede ſoluenda, nec perſona hæc, quam ipſe expreſſim eligit cum alia confundatur, non quidem in poſtum incertitudinem continuo habebit cum res ſit, quæ filio ſuperſtite facile euenire poteſt, & iſthæc incertitudo declarari ex his quæ adnotat ex alijs Mantic. *dicto lib. 8. tit. 4. num. 18.*

num. 18. in hoc ius vetus à nouo diſtinguens iuſtiſſimaque iudicanda eſt teſtatoris voluntas, & celeri executione digniſſima, quæ adeo matrimonio fauet, vt partes ad collocandas filias ſuas in matrimonium inuitet, cuius cauſa pia eſt, & fauorabilis *c. videtur. 3. in fin. qui matrimon. accuſa. poſſunt. c. vltim. de conditionib. adpoſit.* & *vtrobique* interpretes Maſcar. *de probationib. libr 2. concluſio. 1019. numer. 15. & concluſio. 1023. num. 1. & 2.*

Fateor, ſi res ſecundum præſentem ſtatum conſiderarentur, tempore mortis teſtatoris legatum illud incertæ perſonæ relictum, vtpote cum certa non ſubſiſtat perſona eius, qui filiam ſuam teſtatoris filio in matrimonium daturus eſt, ſed vtcumque ſit, videtur profectò certa, & determinata teſtatoris voluntas, vt adueniente prædicti matrimonij caſu pater nuptæ quicumque ſit is, legatum
32 habeat teſte Mantic *dicto num* 18. Quid enim importat amplius ea ſtrictior denominatio *quicumque ex cognatis meis filiam ſuam filio meo dederit*, quam vniuerſalis illa *quicumque filio meo, &c.* vt illa valeat, hæc irrita cenſenda ſit, cum vtraque pariter difficilis, & incerta videatur, ſiquidem incerta eſt etiam perſona cognati, qui filiam ſuam teſtatoris filio in matrimonium daturus ſit, cum illa etiam ex euentu pendeat. Imo & ſecunda facilior, & quæ eodem modo ex euentu declaranda veniſt, nec tam anguſtis limitibus ſepta eſt.

Quapropter nullam quoad legati vitium inter hoſce duos caſus diſcriminis rationem, quæ vera ſit, inueniri poſſum: quò ſit, vt mihi perſuadeam, *in textu noſtro* non deciſionem quidem, ſed quandam antiqui iuris relationem contineri, quod ſane tamquam verius ex Mantica *dicto num.* 18. defendendum cenſeo, vel certe in eo duntaxat legato textum intelligendum, in quo ex confuſione
33 duarum vel plurium perſonarum, quæ certa, & determinata à teſtatore fuerit, conijci non poſſet, puta in ſpecie *d. l. duo ſunt Titij. 30 & ſimilium, ff. de teſtamentar. tute.* idque ſentit Bartolus incertitudinem legatum vitiantem exponens *d. l. quidam relegatus. 5. ff. de reb. dubijs*, & Gotofr. *d. l. error. facti. 9. C. ad leg. Falcid.* Mantic. *d. lib. 8. tit. 4. num. 4.*

Quòd ſi ex aduerſo obijcias, res quidem
34 ſecundum præſentem ſtatum, non etiam ſecundum inopinatos caſus conſiderandas eſſe. *l. Iulianus 6. ff. qui, & à quibus l. plerumque 206. ff. de regul. iur.* Quod negare non poſſum cum id præcipuum ſit veterum fundamentum, quod Iuſtinianus reciiat. Adhuc tameo mihi ſuſpecta eſt ipſorum differentia, cum eadem incertitudo in vtraque effigie verſetur, licet altera ad incertam de certis perſonis referatur, in qua legatum etiam ob incertitudinem inutile videbatur. *d. l. duo ſunt Titij. 30. cum ſimilib. ff. de teſtament. tute.*

Fides tamen parentum, ordoque librorum ſic admiſſus longius progredi non patitur, cum ex communi ſcribentium ſententia regulariter traditum ſit, legatum incertæ de incertis perſonis non deberi. *l 2.* vbi Accurſ. & Viuian. *ff. de his quæ in teſtam. delen.* poſt alios Alciat. *reſponſo. 92.* Manti. *dicto lib. 8. tit. 4. num. 20.* ſecus ſi incertæ de certis ex præhabitis.

Quam tamen differentiam improbarunt Socin. Alciat. Menoch. & alij *ſuperius. num. 7. & 8.* relati, quibus ſuccenſeo, niſi hæc incerta perſona ex aliquo futuro euentu declaretur ſecundum Mantic. *dicto tit. 4. num.* 18 illud enim, ſicut omnino certum interpretes ſupponunt legatum quomodolibet conceptum incertis perſonis inutile futurum donec adpateat, de quo teſtator cenſerit.

Qua ſuppoſita doctrina ideo in ſpecie 35
noſtri textus ſoluta legata alias ex incertitudine indebita repeti non poſſunt, quoniam ex Accurſ. & alijs *in decidendi ratione* adductis obligatio naturalis præceſſerat, cui adiecta ſolutio repetitionem impedit. *l. naturaliter. 13. dicta. l. frater à fratre. 28. l. Iulianus verum debitorem. 60. cum alijs eius titul. ff. de condictio. indebi.* Quæ naturalis obligatio in ſpecie noſtra *ſuperius in decidendi ratione* patuit.

Vel ſi mauis, nam error hic legati huius 36
ſoluendi ad ius refertur, cuius ignorantia hæredem non excuſat. *d. l. error. 9. C. ad legem Falcid. l. 2. ff. de iuris, & facti ignorant.* ex vulgari iuris dicterio quod *vbique* à iuriſconſultis & eorum interpretibus adprobatur.

Quoniam non ignorauit hæres, legatum 37
fuiſſe à teſtatore, id enim dubium non erat, imo vt ipſa textus littera oſtendit, de hoc etiam hæres certior factus fuerat, ſed cum ſoluere ob incertitudinem perſonæ non teneretur, vel ſciens ius ſibi competens, vel ignorans ſoluit, quo factum eſt, vt ſibi imputare debeat, qui ſuo quidem iuri renunciauit *argumento. l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact.* vbi Accurſ. iura enunciat ſimilia, & ſcribentes late materiam diſcutiunt. & *in c. ſi diligenti. 12. de foro competen.*

Vel tertio, nam cum in ſubſtantia, & rei 38
veritate ſit obligatus hæres, ex Iaſon. *in præſenti. in additionib. ad Porcum*, à quo eamdem mutuatus eſt ſententiam Canciuncula, ſemel ſoluens legatum non repetit, tametſi legatum ciuili iure ob incertitudinem latentem quidem, & ignotam hæredi, retinere potuerit: quæ tres ſolutiones ab vno fonte iudicio meo pariter manant.

Hæc autem omnia tum demum obtinēt, 39
quan-

quando nulla haberi poteſt voluntaris teſtatoris coniectuta, ſecus ſi potuit aliquibus ex indicijs, quæ veroſimilia ſint, conijci, tuoc eoim omnioo tenetur hæres illud ſoluere incertitudinis cauſa iam ceſſante. *l. quem hæredi. 25. ibi quibuſdam argumentis, &c. ff. de reb. dubijs,* vbi in ſpecie noſtra tradiderunt Bald. & Angel. Imola *in l. in tempus. 62. §. vltimo. ex eo textu ff. de heredib. inſtituend. & apertius Pariſius conſ. 3. num. 13. libro. 3.* Riminald. Senior *conſ. 256. nu. 34. lib. 2.* & alij, quos breuitatis cauſa oon teferam, quibus in caſibus limitabitur coocluſio ooſtra, noſque eos breuitet enarrabimus.

40 Prima ſit limitario, quando dnotum eiuſdem oominis alter ſanguine coniunctus eſt teſtatoti, cooiectura enim ſumitur, coniunctum à teſtatore prædilectum, & ad legatum vocarum *l. ſi fuerit. 10. ff. de reb. dubijs,* à ſenſu cõtrario, qui fottiſſimus eſt in iute *l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio cum vulgat.* Euerat. *in topic. legalib. loco. 75.* quam conſtitutionem in ſpecie perpeodit Matth. afflict. *in c. 1. §. & ſi clientulus. num. 10. de alienatio. feudi in vſib. feudor.*

41 Ex duobus vero coniunctis, qui proximior eſt, vocatus præſumitur, ita tenuit poſt alios Iaſon. *in l. ſi pater. 4. num. 2. C. de heredib. inſtituend.* dicens teſtatorem præſumi vocaſſe ad legatum filiam, oon neptem, licet, & haoc vlamam filiæ nomine donare ſoleret ex pulchra, & vulgati ratione, quia is vocatus præſumitur, ergo quem maior eſt affectionis cauſa ſecuodum Romanum *conſ. 138.* & ſane nemo dubitar coniunctiores plerumq; maioris amicitiæ vinculo nobis adſtrictos maxime cum hi ab inteſtato ſucceſſuri alijs quibuſque præferendi ſint, vti has omnes, & alias rationes conſiderat Iaſon. *l. 1. §. hoc autem. 2. lectu. num. 2. ff. ad Trebellianum.*

42 Secuoda limitario ſupradictæ regulæ adfertur, quando vnus ex duobus ſpecialis eſt amicus, nam tunc præſumptio iuris amico ſpeciali prodeſt. *l. ſi quis ſeruum. 8. §. ſi inter duos. ff de legat. lib. 2. d. l. ſi fuerit. 10. ff. de reb. dubijs,* ex quibus iuribus ita ſenſit Romanus *in l. heredes palam. 21. num. 5. ff. de teſtament.* licet noo deſint, qui hanc veritatem impugnent, quorum fundamenta ex ea potiſſimum elidentur regula, quam *ſupra* notauimus magis dilectum vocatum cenſeri. Quis igitur ſpecialem amicum quodam ſingulari amore alijs quibuſcumque prælatum neget? prout reſpoodit Ancharran. *conſil. 27. numero 6. verſ. 2.*

43 Vode Baldi ſententiam *in l. voluntatis 7. num. 11. C. de fideicommiſſ.* volentis magis bene meritum cenſeri vocatum, limitandam putarem, niſi ex apertis indicijs conſtatet affectiooem teſtatoris propeoſiorem erga alterum, cum enim de eius voluntatis implemento potiſſimum agatur, iſque à legum latoribus commeodetur, ea, licet minus æqua, ſequenda eſt, dum tamen legibus, vel bonis moribus aduerſa non ſit. *l. quidam decedens. 6. ff. de adminiſtratio. tutor*

Tertio limitatur ſuperior ex incertitudinis capite inducta regula, quando cæteris paribus vnus ex duobus his, inter quos orta eſt diſceptatio, pauper eſt, de hoc enim ſenſiſſe teſtator præſumitur ita docuit Decius *in l. vltima num. 54. C. de edicto diui. Adriani tollen.* Menochius *de recuperan. remed. 4 num. 788.* quod tunc verius exiſtimarem, quando alter multo maiori inopia laboraret, iſque vere pauper dici poſſet. 44

Limitatur quarto, quando certum fieri aliquatenus poteſt, de quo teſtator ſenſerit, quam ſenteotiam tenuit Bartolus *d. l. quidam relegatus. 5 num. 3. verſ. aut continet vnum. ff. de reb. dubijs,* quem ſecuti ſunt cæteri teſte Pariſ. *conſ. 3. num. 12. lib. 3.* quas omnes limitationes congerunt Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro 4. tit. 6. à num. 2. ad 7. lib. 8. tit. 4. à numer. 5.* Menoch. *part. 2. præſumption. libr. 4. præſumptio. 25. à num. 9.* Quod autem reliquom eſt, ſemper incertæ perſonæ legatum eſt inutile, quamuis ſemel ſolutum repeti non poſſit. 45

Deinde non obeſt ſecundum argumentum, condictionem indebiti ideo inductam eſſe, vt quod per errorem, cum noo deberetur ſolutum eſt, repeti queat: Quare idem in noſtra ſpecie videbatur dicendum, ſiquidem incertis perſonis legata ciuili iure ob incertitudinem indebita ſunt, nam cum communis ſcribentium ſchola, quorum teſtimonia *ſupra ad decidendi rationem* adduxi huic difficultati ſatisfieri poteſt, ideo ex ſolutione impeditam fuiſſe indebiti condictionem, quia naturale debitum exiſtebat, quod ſemel ſolutum vires accipit etiam ciuili iure. *d. l. frater à fratre. 38. l. Iulianus verum debitorem. 59. cum aliis. ff. de condictio indebi.* ſibi igitor imputet hæres, qui vel conſulto, vel imprudeoter iure ciuili indebitum ob incertitudinem legatum ſoluens naturalem obligationem agnoſcit, nouaſque vires addit. 46

Vnde iniqua redditur Balduini conſideratio, qui Iuſtiniani deciſionem ad pia opera refert, cum generaliter naturali iure ex voluntate teſtatoris, quam implere hæres ex quaſi contractu ſaltem obligationem producenti debet, ad illud ſoluendum adſtrictus maneat. Nil ergo mirum, ſi ſolutio iuris ciuilis vicem ſortiatur, qood omnino hæredem ad legatum ſoluendum obligaſſet, ſi de certa, & determinata defuncti voluntate cooſtitiſſet, teſte ex alijs Mant. *d. lib. 8. ti. 4. n. 4.* 47

Non

48 Non officit concluſioni noſtræ tertium, & vltimum argumentum, quo defendebam, ſolutionem in noſtra ſpecie nullius eſſe momenti, vt legatum incertæ perſonæ obligationem produceret. Quod primo probabam *ex dicta. l. ſi quis ſeruum.* 8. §. *ſi inter duos ff. de legat. lib.* 2. vbi cum vni ex duobus eiuſdem nominis, cæteris quoque circumſtantijs paribus legatum relictum eſſet, nec adpareret, qui inſtitutus eſſet, ſi hæres paratus eſſet ſoluere, & vnuſquiſque eorum hæredem aduerſus alterum defendere, hæres, quem maluerit, eligit eique legatum ſoluet, ſed ab eo aduerſus alterum defendi debet: ex qua decisione videbatur dicendum, ſolui debere legatum, cui vitium incertitudinis cauſa ineſſet electione alterius ex duobus eiuſdem nominis hæredi relicta.

49 Cui difficultati Accurſ. & cæteri reſpondent teſte Didaco Spino *in ſpeculo teſtamentor. ſchol.* 10 *numero* 12. verbo, *debere*, illi textui adſcripto neceſſitatem non induci, imo facultatem, hæres etenim ob incertitudinem ex prædictis à ſolutione legati ciuili iure liberari poteſt, quæ ſententia iudicio meo vera eſt, quamquam ipſe Didacus eam improbet, nouamque conſtituat, quæ forſan in communem ſenſum incidit, contendens verbum *debet*, nequaquam ad ſoluendi facultatem referri poſſe, quin potius ad ſtrictam neceſſitatem, quod cum ipſe ſæpius inculcet, atque hinc inde ſatis probet, in his enarrandis tempus non abſumam.

Noſſe pro communi intellectu ſufficit verbo *debet* illi decisioni adiecto in proprijſſima, & coactiua ſignificatione ſumpto communem ſententiam iniquam non reddi, cum ex illius contextu pateat, hæredem quidem ſoluere paratum fuiſſe non vtique reluctantem ſoluiſſe. Quod ſi poſt electionem hæres, ſoluerit, tantæ vtilitatis electionem hæredis fuiſſe Paulus ait, vt electus eum omnino, aduerſus alterum ex lege gratitudinis defendere teneatur, quoniam cuicumque hæres ſoluat, hunc eligere debet, & legatarius eum inuicem defendere, quia cum obligatio ſoluendi ciuili iure inducta non fuiſſet *d. §. incertis cum ſimilibus* hoc beneficium iuſta ratione accommodatur ei, qui in gratiam teſtatoris alteri ex duobus Titijs legatum ſoluit, quod ob incertitudinem iure quidem ciuili nequaquam ſoluere tenebatur. Quod ita expreſſit Mantic. *dicto tit.* 4. *num.* 4.

50 Huic ſuccedit maior difficultas *ex l.* 3. §. *ſi quis duobus ff. de adimend. legat.* vbi cum duobus Titijs paribus legatis à teſtatore factis, vni quidem ſpeciali Titij nomine nulla alia deſignatione facta ſuum legatum idem teſtator ademiſſet, ademptionem nullam eſſe conſultus voluit, ſed vtrique ſuum integrum legatum ſoluendum ex rationibus *ſuperius in argumento* adductis.

Cui tamen decisioni obſtat in eadem ſpecie alia Vlpiani decisio *in d. l. ſi fuerit*. 10. *ff. de reb. dub.* qua probatur duobus paria legata ſoluenda non eſſe, ſi ſtatim ſuum vni à teſtatore adimatur.

51 Quæ difficultas cum anxie nimis torqueat interpretes, plures eorum *d. §. ſi quis duobus* pro *vtrique* legunt, *neutri*. Vnde inferunt leges has, quarum Vlpianus eſt author conſonas potius eſſe, quam contrarias, ita ſenſit Accurſius, licet Florentinam lectionem cum pronomine *vtrique* non improbet. Qua admiſſa littera (Accurſius ait) non aduerſatur primæ ſecunda periodus. *in d. §. ſi quis duobus*, immo ex dictione comparatiua, *quem admodum* ſimilem decisionem conſtituit.

52 Sed ſi veritas inſpicienda ſit, eaque te-
nenda, prior lectio verior mihi videtur ex
adnotatis *ſupra latius numero* 13. quamquam
prima facie non parum aduerſa ſit altera Vl-
piani conſtitutio *in d. l. ſi fuerit*. 10. quam dif-
ficultatem, vt componat Accurſius *d. §. ſi quis*
duobus voluit *in illa lege* duo legata facta fuiſſe 53
ſeparatim, prout ipſamet aperit conſulti littera, deinde vnum alteri ademptum, quo factum eſt, vt quemadmodum ob incertitudinem vni ex duobus Titijs legatum factum neutri debetur, ſic, ſi ſemel conſtiterit vtrique ſuum legatum ſeparatim adſignatum, deinde ſuum alteri adimatur, ademptio non valeat, cum ſit incertum, cui ademptum ſit, ſicuti in aduerſo latebat, cui factum fuiſſet.

At in altera Vlpiani decisione *d. l. ſi fuerit*. 10. vnum quidem legatum duobus factum fuiſſe adparet, quare altero ab eiuſdem participatione amoto, nulla eiuſdem pars in fauorem hæredis videtur ſoluenda, qui quidem intellectus Bartolo *ibidem* placet, licet Socinus, & Cumanus illi non aſſentiantur, & ſane niſi fallor, is, quem nouum Spinus exiſtimat, & à ſe inuentum, cum hoc conuenit, nec in eo quicquam noui adfert, quamuis vt illum magis declaret, dicat *in d. l. ſi fuerit*, non potuiſſe conſtare propter incertitudinem, cui relictum eſſet legatum, licet nec de ademptione illius ob eamdem conſtet, ideo neutrum ex Titijs hac teſtatoris diſpoſitione adiuuandum.

54 Quæ conſideratio procul à veritate abeſt, ſiquidem *in ea* etiam *lege* de certis perſonis conſtitit, quibus cum legatum factum eſſet, nulla manebat ambiguitatis ratio, quæ in ademptione legati verſabatur. Fateor etiam ad-

aduerſus Accurſij interpretationem aliqua obijci poſſe non inutilia fundamenta, qui duobus Titijs vnum legatum factum eſſe, voluit vt remotione alterius totum legatum pereat, & incertitudinis cauſa totum legatum hæredi acquiratur; cum potius vbi vnum legatum duobus factum eſt, deinde alteri ſua portio adempta, ipſis tradendum videretur cum in adſignatione de teſtatoris voluntate conſtiterit, in ademptione non conſtet.

55 Sed his non obſtantibus Accurſij ſententia vera eſt, cum enim duobus ſeparatim legatur, iam vnuſquiſque ſpeciali quodam iure, non alteri communi rem ſibi legatam acquiſiuit, reſque ad terminos deducta eſt, in quibus vnuſquiſque legatarius res ſibi legatæ quaſi dominus conſtitutus eſt ex certa, & determinata teſtatoris voluntate, vnde ſi alteri adimatur ſua portio, nec ob incertitudinem perſonæ conſtet, cui adempta ſit, ademptio iure non valet.

At quando legatum vnum duobus ſimul factum eſt vnius domus, fundi, vel alicuius alterius rei, vt eam communem habeant, non quidem ſpeciale ſeu proprium ius quiſquam ipſorum adipiſcitur, ſed alteri etiam commune, ſic vni odio ipſius adempto legato, ſi non conſtet, de quo teſtator ſenſerit, totum legatum hæres retinet, quia ius adcreſcendi eſſe non poteſt, vbi incerta eſt perſona à legati adeptione remota, iniquum autem eſſet, vt ex odio teſtatoris alter beneficium reportaret, nec immerito idem in hac ſpecie ius obtinet, quod in legato duobus facto à Iuſtiniano exprimitur.

56 Quod vt clarius pateat, poſſet forſan non inutiliter pro eorum iurium conciliatione dici *in d. §. ſi quis duobus*, prius in teſtamento ſeparatim duobus Titijs ſuam vnicuique partem legatam eſſe, deinde codicillis, vel ſi manis in eodem teſtamento ex interuallo, & longe poſtea, alteri ademptam. Cum igitur in codicillis non conſter, in cuius odium ademptio facta fuerit, ſuccedit Accurſij expoſitio, vt vtrique debeatur. *At in d. l. ſi fuerit.* 10. in vna teſtamenti clauſula vtrique Titio legatum factum fuiſſe, & in continenti alteri ipſorum in eadem ademptum, quaſi ex hac breui, & immatura mutatione conſilij non vtrique ex Titijs, ſed vni ex eis dumtaxat legatum factum deprehendatur nulla certa demonſtratione facta, ex qua deduci poſſit, quis ex illis fuerit inſtitutus, quiſue ab
57 eius adeptione amotus, vt in dubio benignior ſit pro hærede interpretatio ſequenda, qui ad onera hæreditaria adſtringitur. *l. cum heredes.* 23. *ff. de acquiren. poſſeſſio.*

Ex quibus oſtenditur veriſſimam eſſe *ſupra* propoſitam regulam incertis perſonis relicta legata inutilia eſſe iure ciuili, niſi hæres ſiue ſciens, ſiue inſcius ea cui elegerit, ſoluerit etri præter ſupradicta obeſt deciſio *text. in l. id quod pauperibus.* 24. *l. nulli.* 28. *cum ſimilibus. C. de Epiſcop. & clericis*, quibus probatur incertis perſonis relictum legatum validum futurum.

Cui difficultati omiſſis alijs interpretatio- 58
nibus, quas eleganter congerit, ac diſputat Emanuel Coſta *d. c. ſi pater de teſtament. lib.* 6. 1. *parte, verbo pauperes, num.* 1. 2. *&* 3. cum communi interpretum ſchola ex Coſta *vbi ſupra*, & Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſa priuileg.* 56. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 5. reſpondendum arbitror incertam pauperum inſtitutionem reſpectu perſonarum valere pietatis intuitu, vt plane colligi videtur ex verbis. *l. ſi quis ad declinandam.* 49. *C. de Epiſcopo. & Clericis ibi pietatis intuitu, coniuncto verſ. ſed & ſi ipſi pauperes ibi ſimili modo*, quia pauperes, ſiue agant ex contractu, ſiue ex vltima voluntate, ſemper piæ cauſæ vicem, & priuilegium habere intelliguntur, quod ex Bartolo, Romano, & Tiraquello tenuit Coſta *vbi ſupra num.* 9. Surd. *rota deciſio.* 338. *maxime n.* 11. *& ſequentib. part.* 1.

Sed huic ſententiæ obeſt deciſio Vlpiani 59
d. l. ſi fuerit. 10. *l. ſi quis* 27. *ff. de reb. dubijs*, vbi Accurſius iura conſona adducit, in quibus libertatis legatum vni ex pluribus ſeruis eiuſdem nominis, ſi non adpareat, de quo teſtator ſenſerit, ob incertitudinem vitiatur, & tamen libertatis legatum pium dicitur. *l.* 1. *ad finem, & ibi Bartol. C. de communi ſeruo manumiſſo*, quam legum repugnantiam animaduertit Iaſon. *in l. ſi ita ſit adſcriptum.* 14. *nu.* 36. *&* 37. *ff. de legat. lib.* 1.

Quam litem componit Tiraquell. *in præ-* 60
dicto priuileg 56. *ad finem*, dicens, leges de libertate loquentes intelligendas eſſe, cum certum eſt teſtatorem vni ex pluribus duntaxat voluiſſe libertatem relinquere, ideoque ne fruſtretur teſtatoris intentio nulli conferetur, ne forſan ſit is, cui conferri noluit.

At cum teſtator pauperibus ſine vlla ſpeciali nota legat, de certis pauperibus cogitaſſe non præſumitur, nihil enim intereſt, quibus conferatur, cum his, aut alijs diſtributum ſemper animæ proſit, nec huic executioni contrarius teſtatoris animus deprehendi queat, vt animaduertit Decius *in l. vltim. numero.* 54. *verſicul. quod dictum eſt C. de edicto diui Adrian. tollen.* & ex eo Tiraquell. *dicto priuileg.* 56. *in fine*, cum ex ea potius teſtator finem optatum conſequatur, cuius cauſa motus res ſuas familiares in pauperes diſtribui iuſſit.

Quam cauſam reliquis præferendam ex alijs multis interpretibus probat Surd.

dicta

dicta deciſio. 338. *numero* 11. & 14. eos præſerens, qui ſunt de domicilio teſtatoris. Cæterum regulariter incertis perſonis legata ex capite incertitudinis non debentur, ſemel tamen ſoluta repeti haud poſſunt, quoniam naturale vinculum hæres agnouit hiſque paragraphi huius explicatio clauditur.

Ex c. adferte. 2. de præſumptionib.

S V M M A R I A.

1 *Littera textus diuiſio.*
2 *Abbas duplicem facti ſpeciem proponit.*
3 *Integra huius textus ſeries Antonij Auguſtini more refertur.*
4 *Iudici licet aliquid ſe facturum fingere, vt facilius veritatem comperiat.*
5 *Fictio hæc tentatio eſt, ſeu comminatio, non ſententia.*
6 *Alexandri tertij Facinus cùm Epiſcopo Simoniaco, & alia huiuſmodi exempla enarrantur.*
7 *Simulationem fieri poſſe nec promiſſam fidem ſeruari opus eſſe probatur.*
8 *Fidem hoſti ſeruandam, & iudices ab his promiſſionibus abſtinere conſulitur.*
9 *Simulatio probatur, ex qua fidem non frangi, nec alteri iniuriam inferri opus eſt.*
10 *Iudices ad diuiſionem faciles corripiuntur.*
11 *Cautela licita, & illicita ad veritatem comprobandam remiſſiue.*
12 *Cautelæ huiuſmodi ex Farinacij conſilio ſunt in ſcriptis redigendæ.*
13 *Ex pietate pater quis præſumitur, ſicut ex odio contraria præſumptio inducitur.*
14 *Nullus adſectus paternum vincit.*
15 *Magis terrentur in filijs parentes, quam in ſeipſis.*
16 *Malitijs, & fraudibus indulgendum non eſt.*
17 *Fraudanti credendum non eſt etiam cum iuramento.*
18 *Iniquum eſt, vt improbis hominibus leges faueant, probos deſtituant.*
19 *Renunciatio calore iracundiæ, vel metu extorta non valet.*
20 *Expreſſæ renunciationi ſtandum eſt.*
21 *Sicut confeſſio in tortura non valet, niſi poſtea ratificetur, ita nec piæ adſectionis renunciatio.*
22 *Conciliantur deciſio noſtra, & c. ex tranſmiſſa. 3. de renunciatio.*
23 *Quod quiſque ſemel proteſtatus eſt, non poteſt, nec debet proprio teſtimonio infirmare.*
24 *Ex actis deducta fraus renuntiationem inutilem reddit.*
25 *Renunciatio ex defectu acceptationis non valet.*
26 *Malam litem fouet, qui vincere non cupit.*
27 *Exemplis iudicandum non eſt, præterquam in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas.*
28 *Salomon iuris ordine non ſeruato, dilationibus non datis iudicauit.*
29 *Princeps legibus ſolutus eſt.*
30 *Canonum, & legum ſenſum omnes obſeruare tenentur.*
31 *Salomonis iudicium Canonica deciſio eſt, & à iudicibus iuris ordine ſeruato ſequenda.*
32 *Regula exemplis iudicandum non eſſe, in principum deciſionibus limitatur.*
33 *Sanctorum exempla in iudicijs ſequenda ſunt.*
34 *Exempla item ſacræ ſcripturæ, maximè diuina.*
35 *Veteris teſtamenti exempla an, quando, & quatenus obſeruanda ſint?*
36 *Vtrique mulieri lite pendente mortua filius ex quorumdam ſententia ſuccedit.*
37 *Reus poteſt contrarijs exceptionibus ſe tueri.*
38 *Actor aduerſus duos in diuerſis iudicijs contrarijs actionibus experiri poteſt.*
39 *Proponens in eodem iudicio contraria, ſeipſum repellit.*
40 *Filius cenſetur ex nominatione, vel confeſſione patris.*
41 *Hæc ſola nominatio, vel tractatus quaſi poſſeſſionem non inducit.*

42 *Vi-*

42 *Victoria iniquam cauſam fouentis animæ ſaluti officit.*

43 *Primo animas, linguas deinde fieri oportet eruditas.*

44 *Nemo ſecundum naturam poteſt duarum matrum eſſe filius.*

45 *Confeßio, vel actio ad impoßibile non prodeſt.*

46 *Veritas probationis potius, quam præſumptio [illegible]ſpicienda eſt.*

47 *Quid iuris cum dubitatur, cui ex duobus, qui ſe patres adſerunt ſuccedat filius?*

48 *Exemplum proponitur in vidua propere adeo, ſecundo nubente, vt incertum ſit, à quo conceperit.*

49 *Pœna ſecundo nubentium correcta ne ſint iure canonico, vbi prolis incertitudo ex ſecundarum nuptiarum feſtinatione orta eſt?*

50 *Ex immixtione hæreditatis alterius ex adſertis matribus filius ad alterius bona ius amittit.*

51 *Ob incertitudinem neutri duarum matrum ex Bernardo ſuccedit filius.*

52 *Eius cenſetur filius quoad ſucceßionem, cuius eſt in poteſtate.*

53 *Confeßio in libello facta fidem contra confitentem facit.*

54 *Veritas probationis filij electioni præfertur.*

55 *Propter bona poſt matrum mortem pendet filiationis quæſtio.*

56 *Contrariæ ſententiæ ſuperius propoſitæ conciliantur.*

57 *Præſumptio violenta in ciuili iudicio ad ſententiam diffinitiuam ferendam ſufficit.*

58 *Interpretes de materia noſtri textus agentes referuntur.*

59 *Præſumptio ſemiplena cedit probationi.*

60 *Non iuratus teſtis ad præſumptionem, non ad ſemiplenam probationem prodeſt.*

61 *Confeßio extra iudicium facta, vel in quæſtione extorta non valet, non data perſeuerantia.*

62 *Nemo damnandus eſt, qui plena, & manifeſta probatione conuictus non fuerit.*

63 *Indicijs, & præſumptionibus ſtandum non eſt, cum res aliter ſe habere poteſt.*

64 *Plena probatio ad diffinitiuam deſideratur, maxime in criminalibus iudicijs.*

65 *In pari cauſa potior eſt poßidentis conditio.*

66 *Pro poßidente nulla hinc inde probatione facta iudicandum eſt.*

67 *Cum iura partium obſcura ſunt, reo fauendum eſt.*

68 *Probationem imperfectam iudici ſupplere non licet.*

69 *Leges vel ſtatuta, quæ aliquid circa priuatum commodum facere cogunt, intelliguntur, ſi à parte petatur.*

70 *Salomon, vti Rex iuris ordine non ſeruato proceßit, quod alijs iudicibus non licet.*

71 *Ex præſumptione à facto partis, vel iudicis orta non allegata diffinitiua ferenda non eſt.*

72 *Notorij allegatione opus eſt.*

73 *Sententia contra leges canoneſue prolata nulla eſt ipſo iure.*

74 *Lex prohibet ferri ſententiam, antequam iudex in actis ſit plene inſtructus.*

75 *Præſumptio qualibet fallax eſſe poteſt.*

76 *Mulier calumnia vtens ſuppoſiti partus, vel filij ſubrepti pœnas non dedit.*

77 *Præſumptionum differentia proponuntur.*

78 *Iuris præſumptio eſt, cum ius præſumit, nec ſuper præſumpto ſtatuit.*

79 *Iuris pro ſe habens præſumptionem fundatam intentionem habet, etiam ſi aduerſario negatiuæ incumbat probatio.*

80 *Iuris, & de iure præſumptionem lex inducit, ſuper ea ſtatuens, quæ ab humanis vel naturalibus principijs ſumitur.*

81 *Hominis præſumptio quæ ſit ex Farinacio?*

82 *Nulla datur ex Sarmiento hominis præſumptio, qua lege non utatur.*

83 *Diſcrimen inter iuris, & hominis præſumptionem.*

84 *Præſumptionis, & plenæ probationis effectus iudicis arbitrio relinquuntur.*

85 *Præſumptionum hominis diſcrimina remiſſiue.*

86 *Contra præſumptionem hominis, vel iuris contraria probatio admittitur.*

87 *Iuris & de iure præſumptio contrariam probationem non admittit, vltra partis confeßionem.*

88 *Admittitur quoque contra eam probatio ex rei euidentia deſumpta.*

89 *Euidentia facti allegandæ eſt, iuris non item.*

90 *Admittitur etiam oblata, & redacta in actis probatio parte non aduerſante, cui dicta præſumptio adeſt.*

91 *Quæ demum alia contra iuris, & de iure probationes admittantur?*

92 *De qua ſit noſter textus præſumptione intelligendus? diſcutitur.*

93 *Ex præſumptione iuris, ac de iure damnatus non appellat, quaſi confeſſus, & conuictus.*

94 *Ex oppoſitis iuxta ſe poſitis clarius veritates eluceſcunt.*

95 *Nemo eſt in criminali iudicio indicijs, & præſumptionibus condemnandus.*

96 *Regula* ſingula, quæ non proſunt, collecta iuuant, *in criminalibus locum non habet. contra num.* 111.

97 *Veriſimiles præſumptiones, vel vnica violenta in criminalibus ad condemnationem non ſufficiunt.*

98 *Ex indubitatis etiam ind iciis quis damnandus non eſt.*

99 *In criminalibus probationes luce meridiana clariores deſiderantur.*

100 *Homo rebus aliis creatis præſtat.*

101 *Ex præſumptione in criminali cauſa etiam minima condemnare quis non debet.*

102 *Leues præſumptiones nec ad leuiſsimam damnationem proſunt.*

103 *Textus noſter ex aliquorum ſententia inducitur.*

104 *Præſumptio etiam neceſſaria dubia probatio eſt, nec per neceſſe probat, cum contrarium accidiſſe facile ſit.*

105 *Ex emendicatis ſuffragiis nemo damnandus eſt, ſaltem capit aliter.*

106 *Nec rei confeſsio, vbi res aliter ſe habet, ad condemnationem prodeſt.*

107 *Quæ reuocari nequeunt mature, ac deliberate fieri opus eſt.*

108 *Accurate inſpiciendum eſt, ne innocens damnetur.*

109 *Iudex poſt ſententiam dictam functus eſt officio ſuo.*

110 *In criminalibus præſumptiones ad condemnandum non ſufficiunt.*

111 *In eis tamen locum habet regula,* quæ non proſunt ſingula collecta iuuant.

112 *Multæ præſumptiones an, quando, & quomodo faciant vnam violentam præſumptionem? vel vnum indubitatum indicium.*

113 *Violenta præſumptio, vel indubitatum indicium in criminalibus quando ad condemnationem ſufficiant?*

114 *Liquidiſsimarum, & euidentium præſumptionum exempla, & ſubſtantia remiſsiue.*

115 *Ex præſumptione iuris, & de iure capitali quoque ſupplicio reus damnatur.*

116 *Idem in iuris præſumptione, vt iudici non liceat pœnam minuere, vel reum torquere.*

117 *Deciſionem noſtram ad criminalia etiam interpretes extendunt.*

118 *In textu noſtro ciuilis non criminalis lata eſt ſententia.*

119 *Sententia debet eſſe conformis libello, nec iudex in actis contenta excedere poteſt.*

120 *Quoties ciuiliter agitur, regulariter pœna nō infligitur.*

121 *A criminali iudicio ſummaria cognitio aliena eſt.*

122 *Tria ſunt in criminalibus procedendi genera, inquiſitio, accuſatio, denunciatio, de quibus & earum effectibus remiſsiue.*

123 *Ad plenarium iudicium neceſſaria referuntur.*

124 *In notoriis iuris ordo ſeruandus eſt.*

125 *Semiplena probatio cum aliis adminiculis ad condemnationem coniungitur.*

126 *Idem ius obtinet in violenta præſumptione, maxime in delictis occultis, & difficilis probationis.*

127 *Indiciis indubitatis conuictus pœna ordinaria adficitur.*

128 *l. ſi qui. 34. C. ad leg. Iul. de adulter. & ſimiles inducuntur.*

129 *Quod ex coniecturis conſtat euidenter conſtare dicitur.*

130 *Valet ſententia lata ex violenta præſumptione in actis non probata.*

131 *Limitatur communis opinio, ſine probationibus latam ſententiam nullam eſſe.*

132 *Pro iudice ſemper præſumitur, iuſtam ſententiam tuliſſe.*

133 *Probationis fides, & electio iudicis arbitrio relinquitur.*

134 *Iudex à quo conſulitur, vt præſumptionem, qua motus eſt etiam in crimine notorio, in actis redigi faciat.*

135 *Iudicis inſtructio ſuper notorio contra præſentem, qui fateatur, ad cautelam potius, quam ad neceſsitatem prodeſt.*

136 *Iudici volenti ſuper notorio procedere iuris ordine non ſeruato opus eſt, vt prius in actis de hac notorii qualitate conſtet.*

137 *Qualitas iuriſdictionem tribuens, antequam exerceatur, probanda eſt.*

138 *Exempla notorii tam iuris, quam facti, & cautela ad formanda in hac ſpecie pro reo interrogatoria proponuntur remiſsiue.*

139 *In criminali iudicio ex violenta præſumptione ordinaria pœna infligenda non eſt.*

140 *Idem in duabus ſemiplenis probationibus.*

141 *Ex mille indiciis etiam indubitatis pœnæ corporali locum non fieri tenet Paul. Caſtrenſis.*

142 *In leuibus delictis reus torquendus non eſt.*

143 *Plures præſumptiones etiam violentæ ad ciuilem, & pecuniariam dumtaxat pœnam proſunt.*

144 *Aliquando ex his pœna corporalis, ſed non ordinaria infligitur.*

145 *Fuſtigatio leuis pœna in iure reputatur.*

146 *Triremis pœna minor cenſetur fuſtigatione propter grauem huius infamiam.*

147 *Ex vehementibus præſumptionibus reus corporali etiam pœna plectitur.*

148 *Iudex in criminalibus ex violentis etiam præſumptionibus, vel indubitatis indiciis ſuam debet ſententiam temperare.*

149 *Sarmientus abſurdum putat, poſſe à iudice pœnam minui.*

150 *In delictis atrocibus ex neceſſaria etiam præſumptione reus torquetur.*

151 Præ-

151 Præſumptiones, vel indicia multa ad torquendum coniunguntur.
152 Quæ tamen indicia debent eſſe in genere ſuo plene, ac ſufficienter probata, quamuis in non perfecte probatis idem alij ſentiant.
153 Admonentur iudices, vt reum torqueant, quoties præſumptiones ad pœnam ordinariam ſufficiunt, quamuis & eam imponere poſſint.
154 Fachineus putat, ex quacumque præſumptione veroſimili, violenta, vel neceſſaria reum torquendum, ſi eius conditio patiatur, ſin minus abſoluendum.
155 Adducti Canones ſecundum Fachineum pro mitiori ſententia in pœnis canonicis accipiendi ſunt contra eccleſiaſticas perſonas, non ad vniuerſos caſus trahendi.
156 Ad leges pro ſeniore ſententia inductas, nihil ſibi aduerſum probare reſpõdet Fachineus.
157 In l. ſi quis adulterij. 34. C. de adulter. ſpeciale ius conſtitutum adſerit Fachineus.
158 Ex qualibet præſumptione reus eſt quæſtioni ſubijciendus, ſi perſonæ qualitas patiatur, ſin minus abſoluendus.
159 Ex diuerſis præſumptionibus, reorum, ac criminum circumſtantijs diuerſum ius oritur.
160 Conciliantur ſuperiores ſententiæ.
161 Fachinei abſoluta ſententia impugnatur.
162 Opus eſt, ne delicta maneant impunita.
163 Robuſtus, vel delictis adſuefactus ex præſumptione violenta damnari potius, quam torqueri debet.
164 Ex præſumptione iuris, & de iure, atque indubitatis indicijs, maxime in atrocibus criminibus, occultis, vel difficilis probationis condemnatio ſequi poteſt, tutius tamen eſt reum torqueri.
165 Iudicis arbitrio relinquitur pœnæ impoſitio, quam lex non exprimit.
166 Pœna delicto commenſuranda eſt.
167 Qualitates, & circumſtantiæ à iudice inſpiciendæ adnotantur remiſſiue.
168 Dubia pro reo, nec omnino concludens præſumptio fiſci, vel accuſatoris præſumptioni etiam vehementi præſtat.
169 Dubia probatio, cum agitur de excludendo delicto releuat, quamuis regulariter non proſit.
170 Actus tempore licito, non prohibito factus cenſetur, quamuis probanda cauſa ſit, ob quam licito tempore fieri potuit.
171 Quæ delicto, & non delicto applicari verba poſſunt intelligenda ſunt de non delicto, etiam ſi verba extra propriam ſignificationem accipi opus ſit, vt excludatur delictum.
172 Idem procedit in conſilio, ſi ſonet in delictum, & non delictum.
173 Præſumptio generalis delictum excludens præfertur ſpeciali illud includenti.
174 An, & quando vrgentior contra reum probatio debilior pro eo præſtet tam in ciuili iudicio, quam in criminali, & tortura?
175 Ex vna præſumptione alia tollitur, & huius concluſionis doctrinæ remiſſiue.
176 In ciuilibus violenta præſumptio ad diffinitiuam ſufficit, etiam ſi ex ſtatuto ſummaria cognitione opus ſit.
177 Ex pietate in filium pater noſcitur, ſicut ex odio contrarium.
178 Ex violenta præſumptione in actis deducta non allegata diffinitiua ſententia fertur.
179 Notoria etiam præſumptio probanda, vel ſaltem proponenda eſt, vt proſit.
180 Præſumptio ex facto partis, de cuius fauore agitur, emanãs, & in actis deducta, quamuis non allegetur, iuſtum tribuit ſententiæ diffinitiuæ cauſam.
181 Idem obtinet, ſi præſumptio aliunde deducatur.
182 Specialis præſumptionis allegatio non requiritur, cum intentio allegatur, ad quam præſcriptio tendit.
183 Diſcrimen inter ſpeciem noſtram, & ignorantiæ, vel bonæ fidei præſumptionem.
184 Notorij allegatio, quod ex actis reſultat, neceſſaria non eſt.
185 Notorij iuris allegatio regulariter non requiritur.
186 Violenta, vel neceſſaria præſumptio plena probatio eſt, leuiores non item.
187 In ſpecie diſpar mulierum cauſa eſt, cuius alteri præſumptio aderat violenta.
188 Ex præſumptione dicitur quis fundatam intentionem habere.
189 Fortior, & vehementior præſumptio præualet.
190 Iuris præſumptionem contra ſe habens duriore probatione grauatur.
191 Regula iuris actore non probante reus abſoluitur, fallit, ſi diſpar ſit inter partes ex præſumptione iuris.
192 In criminalibus notorijs iuris ordo ſeruandus eſt, non ſic in ciuilibus.
193 Iudex non poteſt ſummarie procedere, Rex poteſt.
194 Notoria in actis reducenda conſulit Farinacius.
195 Allegatio præſumptionis in actis deductæ neceſſaria non eſt.
196 Sententia ex præſumptione lata canonibus aduerſa non eſt, quippe qui animo inſtructo fertur.
197 Summo Pontifici Regi, vel ſuperiorem non habenti licet ſecundum propriam conſcientiam actis poſthabitis iudicare.
198 Actio criminalis à ciuili, quod in præſenti agebatur iudicio aliena eſt.

SALOMON IN IVDICIO

DVARVM MVLIERVM.

Lib. III. Reg. cap. 3.

c. adſerte. 2. de præſumptionib.

ADferte mihi gladium, cumque attuliſſent, ait: Diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit mulier, cuius filius erat viuus (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) obſecro mi Domine, date illi infantem viuum, & non occidatur. E contrario autem alia dicebat: nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. Reſpondit Rex, & ait: date huic infantem viuum, & non occidatur, hæc eſt enim mater eius.

1 HÆc littera in duo membra ſcinditur, in primo proponitur factum, in ſecundo diffinitiua ſententia fertur, primum eſt *in principio*, ſecundum *in verſ. reſpondit*. Diuus Auguſtin. *ſermone de tempore*. 200. matrem veram *hoc in loco* eccleſiam: fictam & perniciosam ſynagogam, & hæreſes iudicat.

2 Abbas Panormitan. *in præſenti* duplicem facti ſpeciem proponit, alteram, quæ litteram explicat, prout ſonat, alteram, quæ illius mentem oſtendit, ſpecioſior tamen, ac litteræ aptior ex eadē ſacra pagina 3. *Reg.* 3. *in fine*, depromitur, quam ideo Antonij Auguſtini more integram referre non erubeſcam.

3 *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, ſteteruntque coram eo, quarum vna ait: Obſecro mi domine; ego, & mulier hæc habitamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo: tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc, & eramus ſimul, nulluſque alius nobiſcum in domo exceptis nobis duabus, mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo, ſuum autem filium, qui erat mortuus poſuit in ſinu meo. Cumque ſurrexiſſem mane, vt darem lac filio meo, apparuit mortuus, quem diligentius intuens clara luce, deprehendi, non eſſe meum, quem genueram. Reſponditq; altera mulier non eſt ita, vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. E contrario alia dicebat, mentiris, filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus eſt, atq; in hunc modum contendebant coram Rege. Tunc Rex ait: hæc dicit, filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt, & illa reſpondet, non, ſed filius tuus mortuus eſt. meus autem viuit. Dixit ergo Rex: Adferte mihi gladiū, cumque attuliſſent, ait: Diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit mulier, cuius filius erat viuus (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) obſecro mi domine, date illi infantem viuum, & non occidatur. E contrario autem alia dicebat, nec mihi, nec tibi ſit,*

ſit, ſed diuidatur. Reſpondet Rex, &
ait: Date huic infantem viuum, & nō
occidatur: hæc eſt enim mater eius.
Audiuit itaque omnis Iſrael iudiciū,
quod iudicaſſet Rex, & timuerunt
Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe
in eo ad faciendum iudicium.

Ex hac littera Panormita. ac reliqui ſcri-
bentes quædam notabilia deducunt, quæ
nos, antequam concluſio eliciatur, diligen-
tius diſcutiemus, aliqua forſan addentes, vt
integra ſententiæ huius à Salomone latæ ac
perſpicua fiat expoſitio.

4 Primo loco notant, licere iudici, veritatis
exploranda cauſa aliquid ſe facturum finge-
re, & ſimulare, vt facilius veritatem ipſam
comperiat: ita tenuit *in præſenti* Panormit. de-
ciſione noſtra motus, ad idem inducens text.
in c. dominus. 2. 13 quæſt. 1. illud adſerens, pro iu-
dicibus facere, qui duci faciunt reum ad quę-
ſtionis locum, quamuis animum torquendi
non habeant, ſequitur Panormitanum mul-
tis iuribus, & authoritatibus adductis Antō.
Gomez. *tomo variar. 3. tit. de delict. c. 5. nu. 4 col. 1.*
poſt med. Couart. *lib. variar. reſolution. 1. c. 2. n. vlt.*
Domi. Franciſc. Sarmi. *lib. ſelectar. interpretatio.*
1. c. 1. nu 8. & lib. 7. c. 7. Zened. *in collectan. ad de-*
cretal. collecta. 62. Proſper Farinac. *alijs infinitis*
relatis. 3. part. prax. crimin. titul. 9. de reo conf ſſo, &
conuic. quæſt. 81. §. 3. nu. 304. & 311. quicquid ex
aduerſo adſtruat Ant. Gomez *in l. 2. Tauri. nu.*
4. ad fin. Eſt enim hæc, ſecundum interpretes
5 omnes *in præſ.* tentatio quædam, ſeu commi-
natio, vt ità dixerim, non ſententia argumen-
to text. *in c. ſi qual. bet. 20. verſ. non enim volebat*
Deus. 22. qu. 2. in quo ſecundum Felin. *in præſ.*
n. 1. dominus hac in Abraham ſimulatione v-
ſus eſt, iubens ei, vt filium ſuum vnigenitum
Iſaac occideret, cum nollet tamen, vt is ne-
caretur, cuius ſemen, ipſius Dei verbo, vt are-
næ maris ſpargendum erat, à quo Ieſus ipſe
carnis originem ducturus erat.

6 Ad idem conducat Alexandri tertij ſum-
mi Pontificis præclarum facinus, qui, cum
ſymoniacum Epiſcopum deprehendiſſet, nec
poſſet ab eo minis, terroribus, aut blanditijs
veritatem extorquere, clam illi promiſit, ſe
cum eo diſpenſaturum, ſi delictum ſuum pa-
lam in conſpectu Cardinalium, & plebis fa-
teretur. Cuius promiſſioni cum Epiſcopus
incautus fidem feciſſet, publicę ſymoniæ cri-
men aperuit, eumque ſtatim ſummus Ponti-
fex Alexander coram ipſis depoſuit, vtinam
hodie hac infecti labe deponerentur, nulla
eis diſpēſationis, aut veniæ ſpe relicta. Quod
factum refert Archidiacon. *in c. vtilem. 21. 22.*
quæſt. 2. ex eo text. in quo Ioſue volens omnes
Sacerdotes Baal interficere, finxit, ſe quadā
die adoraturum Baal vt omnes in eum locū
cōgregarentur, quos omnes Ioſue interfecit.
Alia huiuſcemodi exempla refert Petr. Re-
buf. *in l. lata. 223. ff de verb ſignificatio. col. 3. verſ.*
aduertendum quoque eſt dolum eſſe duplicem Farin.
d. qu. 81. §. 8. n. 279. & 304. ea ſequentem iudi-
cem à pœna male iudicantis excuſans.

Simulationem hanc fieri à iudice poſſe, 7
nec promiſſam fidem ſeruari opus eſſe pro-
bant Accurſ. *in aut. de mandat. princip. §. ſed neq;*
verb. neque cuſtodias. Dominic. *in c. nos in quem-*
quam. 1. 2. qu. 1. Archidiacon. *vbi proxime,* Felin.
in præſ. n. 1. Deci. *in l. ea eſt natura cauillationis. 66.*
n. 7. ff. de reg. iur. vbi Hieronym. Cuchal. *lit. B.*
communem teſtatur, Cinus & alij, quos re-
fert Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. in praxi crimin. §. vlt.*
quæſt. 55. verſ. circa ſecundum Petr. Rebuf. *in d. l.*
lata. 223. col. 5. verſ. aduertendum quoque eſt. Farin.
d. num. 279. 303. & 304.

Contrariam tamen ſententiam tenuerunt 8
Imola *conſ. 109. n 2.* Ant. Gomez. Clar. & alij,
quos ſecutus refert Azebed. *in l. 3. n. 14. & 15.*
tit. 2. lib 1. recopilation. Andr. Fachin. *lib contro-*
uerſ. iur. 9. c. 61. verſ. ſed nihil promiſit. Qui om- 9
nes fidem hoſti etiam ſeruandam adſerunt,
& iudices ab his promiſſionibus abſtinere
conſulunt, hanc æquiorem iudicantes, vltra
quos plures alios adſert Farinac. *d. §. 8. n 276.*
à quouſque in fin. §. vberrime de hac quæſtione
illiuſque veritate agit, maxime *n. 308.*

A quibus longe differt præſens Salomo- 10
nis ſimulatio, quia fides fracta non eſt, nec
alteri iniuria illata ex Panormita. *in præſ* iudi-
ces ad diuiſionem faciles increpante, quam
correptionem prior fecit Accurſ. *in l. Neſen-*
nius. 36. ex ea *verb. videatur. ff. de negot. geſt.* poſt
alios Pinel. *2. part. l. 2. C de reſcind. vendit. c. 4. nu.*
40. in fin. Fachin. *d. c. 61. verſ. ſed promiſit.*

Cuiuſmodi ſimulationes, & cautelas lau- 11
dabiles, & ad bonum finem directas extol-
lit Farinac. *d. §. 8. n. 313.* ex iuribus, & interpre-
tibus à ſe relatis, maxime Sigiſmun. Scaccia
de iudic. cauſar. ciuil. & criminal. lib. 1. c. 86. nu. 35.
verſic. ſed tu, & num. 37. vbi cautelas licitas, &
honeſtas, atque his aduerſas ſignat. Quas 12
vtique monet iudicem Farinac. *dicto* § 8. *num.*
314. vt in actis ſcribi faciat, ex quibus recte
ſe geſiſſe oſtendat. Quod ſane conſilium a-
liorum ſcribentium nemini conſonum ex-
preſſit.

Secundo notatur ex pietate, ac dilectio- 13
ne in filios patrem quemquam recto iure
præſumi: ſicut è contra impietas, & odium
aduerſus eos præſumptionem contrariam
detegit, vt probat Salomon *in præſent.* & text.
in c. ea vindicta. 51. circa princip. 23. quæſt. 4. nul-
lus enim adſectus, aut amor paternum vin- 14

cit. *l. nam & ſi parentibus.15. ff. de inoſſicio. teſtam. l. ſcripto.7. in fine, ff. vnde libe. l. vlt. ff. quod metus cauſa*, parentes enim magis in filijs, quam in
15 ſe ipſis terrentur, *l. ſi quidem.8. ff. eod. titu.* Alciat. *de præſumptionib.3. parte reg.1. præſumpt.1. &* 14. Maſcard. *de probationib. libr.1. quæſt.10. n.* 20. *lib.3. concluſ.*1219. *n.2. cum trib. ſequentib. concluſ.* 1227. *n.6. & concluſ.* 1149. *à num.* 2. ex plunbus alijs à ſe relatis.

Qua nimirum decidendi ratione motus eſt Salomon, vt veræ, ac piæ marri filij ſectionem prohibenti, ac iuri ſuo renuncianti traderet, impiæ alterius deteſtationi non par-
16 cens, cuius malitijs, ac fraudibus indulgere noluit. *c. ſedes Apoſtolica.15. de reſcript. c. ex parte tua.18. de priuileg. c. Significante. 5. qui matrimon. accuſa. poſſunt l. in fundo 39. ff. de rei vendicatio l.1. l. ne ex dolo.13. cum ſimilib ff. de dolo*, Azebed. ex alijs, *in l.6. tit.3. lib.4. recop.* ex eo textu. Quæ
17 in pœnam amplius audita non eſt, cuius fraude detecta, nec audiri debuit, quamuis rem aliter ſe habere iuraſſet, vt ſenſit *in præſen.* Bernard. *verb. nec mihi, nec tibi ſit*, idem melius
18 *in c. dixit dominus 2. verb. ſuſpitio.31. quæſt.1.* quoniam iniquum eſſet, vt improbis hominibus leges fauerent, ac probos deſtituerent, quod multis iuribus comprobat Sarmieo. *lib. ſelectar.2. c.11. num.2. ad finem.*

19 Tertio ex textu noſtro communiter deducitur, renunciationem calore iracundiæ, aut iuſto quidem metu extortam non valere teſte ex multis alijs Farinac. *in praxi criminal. 3. parte, tit 9. de reo confeſſo, & conuic queſt* 81. *nu.* 56. In quo quamuis vera mater, ex ea imprecatione, *Obſecro mi domine date illi infantem vi-*
20 *uum*, ius, & actionem ad filium petendum in alterius fauorem remiſiſſe viſa ſit, & eius expreſſæ renuntiationi ſtandum. *c. ex tranſm ſſa 3. de renunciatio. l. poſtquam lite.4. cum ſimil. C. de pact.* Si tamen recte, & accurate veræ matris perpendantur verba, principali ratione attenta, qua, vt iuri ſuo renunciaret, mota fuit, Salomonis iudicium perpetuis laudibus extolli oportebit. Nam, prout *in præſ. nu* 2. Pa-
21 normita. notat, ſicut confeſſio in tortura facta non valet, quam ſpontanea ratihabitio non ſequitur *l.1 ff. de quæſtionib.* ita nec præ adfectionis renunciatio. *c ex litteris. 5. de diuort.* quod huic mulieri accidiſſe conſtat, quæ imminentem filio ex diuiſione mortem remiſſione ſua excuſare, quam illam videre maluit, animum tamen renunciandi non habuit ex Imo. *in præſ. n.3.*

22 Quare, vt deciſio noſtra, & *d. c. ex tranſmiſſa.3.* concilientur, diſtinctione opus eſſe iudicaui. Aut enim renunciatio ab initio valuit, nec vllum defectum habuit, ob quem in poſterum reſcindenda eſſet, tunc ſuccedit regula *d. c. ex tranſmiſſa*, vt nec per ſententiam reuocari poſſit. Indignum enim eſt, vt quod 13 quiſque propria voce dilucide, ac deliberate proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio, aut contraria voluntate infirmare. *c. per tuas.10. de probation. l generaliter 13 C. de non numera pecun.*

Aut ab initio non omnino valuit ex aliqua ſpeciali cauſa, ſicut in effigie noſtra contigit, in qua mortis filij proprij timore coacta vera mater, ne is diuideretur, ad ipſius renuntiationem faciendam mota fuit, vt ex verbis ipſiuſmet litteræ patet, *commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo*: quia ſi periculum filij piæ oculis mater non haberet, nequaquam eum abs ſe alienari pateretur, quẽ toties effuſis lachrimis poſtulauit, ita tenent Bald. & Felin. *hic in princip.*

Vnde patet renuntiationem hanc ſpontaneam non eſſe, nec iuri conſonum, vt hac de cauſa ius illi competens adimatur, tum 14 maxime, cum ex actis ipſis fraus illius pateat, in cuius fauorem renuociatio facta eſt, quæ renunciationem ipſam inutilem reddit, vt in ſimili decidit S. Pontifex. *in c. ſuper hoc 5. de renunciatio.* ex alio capite nullam ſecundum interpretes *in præſ.* & plures alios, quos adfert 15 Farinac. *3. part. praxi criminal. tit.9. de reo confeſſo, & conuicto. quæſt.* 81. *n.*54. ob defectum videlicet acceptationis, eum potius ex Baldo *hic ante n.* 1. quem reliqui ſequuntur aduerſa mulier ſemper contra dixerit pueri diuiſionem enixe flagitans.

Vnde infert, malam litem fouere cenſen- 16 dum, qui non vincere, ſed rem, de qua quæritur diuidi, vel perire cupit, contra deciſionem *l. in ratione.11. §. cum quidam. ff. ad leg. Falci.* Victoriam, inquit, enim bona cõſcientia deſiderat doctrinæ huius exempla proponens.

Quatro notatur exemplis iudicandum nõ 17 eſſe. *l. nemo. 13. C. de ſent. & interlocutionibus. omn iudic. legibus* (Imperator ait) *non exemplis iudicandum eſt*, cuius deciſionem confirmat Bernard. *in c. vlt.* 10. *diſtinctio.* Cardina. *in c. ſana.11. diſtinct.9.* Anton. Buti. & Imola *in c. cum inter.13. de ſent. & re iudic.* Panor. Felin. ac cæteri *in text. noſtro*, quam tamen regulam in eadẽ inſtantia, ac inter eaſdem perſonas regulariter non admittunt, illamq; indiſtincte prior defendit Bartol. *in repetitio. l. de quibus.32. nu.2. ad fin. verſ. quarto oppono, quia non ff. de legib.*

Ad hæc quæritur, nunquid Salomonis ſententiæ exemplo *in textu noſtro* relatæ in ſimilibus, cauſis ab inferioribus iudicibus iudicandum ſit: & quidem dici poſſet, idẽ alijs non licere. Quamuis enim Salomon dila- 18 tionibus non datis, probationum copia non facta, contra legum, & canonum deciſiones, quæ prohibent, ſententiam ferri iuris ordine non ſeruato. *c. quoniam contra falſam.*

falſam.19.de probationib.l.rem non nouam 12.*C.de*
29 *iudic.* diſſinitiuam ſententiam protulerit,
quippe regia ornatus dignitate legis vinculo
ſolutus erat. *c.propoſuit.* 4. *de conceſſio præben. l.*
princeps. 81. *ff. de legib.* nequaquam tamen eius
exemplo ducti cęteri iudices inferiores idem
præſtabunt, cum canonum, ac legum ſen-
30 ſum in iudicijs obſeruare teneantur. *c.* 1. *de*
conſtitutionib.c.quod clericis 9. *de foro competen l.*
*leges ſacratiſſimæ.*9. *C. de legib.l.cunctos populos.*1.
*C.de ſumma trinit.& fide Cathol.l.regia.*15.*&* 16.
*titul.*1.*part.*1.
31 Verior tamen eſt ſententia, Salomo-
nis iudicium *in textu noſtro* deſcriptum cano-
nicam deciſionem eſſe, atque ab alijs iudici-
bus, iuris tamen ordine ſeruato ſequendam.
32 Regula enim *ſuperius* adducta, *exemplis iudi-*
candum non eſſe, locum non habet in his, quæ
à factis, & deciſiunibus ſupremi principis ſu-
muntur. *c. in cauſis.*19. *de ſentent. & re iudica. c.*
*conſultatio.*4. vbi Bernard. *verb.iudicare, de frigid.*
*& maleficiat.l.*3. *l.ſi Imperialis, vltim. C.de legib.l.*
1.*ff.de conſtitutionib. princip. §.ſed quod principi,*
*inſtitut.de iure natura. genti. & ciuili. l. regia.*14.
*titul.*22.*part* 3. *fueras ende*(ait) *ſi toma ſen aquella*
fazaña de iuycio, que el Rey ouieſſe dado ca eſtonce
bien pueden iudgar por ella, porque la del Rey ha
fuerza, o debe valer, como ley en aquel pleyto, ſobre
que es dado, e en los otros que fueren ſemejantes,
Socin. Plotus, & Afflictus, quos ſecutus re-
fert Menoch. *conſil.*2.*num.*109 *lib.*1. maxime
ſi principum exempla ratione nitantur. Car-
dinal. *in d.c. ſana.*11.*diſtinct.* 9. & cum cauſæ
cognitione ſententias ipſi ferant, prout *ex d.l.*
vltim.C.de legib. Panormi. & alijs probat Marc.
Solon Burgenſ. *in proœm.legum Tauri, numero*
464.*maxime in verſic.deinde*, vel ſint in corpore
iuris inſerta quamuis princeps non diffiniti-
uam, ſed interlocutoriam ſententiam dixe-
rit, Bernard. *in d.c. in cauſis, verb. in ſimilibus ex*
iuribus à ſe adductis.
33 Eodem quoque modo ſanctorum exem-
pla in iudicijs ſequenda ſunt *c. vltim.* 20. *di-*
ſtinctio. vbi Bernard. *verbo exempla*, & Archi-
diacon. iura ſimilia referunt maxime, ſi ſint
in corpore iuris, vel decreto Gratiani inſerta,
prout ex aliorum plurium teſtimonijs late
probat Thom. Sancti. *de matrim. l.*9.*titu.de de-*
*bito coniuga.diſput.*12.*n.*3.
34 Quod in exemplis ſcriptura ſacra con-
tentis fortius obtinet, præſertim, ſi diuina
ſint. *c.qualiter, & quando.*24. *de accuſat.c.Deus*
omnipotens. 20. 2. *queſtio.*1. Panormit. *in præ-*
ſent. numero 1.
35 Quoad exempla tamen veteris teſtamenti
diſtinguit Damaſ. *in regu.iuris.*82. moralia ad
litteram ſequenda, ſacramentalia, non ad
litteram, ſed ad intellectum inſtitutum, ce-
remonialia nullatenus obſeruanda. *proœm di-*
*ſtinction.*5.*verſic. in lege.* De his tribus veteris
teſtamenti præceptorum ſpeciebus, earum-
que diſcrimine, & obſeruantia ex Apoſto. B.
Thoma, Theologis, & vtriuſque iuris profeſ-
ſoribus copioſe, docte, ac ornate more ſuo
diſſerit Couar. *lib.variar.*1.*c.*17.*n.*1.
Denique Bernar. *in præſ. ſchol. vltim.* mo- 36
uet quæſtionem, vtraque muliere, inter quas
noſtra eſt diſputatio, pendente lite mortua,
cuiuſnam ipſarum hæreditatem puer con-
ſequatur? Ipſe autem tres opiniones propo-
nit. Primam, vt vtrique ſuccedat *argumento*
*l. qui duos.*10.*ff.de reb.dubijs. l.Papinianus.* 8.*§. ſed* 37
nec impuberis. ff. de inofficio teſtament. quibus
adijcit alia iura ſimilia Hoſtienſ *in præſ. verſic.*
videtur, quod ſic. Hæc ſententia Gofredo tri-
buitur ab interpretibus, quam defendunt
Antuo. & Imola *in noſtro text.num.*3. in pue-
ro vtriuſque mulieris ſubſtantiam poſſiden-
te, quamuis contrarijs exceptionibus ſe tuea-
tur. *l.nemo ex ijs.*44. *ff.de regul.iur.l.is qui.*5. *l.ne-*
*mo.*8. *ff.de exceptionib.* vel in eo, qui in diuerſis 38
inſtantijs contra diuerſos agit, quorum alter
mulieris vnius, alterius alter hæreditatem,
adeptus eſt, etiamſi proponat contraria *ar-*
gumento l.contra maiores. 16. *C. de inofficio. teſta-*
ment. d. §. ſed nec impuberis, ſecus in illo iudi-
caotes, qui ab vno, codemque vtriuſq; mu-
lieris bonorum poſſeſſore, illa poſtulat, pro-
ponens enim contraria, ſe ipſum repellit. *c.* 39
*ſollicitudinem.*54.*in fine de appellat. d.l.nemo.* 44.
*§.*1. *ff de regul. iur.* cum alijs iuribus, & inter-
pretib. à Fachineo relatis *lib.controuerſ.iur.* 8.*c*
6.*ex verſic hanc ſententiam.*
Pro Gufredo facit, quod notat Bartol. 40
*in l.*1.*§.quod ſenatus conſulto. numer.* 3. *ff.de liber.*
agnoſcend. vbi Alexand. *verb. pro veritate* alios
adferr, filium ſcilicet patris confeſſione, ſeu
nominatione in ipſius eſſe poteſtate cenſen-
dum, cum ſecundum Imol. *in præſent. num.*3.
vtraque mulier eum filium peteret, vt ab
vnaquaque, ſimplici quoad ipſam conſide-
ratione facta, poſſideri iudicetur *argumento.l.*
*Imperatores.*29 *ff.de probat.*
Quod videtur ex eodem Imola filio 41
ſufficere, vt Gofredi ſententia procedat,
quamuis dicatur communiter, adſertione
ſola, nominatione, vel tractatu, quaſi poſſeſ-
ſionem non induci. *c.per tuas.*10. *de probation.*
c.illud 11.*infrà hoc titul.* id tamen ipſe Bartoli
doctrinæ aduerſum putat. Quæ vtique latius
quam alij examinat Anton. Petra Sancta *de*
*fideicommis, q.*11.*à nu* 253.
Hanc Gofredi ſententiam impugnat. 42
Hoſtienſ. *in præſent.ad fin.* quia licet pueri vi-
ctoria, iniquam, aduerſamque naturæ cau-
ſam fouentis, ſit poſſibilis, ex qua plurimo-
rum aures mulceantur, calumniam tamen,
necnon animæ detrimentum præſefert, quæ

duo nemini prodeſſe fas eſt. *c. ſedes apoſtolica.*
15. cum alijs eius titul. deciſionibus de reſcript. l. 1. l.
ne ex dolo. 13. cum ſimilib. ff. de dolo. l. 15. titul. 7. l.
36. titul. 18 part. 3. l. 33. titul. 14. part. 5. l. 4. titul. 16.
43 *part. 7.* Primo autem, inquit Hoſtienſis ani-
mas poſtea linguas fieri oportet eruditas § *il-*
lud in fine in proœm Digeſtorum.
44 Deinde Panormita. ex alijs *in præſent. nu-*
mer. 7. verſicul. item ſicut confeſſio negat poſſe
quemquam ſecundum naturam matrum eſ-
45 ſe filium: confeſſionem autem, vel actio-
nem ad impoſſibile non prodeſſe. *l. confeſſio-*
nibus. 14. §. 1. ff. de interrogator. actionib. l. vltim.
vbi Accurſ. ſcribentes. *ff. quæ ſentent. ſine appel-*
46 *latio. reſcindan.* vtriuſque igitur mulieris con-
feſſio, & conatus parum filio prodeſt cum
veritas probationis potius ex Bald. *in præ-*
ſent. numer. 1. quam præſumptio iſthæc na-
tura, ac iuri repugnans attendenda ſit. Nec
Bartolus ab Imola *dicto numer. 3.* adductus
Gofredo fauet, nominatio enim de qua il-
le, naturæ conſona fuit, ab vno, eodemque
patre facta.
47 Quòd ſi inter duos patres quæſtio ver-
teretur, quas vni concubuiſſe fœminæ vnum
ſtatim poſt alterum, vel vtrumque cum ipſa
eiſdem diebus, quibus filius genitus eſt,
commiſceri ſolitum probatum eſſet; cum
quæſtio anceps ſit, cuius ſolutio nedum dif-
ficilis, ſed impoſſibilis humano ſit iudicio,
Gofredi forſan ſententia, obtineret, vt *vtrique*
ſuccedat, vel ſaltim filio facultas concedatur,
cuius ex duobus ipſis maluiſſet, hæreditatis
eligendæ. Idque in ſpecie *noſtri textus in fine il-*
lius veritatis probatione poſt habita defendit
Panormit. Abbas.
48 Quod vtique in eo, qui poſt ſecundas
nuptias ſeptimo menſe, vndecima poſt mor-
tem prioris viri natus eſt, ob ſanguinis, ſiue
ſeminis perturbationem merito dubitauit
conſultus in *l. liberorum. 11. §. 1. vbi* Accurſ. *verb.*
prætor enim ff. de his qui notan. infam. cuius deci-
ſionem *ibi* late diſcutiunt interpretes. *l. 5.*
& ibi Gregor. Lopez. *ſchol. vltim. titul. 3.*
part. 6.
49 Quam quæſtionem late diſputat. P Tho.
Sancti. alios referens *de matrimon. lib. 9. titul. de*
debi. coniuga diſputatio. 12. num. 26. vbi quærit,
ſint ne iure canonico correctæ leges ciuiles
pœnas ſecundo nubentibus indicentes,
quando vidua ita propere ſecundo nu-
bit; vt ex ipſius feſtinatione prolis quoad
patrem oriatur incertitudo: In qua quæſtio-
ne multi ex eo partem negatiuam tuentur,
quia peccat, inquiunt in prolem; ipſe tamen
adfirmatiuam defendit ex generali. *c. 2. de ſe-*
cund. nupt. conſtitutione.
50 Demum contra Anton. qui in ſpecie
noſtri textus Gofredi diſtinctionem laudat,
quando neutra mulier puerum poſſidet, Pa-
normita. *dicto numer. 7. verſicul. in hac quæſtio-*
ne adſerit, ex immixtione à puero vnius ex
mulieribus hæreditati facta re, & facto videri
eam in matrem recognouiſſe, ne iam dein-
ceps alterius ſe filium adſerere queat. *d. c. per*
tuas. 10. de probationib. l. pro hærede. 20. ff. de acqui-
ren. hæred.
Secundam opinionem Bernard. profert, 51
vt neutri ex his duabus mulieri ob incertitu-
dinem puer ſuccedat argumento *l. ſi ita fuerit.*
11. ff. de reb. dub. l. 9. tit. 9. part. 6. ſed hanc merito
Bernard. & omnes improbant, cum puer ma-
trem non habere non poſſit, cuius ſucceſſio-
nem ipſi deferendam naturalis, & ciuilis di-
ctat ratio, & pro altera ſaltem ex his, quæ de
filio contendunt, iuris, & naturæ neceſſaria
præſumptio adſit.
Quare tertiam opinionem ſignat Ber- 52
nard. vt eius ſit cenſendus filius quoad hære-
ditatem conſequendam, cuius erat in poſſeſ-
ſione, ſeque alterius filium adſerenti puero
incumbat probatio. *l. 1. ff. de probat. c. in noſtra.*
32. eod. titul §. commodum, inſtitut. de interdict. l.
39 titulo 2. l. 1. & 2. titul. 14. part. 3. Bernardum
ſequuntur omnes ferme interpretes *in præ-*
ſent. maxime Pan. *n. 7. prope fin.* qui alios refert,
exiſtimans puero alterutrius ex mulieribus
hæreditatis adeundæ facultatem relictam eſ-
ſe, ſi neutra illum poſſideret, quia confeſſio
ſecundum cum in libello facta fidem con-
tra confitentem facit. *l. cum precum. 9. C. de libe.* 53
cauſa, *text.* in terminis *in auth. ſi quis liberos.*
C. de natural. libe. vt vna electa, viam ſibi quoad
aliam præcludat, ſicut in duabus contrarijs
actionibus conſiderat *hic in fine* Abbas *ex l.*
quod in hæredem. 9. §. eligere. ff. de tributo. actio. &
Innoc. à ſe relato.
Ego vero electionem hanc pueri arbitrio 54
indiſtincte non relinquerem, veritatem pro-
bationis ipſi præferens Bald. *hic numer. 1.* ſecu-
tus, qui puro ad ditioris, vel nobilioris mu-
lieris hæreditatem conſequendam, ſe ipſius
filium probandi neceſſitatem indicit. *d. l. 2.* 55
ff de probat. atque adeo, inquit Baldus pro-
pter bona, poſt matris mortem pendet filia-
tionis, de qua dubitabatur, quæſtio. *l. qui de*
inofficioſo. 20. ff. de inofficio. teſtam. l. Lucius. 9. ff. de
iure fiſci. l. Caius. 22 ff ad Syllanian. l. vltim. C. de
carbon. edicto.
Quamuis Henric. Boic. poſt alios à ſe 56
in præſent relatos *numer. 2.* tum demum hanc
Baldi ſententiam probet, cum vtraque, vel
nulla eſt in poſſeſſione mulier, vt par inter
vtramque cauſa ſit, ſeu puer alterius, quam
poſſidentis filium ſe eſſe contendit, non
vbi de alterius poſſeſſione conſtat, nec con-
trarium legitimis probationibus edocetur,
quod vtique verius ex communi ſcribentū
ſen-

ſententia, nec Baldo, quem ſemper plurimi feci, aduerſum iudico, à Panormitano quoque inuentam electione amplexus, vbi nulla hinc inde pari vtriuſque mulieris cauſa probatio inueniri potuit, ne filius ob illius defectum bonis iure ſibi naturæ debitis priuetur contra *d.l.omnimodo.30.cum ſimilib. ſuperius adductis.C.de inofficio.teſtamen.*

His ita pro litteræ noſtri text. explicatione conſtitutis, ſciendum eſt ex eius deciſione ab interpretibus, ſequentem concluſionem adſignatam.

CONCLVSIO.

57 *Violenta iuris, aut hominis, præſumptio, vel neceſſaria, quæ iuris, & de iure appellatur plenam ſaltem in ciuili iudicio probationem inducit, & ad ſententiam diffinitiuam ferendam ſufficit.*

Quam concluſionem probat text. *in c. dixit dominus.2.32. quæſt.1.c.ea vindicta. 51.23.quæſt. 4.l.ſi mater.3.C. de inoffic.teſtam.l.iſti quidem.8.ff. de eo quod met.cauſa.l.vltim.in fine.ff.ad. S.C. Macedonian.l.cum acutiſsimi ingenij Papinianus. 30. C.de fideicommiſſ.* cum alijs quamplurimis iuris vtriuſque deciſionibus quas in præſenti, & prædictis iuribus Bernard. Accurſ. & alij 58 ſcribentes adferunt, quibus conſonat. *l.regia. 8.titul.14.part.3.* Agunt late de huius text. materia vltra ordinarios *hic* Diuus Hieroni. *tom.3.ad Rufin.* Diuus Ambroſ. *officior lib.2.ca. 8.* Beatus Thom.2.2 *q.60. art. 8.* ſcribentes omnes *in c.litteras. 14.infrà hoc titul.* Matthæ. Matthe ſilan. *ſingula.118.incip.nota quod præſumptio violenta*, vbi Gabriel Sarayna, Deci. Alexand.& Iaſ. *in l.non hoc.4. C. vnde legiti.* Tiber. Decian. *conſil.1.ex num.49.ad.54.ac deinceps vſque in finem conſilij.lib.2* Anton. Gomec.*tom.3. variar.titul.de delict cap.5.num.14.& cap.12.num. 25.& 26.* Couart. *in c.Raynutius. 16. §.11.num. 2.poſt med.de teſtam.* Franciſc. Sarmien. *lib. ſelectar.1.c.7.* Zened. *in collecta.ad decret.collectan. 62.* Menoch. *de arbitrar.iudi.lib.2.centur.5. caſu.416.numer.14.* Ioſeph. Maſcard. *de probationib.lib.1.quæſtio.10.maxime à num.48. lib.3. concluſio.1221.maxime à num. 11. & concluſio. 1222.* Proſper Farinac. *in praxi crimina. 2.tom.1.part. titul.5.de indicijs, & tortu. quæſtio. 36. maxime à num.27.* idem *3.parte titulo 13. de reo confeſſo, & conuicto,quæſtio.86.* vbi alios omnes adducit, ac materiam deciſionis noſtræ ptæ illis diſputat.

Aduerſus prædictam concluſionem, pro 59 dubitandi ratione conſidero, præſumptionem ſemiplenæ probationi cedere ex Iaſone communem hanc ſententiam adſerente *in conſil.129.incip.in caſu, verſic. ſecundo moueor. num.12.lib.1.* Iul Claro *lib. 5. ſententiar. in praxi crimina.§.vltim. quæſt. 20. circa princip.* Anton. à Petra Sancta, & Farina.eos referente *in praxi crimin.to.2.1.partis titul.5.de indic.& tortu. d.q. 36.n.242.*

Pro qua veriſſima ſententia imprimis 60 facit, non iuratum teſtem ad præſumptionem ſolam, non item ad ſemiplenam probationem prodeſſe *c.nuper. 51. de teſtib. l. iuriiurandi.8.C.eod.* Decius ea ita iura intelligens *conſil.540.incip.quæritur in fine lib.3.* idemque 61 ex eadem ratione in confeſſione extra iudicium facta obtinere. *l. vltim. & ibi* Gregor. *verb.grand.ſoſpecha.titul.13. part. 3.* niſi ea in iudicio ratificetur. Matth. Matthæſilan. *notab. 13.* non ſecus, atque in confeſſione in quæſtione extorta, non data perſeuerentia. *l.1.ff. de quæſtionib* quam ad id probandum adfert Panormitan. *in præſent.num.2.* idque ex Accurſio, Alberi. Bartol. & alijs infinitis verum affirmat Farinac. *3.parte prax.crimin. titulo 9.de reo confeſſo, & conuicto quæſtio.83.cap.3.num.67. & 88.*

Nemo autem damnandus eſt, qui ma- 62 nifeſta, & plena probatione conuictus non fuerit, expreſſus cum ratione text. *in l.abſentem.5.verſ. 1.ff. de pœn. ſed nec ex ſuſpicionibus* (Vlpianus ait) *debere aliquem condemnari Diuus Adrianus Aufidio Seuero reſcripſit. Satius enim eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare*, cuius verba vulgari idiomate donat Alphonſus *in l.7. & 9.titul.31.part.7.* & commendat Anton. Gomeci.*tom.3.var. titul. de delict.cap.12.n.25.in princip.* poſt Accurſ. *inibi*, quem omnes ſequuntur, Farinac. *vbi proxime* plures alios referens. *d quæſt.36.num.1.3.* 63 *& 10.* quoniam cum res aliter ſe habere poſſit, indicijs, vel præſumptionibus ſtandum non eſſe ex pluribus alijs quos refert, probat Ioſeph. Maſcar.*de probationib.lib.3.concluſ.1221. num.49.*

Cum autem *ex prabatitis* præſumptio 64 plena probatio nõ ſit, ad ſententiam diffinitiuam ſufficere non videtur. *c.cum Bertholdus. 18.vbi* Panormitan.*numer. 28. C.cauſam.14.de re iudica.c.tam litteris.33.de teſtib.* maxime vbi probationes manifeſtæ requiruntur, pront ex Bartol. Dyno, Bald. Salycet. & alijs quampluribus defendit Maſcard. aliqua iura pro hac ſententia inducens *d.concluſio.1221.à num. 19.ad.25.* præſertim in criminalibus cauſis. *C.litteras 14.infra hoc titul.* in quibus vita, & fama hominis vertitur. *l.ſinguli.14.C. de accuſation.* Anton. Gomec. alijs iuribus confirmans.

d.c.12.

d.c. 12. *numer.* 25. Matth. Mattheſilan. *notab.* 118. & *in eius additione* Gabriel Suayna, Maſcard. *d. concluſion.* 1221. *à num.* 55. Patet igitur *ex prædictis*, ob ſolam præſumptionem, nec in criminali, nec in ciuili iudicio cauſam definiendam videri.

65 Secundo contra Salomonis iudicium,
regulamque ab interpretibus ex eo deſumptam facit, in pari cauſa potiorem eſſe conditionem poſſidentis, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur. *l.* 1. §. *non autem. ff. de honor. poſſeſſio ſecundum tabu. l. ſi inter.* 9. *ff. de reb. dub. l. in pari* 17 *l. cum par* 197. *ff. de reg. iur. c. in pari.* 65. *eod. titul. lib.* 6. *c. ad aures* 6. *vbi* Bernard. *verb. de iure*, ſimiles vtriuſque deciſiones enumerat *de præſcriptionib.* Decian. ex alijs quos refert, *conſil.* 14. *à num.* 29. *conſil.* 54. *n.* 21. *& conſ.* 68. *à nu.* 27. *lib.* 2.

66 Sed in præſenti par erat inter vtramque mulierem cauſa, nulla ſiquidem probauerat; pro poſſidente igitur iudicare opus fuit, nulla alia inueſtigatione facienda, iuxta regulam text. *in l. actor quod adſeuerat.* 23. *cum ſimil. C. de probationib. l.* 39. *titulo* 2 *l.* 1. *&* 2. *titulo* 14. *part.* 3. quinimo ex alia iuris regula, quamuis partium iura obſcura eſſent, reo potius
67 erat, quam actori fauendum. *c. cum ſunt* 11. *de regul. iur. l.* 6 *l. fauorabiliores* 168. *cum ſimilib. vtrobique adductis ff. eod. titul. l.* 40. *tit.* 16. *part* 3.

68 Nec iudici probationem imperfectam ex officio ſupplere licet, Bartol. *in l. admonendi.* 31. *num.* 14. *ff. de iureiuran.* quem ibidem ſequitur Angelus *ex l. dies cautioni.* 4. §. *hoc autem. ff. de dam. infec.* alijque plures, quos adfert Benedict. de Vadis dicens communem *in repertorio ad opera Felini*, *litt. I. verb. iudex ad commodum partis poteſt ſe fundare*, Farinac. *tom.* 1. *I. partis prax. criminal. titul.* 3. *de delict. & pæn. quæſtio.* 21. *n.* 61. *&* 63.

69 Leges autem, aut ſtatuta; quæ verbis præciſis priuatum commodum reſpicientes aliquid facere cogunt, intelligendæ ſunt, dummodo à parte petatur, alias non prodeſt, quicquid iudex ex officio fecerit, Bernard. *ſchol. vltim. in c. vltim. de reſcript.* vbi Pa-
70 normitan. *numer.* 15. & alij plures, quos adducit additio ad eum, *verb. petitum.* Nec ijs oberit Salomonis iudicium, qui ob regiæ dignitatis prærogatiuam ex vi abſolutæ poteſtatis proprio motu cauſam iuris ordine non ſeruato terminauit. Hic enim nec in notorijs prætermitti à iudice poteſt. 2. *quæſt.* 1. *per totam. c.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & proprietat. cap. iudicantem. nu.* 30. *quæſtio.* 5. *cum alijs iuribus, & interpretibus*, à Farinac. congeſtis. *d. quæſt.* 21. *numer.* 67.

71 Imo in ſpecie noſtra iuri aduerſum videtur, ex præſumptione, quæ ex facto partis, vel ex animo, & inquiſitione iudicis orta eſt, non allegata ſententiam diffinitiuam ferri. *l. ſi adulterium cum inceſtu.* 38. §. *idem Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adulter.* cuius deciſionem ita intelligunt Bartol. *in l. cum quid.* 3. *nu.* 14. *ff. ſi cert. petat.* Abbas illam ſingularem dicens *in præſent. num.* 4. & plures alij, quos ſecuti referunt Didac. Couarru. *in c. Raynutius.*
16. §. 11. *num.* 1. *colum.* 3. *de teſta.* Maſcard. *de pro-* 72
bationib. volum. 3. *concluſ.* 1221. *à num.* 89. *ad.* 97. quod & in notorio locum habet, vt illius allegatione opus ſit, ex iuribus, & interpretibus à Farinac. adductis. *d. q.* 21 *n.* 110.

Tertio deciſio noſtra euerti videtur, 73
nam ſententia contra leges, canoneſue prolata nulla eſt ipſo iure. *c.* 1. *de ſentent. & re iudica.* vbi Bernard. *verb. leges*, iura ſimilia recitat *l.* 1. *titul.* 22 *l.* 3. *titul.* 26. *part.* 3. lex autem omnino prohibet ferri *c. iudicantem.* 11. 30. *quæſtio.* 5.
vbi Bern. iura refert ſimilia. Surd. *deciſ.* 36. *num.* 74
7. *&* 10. ſententiam, antequam iudex ex allegatis, & probatis plene ſit, ac perfecte inſtructus, quibus propria conſcientia poſtpoſita fidem facere tenetur. *c.* 1. vbi Bernar. *verb. ſecundum quod canones cenſent. de offic. ordina. c. paſtoralis* 38. §. *quia vero*, vbi Bernard *verb. tenetur de officio & poteſt. iudic. delega. c. iudicet.* 43. *qu.* 7. *c. ſummopere.* 70. 11 *quæſt.* 3. *l. illicitas.* 6. §. *veritas* vbi Accurſ & ſcribentes, maxime Oroſc. *ff. de offic. præſid. l. rem nouam.* 12. *C. de Iudi. aut. de defenſorib. ciuita.* §. *ius iurandum collatio.* 3. *aut. de iudicib.* § *quia vero collatio.* 6. Beat. Thom. & Caietan. 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. Couarr. *lib. variar.* 1. *c.* 1. late diſputans Ioan. Corraſ. *lib. miſcellaneo.* 4. *capit.* 20. Forcatul. & alii, quos referunt Arius Pinel. 3. *part. l.* 2. *C. de reſcin. venditio. c.* 3. *numer.* 33. Ioſeph. Maſcard. *de probationib. lib.* 2. *concl.* 948. *numer.* 1. 2. 3. *& alijs ex ſequentibus*, quod hodie apud nos deciſum extat. *l. regia.* 10. *vbi* Azebed. *à num.* 129. *ad* 132. alios quam plures meminit. *tit.* 17 *l.* 4. *recop.*

Perperam igitur Salomon ex propoſita coram ſe actione, iuris ordine non ſeruato, dilationibus ad probandum ſublatis ſententiam dixiſſe viſus eſt, ex motibus, ac dictis vtriuſque mulieris præſumptionem eliciens, quæ fallax eſſe potuit, vti ex Bald. Felin. &
alijs adſerunt Tiberi. Dacian. *conſ.* 1. *num.* 51. *&* 75
52. *lib.* 2. Anton Gomez. *tomo variar.* 3. *titulo de delict. cap.* 12. *num.* 25. exemplum in eo ſtatuentes, quem è domo, in qua cadauer repertum eſt, enſe nudo, ac cruento, veſtibus ſanguine adſperſis exijſſe fertur: potuit enim hic non occidiſſe, vel ad ſui defenſionem, aliaue legitima de cauſa homicidium huiuſmodi perpetraſſe, prout ipſe notat.

Quod vtique clarius ex præſumptionum tam in genere, quam in ſpecie definitionibus liquet, quas eleganti ſermone latius, & clarius, quam alij enumerat Farinac.

2. *tom.*

2.*tom.1.partis prax. & Theorica criminal. titul.*5.
*de indic.& tortura quaſt.*36.*à num.* 67. *ad*135. in
qua tota quæſtione late agit,de natura, ſimi-
litudinibus, ac differentijs ab interpretibus
inter præſumptionem, indicium, ſuſpicio-
nem, coniecturam, argumentum, ſignum,
adminiculum, opinionem, dubitationem,
ac fictionem adnotatis, quarum ad ſpeciem
noſtram idem debet eſſe iudicium, cum in
omnibus eadem incertitudinis ratio dete-
gatur.

76 Quarto, & vltimo deficere videtur præ-
clarum hoc Salomonis iudicium, mulier ſi-
quidem ex violenta, ſeu mauis neceſſaria
præſumptione conuicta, ſuppoſiti partus, ac
filij ſubrepti pœnas *l.1.C ad leg.Flaui.de plagiar.*
contentas ex eadem ſententia non ſubijt,
prout ex alijs conſiderat Anton. Gomeci.
*tom.variar.*3.*titul. de delict. cap.* 12. *numer.* 25.
delicta enim impunita manere nefas eſt *l.
aut facta.* 16. *ff.de pœn. l.ſi ita vulneratus.* 52. *§.
quod ſi quis abſurde.ff. ad leg. Aquil. cum ſimilib.* à
Farinacio *congeſtis*, alios interpretes referente.
1.*to.1.partis prax.ac Theorica crimin.tit.*3.*de delict.
& pœn.q.*17.*à n.*2.

77 Sed his & alijs argumentis non ob-
ſtantibus veriſſima eſt *ſuperius* propoſita con-
cluſio, quam vt plenius, & vberius expli-
cem, antequam decidendi ratio proponatur,
præmitto, plures eſſe præſumptionum for-
mas, differentias, & diſſimiles effectus. Quæ
omnia breui calamo Deo duce à nobis per-
ſtringenda ſunt. Ioſeph. Maſcard. qui latius,
quam alij, præſumptionis materiam, proba-
tionum tractatui aptam diſputat, *de probat. co.
1.quaſt.*10.*num.*17. aliam ait præſumptionem
naturæ, aliam hominis, aliam temerariam, &
leuem, aliam iuris, quam & violentam à no-
ſtris nuncupatam cenſet, aliam item iuris, &
de iure, quæ etiam ſecundum eum neceſſaria
dicitur, aliam denique probabilem, & diſ-
cretam, de quarum vnaquaque ſigillatim
agit. *d.q.*9.*num.*81.latius *lib.*3 *concl.*1219. *cum
quatuor ſequentib.*

Mihi, cui late peruagari non licet, bre-
uior Petri Antonij à Petra Sancta *in tractat.
de fideicomiſſ.quaſt.*9.*numer.* 81.*ac ſequent.* di-
ſtinctio magis placet, quam probat Farinac.
2.*tom.1.partis prax. criminal. titulo* 5. *de indicijs,
& tort.q.*36 *n.*81. vt alia iuris, alia iuris, & de
iure, alia hominis dicatur, ex Bal. Menoch.
Manti. & alijs quos refert. His autem tribus
ſpeciebus aliæ omnes, quas Maſcardus com-
miniſcitur adſcribuntur.

78 Iuris præſumptio tunc proprie dicitur,
cum ius aliquid præſumit, nec ſuper præ-
ſumpto quicquam ſtatuit. *l. ſiue poſsidetis.*16 *C.
de probationibus l.pactum.* 47.*ff. de pact.l.1. C. ad
exhibend.cum alijs iuribus*, vt id probet à Maſ-
card. *adductis.d.quaſtio.*10.*num.*31. *l.regia.*10.*tit.*
14.*part.*3. quod iterum latius iurium diuerſo-
rum exemplis ornat idem Maſcard. *lib.*3. *con-
cluſio.*1221.*num.*1. & interpretum teſtimonijs.
*num.*2. illius intentionem fundatam pro-
bans, qui pro ſe iuris præſumptionem ha-
bet. *l.generaliter.*24.*§.ſi petitum in fine.ff.de fidei- 79
commiſſar.libertatib.* Zephal. & Rolan. à Maſ-
card. adducti *vbi proxime numero* 4. etiam-
ſi aduerſario negatiuæ probatio incumbat
*nu.*5. à quo ampliationes huius concluſionis
adnotat.

Huc tendunt iudicio meo definitiones
omnes, quas interpretes huic iuris præſum-
ptioni adſcribunt, quas ex alijs colligit Fari-
nac.*d.quaſt.*36.*à numero* 86.*ad* 92. in quo illius
exempla Maſcard. & Menoch. à ſe relatis
remittit.

Iuris, & de iure præſumptio eſt, quam 80
lex inducit firmum ſuper ea ius, tamquam
comperta veritate ſtatuens, Alciat. vltra alios
*de praſumpt.*2.*parte numer.*3. quò tendunt defi-
nitiones ab interpretibus ipſi adſignatæ, de
quibus late alios omnes referens Farinac. *d.
quaſt.*36.*à num.*100.*ad* 110. qui huius exempla
remiſſiue refert *num.*104. Præſumptio autem
hæc alia ſumitur ab humanis, alia autem à na-
turalibus principijs, quæ naturæ præſumptio
ab interpretibus nuncupatur, Farinac *nu.*125.
qui *à num.*126.*ad*130. vtriuſque proprietatem
effectus, & exempla oſtendit.

Hominis præſumptionem putat Fari- 81
nac. *dicta quaſt.*36.*num.*96. quæ à iure expreſ-
ſa non eſt, ſed iudici committitur, vt inſpi-
ciat, quid ſibi videatur. *l.minor viginti quinque
annis adito praſide.*33.*ff.de minoribus cum alijs iu-
ribus ab eo adductis*, quæ atque alia, ad idem
Maſcard. Menoch. & alij ab eo relati adfe-
runt. Qui ex Menoch. *de praſumpt. quaſtio.*
5.*num.* 4. *& ſequentib.* iuris præſumptionem
ab hominis præſumptione diſtinguit. *nu.* 97
quoniam illa lege adprobata ſit, hæc nullo
iure confirmata reperiatur. Quod ſecun-
dum eumdem Farinacium *dicto num.*97. Bal-
dus, Felin. Verol. & alij ab eo relati probant.
Præſumptiones enim, inquit, quas homo fa-
cit, lex adprobare non potuit, quæ multæ
variæque ſunt, & ex varijs cauſis oriri ſolent,
atque adeo in iudicis arbitrio poſitas di-
xerunt Baldus Decian. Euerard. & alij quos
retulit ſecutus idem Farinac.*d.quaſt.* 36. *nu-
mer.*99.

Quam doctrinam impugnat. D. Fran- 82
ciſc. Sarmien. *lib.ſelectar. interpretation.* 1. *cap.*
1. *numer.*9. nullam dari hominis præſum-
ptionem adſerens, quæ legi non nitatur, cu-
ius ſententiæ plura exempla Gandinus re-
fert. *titu. de praſumptionib. & indic. indubitat.
num.*6.

Cui

Cui difficultati ſatisfacit Farinac. *dicto num.99.* ex mente Menochii *dicta quaſt.5.num.17. verſicul. ſed vellem*, iuris præſumptionem eam eſſe contendens, quæ in lege ſcripta eſt, hominis vero illam, quæ etſi à lege, vel ratione non diſcreper, in lege tamen expreſſe ſcripta non legitur, vt abſurdum non ſit, hominis præſumptionem in lege ſcriptam non eſſe, à lege tamen, vel eius ratione non diſcrepare, idemque de illa ius, quod de ſcripta iudicandum, cum in iure de ſimilibus ad ſimilia procedendum ſit. *l. non poſſunt 12. vbi* Accurſ. *ff. de legib.l.1.tit.33.part.7.* Corraſ. *de iur. arte.4.part.c.8.*

Hæc tamen Farinacij diſtinctio niſi fallor, difficultatem à Sarmien. inuentam non eneruat, ex qua tam hominis, quam legis præſumptio in lege ipſa ſcripta legatur, vt vel vtraque ad ius, vel ad hominem referenda ſit, & commode diſtingui hac ratione nequeant.

83 Ego quidem, ſi meam liceret proferre ſententiam, diſcrimen hoc ab vniuſcuiuſque qualitate, ſiue in lege ſcripta ſit, ſiue non ſcripta, deducendum putarem, eam iuris tantum, quæ ipſius regulis, deciſionibus, ac iuris prudentiæ conſona probaretur, quam quam in lege ſcripta non ſit: hominis vero illam, quæ, etſi in lege aliqua expreſſa inueniatur, non ad ius, ipſiuſque regulas, ſed ad hominis motum, intellectumque ipſius priuatum refertur. Atque ita Boſſium ſenſiſſe comperio *in praxi crimina tit. de conuicto n.21.* prout eum in hac ſpecie retulit Farinac. *3. parte prax. crimina.titul.9.de reo confeſſ. & conuicto quæſtio. 86. num.87.*

84 Quæ omnia iudicis, quis neget arbitrio? quamuis id videatur in iuris præſumptione negaſſe Menoch. *de præſumptionib. lib.1.quæſtio. 58.numer.10.cum ſequentibus.* quoniam plenæ adhuc ex teſtibus probationis effectus ipſius conſcientiæ fidei, atque arbitrio plerumque relinquendos probat. *l. 3. §. ideoque ff. de teſtib. c. in præſentia. 6. de renunciatio c. quoniam contra. 11. c. cum cauſam 14. de probationib. l. 26. in fine. titul.18 part.3.* quod in quarumcumque præſumptionum materia veriſſimum ex aliis cenſet Farinac. *d.q.86.n.91.*

85 Præſumptionem hominis diſtingunnt communiter interpretes in leuem, & violentam, prout ex Ancharran. Decio, & alijs probat. *d. titul. de indic. & tortu. quæſt.36.num.110.* quem ſolum, prout nouiſſimum alioſque omnes adducentē, in ſpeciebus maxime indubitatis referendum cenſui. vt ab aliorum prolixa narratione ſuperſedeam, ipſe quidem *à num.110.ad.115.* de his differentijs præſumptionum, quæ hominis dicuntur, longius progreditur, quarum proprietas cum à noſtri text. ſerie, ac mente aliena ſit, & à Farinacio vberrime, ac veriſſime iudicio meo doceatur, in earum examine non immorabor.

Illud plane animaduertas velim, contra præſumptionem quamcumque, quæ iuris, & de iure non ſit, ſiue ad ius illa, ſiue ad hominem ſpectet, contrariam probationem admittendam. *c. propoſuiſti.4. de probat.l.8.titul. 14.part.3.* Accurſ. Bartol. Speculator, & Iaſ. quos adducit eos ſecutus Farinaci. *d. quæſtio. 36.num.246.* Maſcard. *de probationib. lib. 1.qu. 10.num.47.* idem *lib.3.concluſio.1220.numer.15. & concluſio.1221.num.6.* à quo incipit oſtendere, quænam probatio iuris præſumptionem vincat, clarius tamen ſententiam noſtram probat. *num.87. & 88.* à qua nemo ex interpretibus recedit, quamuis præſumptio huiuſmodi, violenta, vehementiſſima, aut vrgentiſſima ſit, atque ad diffinitiuam ſententiam ferendam ſola ſufficiat. 86

Neceſſaria vero præſumptio, quæ alias ex prædictis iuris, & de iure dicitur, nullam plane contrariam probationem admittit. *l. antiqua.24.C.ad Velleian. l. à Diuo Pio.15.§.pignora. ff. de re iudica.* Accurſ. ſpecula. Maſcard. & Menoch. cum alijs quos adfert ad id probandum Farinac. *d.quæſt.36. num. 247.* vltra propriam partis confeſſionem ex Accurſ. & communi ſcribentium ſententia, quos ſingulos retulit idem Farinac *num.248.* latius Maſcard. *de probationibus quæſt.10.num.51.cum tribus ſequentibus* qui *à num.35.ad 63.* defendit contra præſumptionem iuris, & de iure admittendam quoque probationem ex rei euidentia deſumptam, cui nunquam derogatum cenſetur ex Alciato, & alijs quos refert, diſtinguens *num.60.* in euidentia facti, vt illam allegari opus ſit, nec aliter proſit, ſecus in euidentia iuris, quæ probatione non eget. Idipſum in vim terriæ limitationis iudicat Maſcard. *d.quæſt.10.num.63.* in probatione oblata, & redacta in actis contra iuris, & de iure præſumptionem, parte non opponente, nec aduerſante ex Innoc. & aliis interpretibus quia probationi aduerſæ conſentiens tacite, vel expreſſe, iuri ſuo, ac fauori renunciaſſe viſus eſt. *c.1.de accuſat.lib.6.* Bartol. & Alexan. ab eodem Maſcard. *num.64.* adducti; qui *num.65.* probationem per indirectum contra iuris, & de iure præſumptionem admittendam cenſet, reſtitutionem in integrum. *num. 67.* proteſtationem prius factam. *numero 68.* inſtrumentum publicum *numero 72.* probationem ab honeſtate perſonæ deſumptam. *numero 72.* illam, ex qua publica vtilitas inducitur *numer. 74.* Quæ omnia recte ab eo diſcuſſa, & comprobata breui compendio clauſimus, vt noſtra diſputatio integra noſtri textus 87 88 89 90 91

tus examini,& intellectui vacet,nec vltra ip-
ſius fines progreditur.

92 Interpretes noſtri communiter tam an-
tiqui,& recentiores ordinarij in eius, & a-
liorum iurium ſimilium commentis , quam
omnes alij diuerſorum tractatuum , & con-
ſiliorum authores , quos ideo ſingulos non
referam, Salomonis ſententiam ex violenta
præſumptione latam conſentiunt,nec plane
aperiunt ad ius ne, an ad hominem referen-
da ſit? Ego tamen proprius eam iuris, & de
iure dixerim , nedum ab humanis,& legiti-
mis , ſed & à naturalibus principijs deſum-
ptam , ſuper qua lex ius firmum ſtatuit , vt
opus illius allegatione non fuerit , nec alijs
circunſtantijs,& diſtinctionibus,quas inter-
pretes comminiſcuntur *in præſenti* ad ſenten-
tiam diffinitiuam ferendam. A qua etiam ab
inferiore iudice lata,nec appellare licet,cum
ex præſumptione iuris, & de iure damnatus,
conuictus,& cõfeſſus habeatur , qui non ap-
93 pellat. *l.2.C.quorum appellatio. non recipiantur*,
quod ex Marſil. Euerar. & alijs prout indu-
bitatum affirmat Maſcard. *de probation.lib.* 3.
concluſio.1222.*n*.7.*&* 8. cum legi ex huiuſmo-
di præſumptione res pateat, ac veritas com-
perta indicetur ex eod. Maſcard.*num*. 6. Fa-
rinac. *dicto titul.de reo confeſſo,& conuic. quæſtio.*
86.*num*. 52.quod ex eiuſdem definitionibus
exemplis,& effectibus oſtenditur,de quibus
*ſuprà latius.n.*80.

94 Sed quia, *vt prædixi* ſcribentes *textus noſtri*
litteram violentæ adſcribunt præſumptioni,
ex qua ad diffinitiuam ſententiã poſſe pro-
cedi adfirmant,ſiue ad ius illa , ſiue ad homi-
nem referatur,nec deſunt concluſionis hu-
ius impugnatores plurimi ſaltem in crimina-
libus cauſis ipſorum ſententiæ proponendæ
ac diſputandæ ſunt , vt agitata diſputatione
veritas clarius eluceſcat. *c. iudicantem vlti.*30.
quæſt.vltim.c.graue.7.*vbi* Bernard.35.*q* 9.*extra-*
uag.Ioan.22.*quia nonnunquam.*n. *de verbor ſigni-*
ficatio.l.munerum.18. § *mixta. ff. de munerib.&*
honorib. ex Cardina. Albetic. *in dictionar. litte.*
O.verb.Oppoſita litte.V.Verb. veritas,vlti. Coſm.
Guim.in pragmati. *ſanct.c.1.§.cum rei verſ.iuue-*
nibus verb.ſtudio in fine de collat. Ioan.Neurzan.
in princip.ſiluanupt. Corraſ.*de iur.arte.1.part.c.*6.

95 In primis igitur Farinac. 3. *parte prax. &*
Theori.criminal.titul.9. *de reo confeſſo,& conuicto*
quæſt.86.*num*. 1.*&* 88. regulam generalem ex
plurimis alijs à ſe relatis conſtituit,neminem
videlicet ex indicijs , & præſumptionibus in
criminali iudicio condemnandum , cui ſen-
tentiæ alijs adductis ſubſcripſit Grego. Lop.
99 *in l.16.verb.duda ninguna.titul.1 part.7.*quamuis
multæ coniungantur, vt regula , *ſingula, quæ*
non proſunt collecta iuuant, deſumpta ex *l inſtru-*
menta.5.vbi Accurſ.*C.de probation.*in eo locum
non habeat, prout ex Roma. Decio, Zepola,
Gandino,& multis alijs defendit Farinac.*vbi*
proxime num.3.*&* 5.ab hac ſententia receden-
dum non eſſe adſerens, licet præſumptiones 97
iunctæ veriſimiles,ac probabiles ſint.*num*.13.
& 93.ex Maſcar.& Menoch. quicquid cõtra
ſentiat Ioſeph. Ludouic. quem à ſe relatum
improbat Farinac.*num* 14.*&* 94.idem in vio-
lenta præſumptione notans.*num*. 15. *&* 53.ex
Marſil. Iaſ.Matthæſila.& alijs.

Quod adeo verum dicunt præfati inter-
pretes,vt in delictis occultis,ac difficilis pro-
bationis idem ius obtinere expreſſim adſe-
rant Boſſ. Dec. Clar.Maſcar.Menoch.& alij à
Farinac.adducti *n*.31. quorum ſententiæ Da- 98
cian.ex eod.Farinac. aſſentiri videtur. Sed
quod amplius eſt, ex indubitatis etiam indi-
cijs neminem in criminali iudicio damnan-
dum poſt Ioan.Andr. volunt alij plures,quos
retulit Farinac.*n*.57.

Quam ſententiam probant ſundamenta
ſuperius pro dubitandi ratione adducta. Deinde
conſiderãt ſcribentes,in criminalibus ad ef-
fectum condẽnandi probationes nedũ per
neceſſe concludentes, ſed & luce meridiana
clariores deſiderari. *l.qui ſententiam*. 16. *C. de* 99
pœn.l.ſinguli.14.*C.de accuſat l.ſciant cuncti,vlt.C.*
de probation.canonizata in c.ſciant cuncti. 2.2.*q. vlt.*
c.Epiphanium.4.5.*q*.6.*l*.12.*tit*.14 *part*.3.*l*.26.*tit*.1.
l 1.*tit*.31.*part*.7.cum in his de vita,& fama ho- 100
minis tractetur, qui rebus alijs creatis præ-
ſtat.*c.litteras*.14.*infra hoc tit.d.l.ſinguli*.14.*d.l*.26.
titul.1.*p*.7.vbi Greg.*ſib* 1. communẽ ſententiã
probat, Alber.Bott.Dec. Gramm. & alij in-
numeri,quos in ſpecie retulit Farin.*d.q*.86.*n*.
6.idipſum *n*.7.probans vbi tractatur de pœ- 101
na parti applicanda ex Alex. Imola, & Boſſ.
tam ex accuſatione,quã ex inquiſitione. *n*.8.
ſiue cauſa criminalis magna ſit , aut minima.
n.9.ex ſuſpicionibus enim neminem dãnari
fas eſt.*l.abſentem*.5 *verſ*.1 *ff de pœn. l.reg*.12.*titul.*
14 *part*.3 *l* 7.*titul*. 31.*part*.7. Farin. ex alijs plu-
rib.*d.q*.86.*n* 10.quòd eò magis.*nu*.11 verum 102
dicit, quò leuiores præſumptiones ſunt , quæ
nec ad leuiſſimam ſecundum eum.*n*.12. pœ-
nam proſunt,contra Menochiũ ſecus ſentiẽ-
tem,ex communi ſcribẽtium ſuffragio, quã-
doquidem, ex eod. Farina.*nu*.13. nec ex præ-
ſumptionibus veriſimilibus,& probabilibus
poteſt condemnatio ſequi.

Secundo inducitur pro hac parte ab inter- 103
pretibus præſens Salomonis iudiciũ , in quo
licet ex violenta præſumptione ciuilis fuerit
promulgata ſententia, nulla tamen fuit pœ-
na,ob partium ſuppoſitum,vel filium ſubre-
ptum alteri mulieri impoſita,nec impuni de-
buit, prout contra Panormitan. *in præſent.*
conſiderant Ioan. Annan. & Butr. Zabare.
Præpoſi. Anchar. Caſtrenſ. Boſſ. Sarmien.

Matthæſilan. & alij complures à Farinac.
adducti *d.q.86 num.*17.78.79.*&* 80.
104 Tertio exiſtimant præſati interpretes prę-
ſumptionem, etiam violentam, vel neceſſa-
riam iuris, & de iure dictam dubiam proba-
tionem eſſe, nec pernecesſe probare Maſ-
card. alios referens de probationib. *lib.3.con-
cluſ.*1221.*num.*74. *cum duobus ſequentibus.* quod
vtique ex earumdem omnium definitioni-
bus, & exemplis palam deducitur: quæ om-
nia accuratius, & elegantius, quam alij pro-
ponit Farinac. 2.*tom.*1.*part.prax.criminal.titul.*
5.*de indic.& tortu.q.*36.*à num.* 86. *ad* 155. ſiue
ad hominem, ſiue ad ius illæ ſpectent, vel
denique iuris, & de iure nomen, & effectum
ſortiantur, cum reuera contrarium contigiſ-
ſe, poſſibile ſit.
105 Qua in ſpecie communis obtinet ſentẽtia
ex plurimis à Maſcard. relatis. *d. concluſ.* 1221.
*num.*49. indicijs vel præſumptionibus qui-
buſcumque locum non fieri, neque enim vi-
detur æquum ex ſuffragijs emendicatis quẽ-
quam ſaltim capitaliter damnari. *d. l. ſinguli.*
14. *C. de accuſat. d. l.* 26. *titul.*1.*part.*7. vbi Greg.
verb. à muerte admonet iudicem, vt attente
ſemper inſpiciat æquitatem. *l.*1.§. *ſi quis vltro.*
106 *ff. de quæſtionib.* in qua poſt ſpontaneam etiam
rei confeſſionem veritas indaganda com-
mendatur, ſi ex circunſtantijs appareat, ſe
reum prodere voluiſſe, & hunc quoque cõ-
feſſum, & conuictum poſt ſententiam abſol-
uendum, ne poſt ſupplicij executionem iu-
107 dex pœnitere non poſſit, *nam quæ*, inquit,
*reuocari nequeunt, mature, ac deliberate fieri opus
eſt*, quod ex Baldo, & Accurſio Gregor. *vbi
proxime* probat, iudices mitiſſimos deſide-
rans vt plenę examinata cauſa parcendi co-
piam inueniant. *c.* 1.23. *quæſtio.* 5. ne, dum
108 Zelo Dei culpam accuſari, vel inquiſiri
perſequi profitentur, Sacrilegij crimen in-
diſcrete admittant innocentem forſan con-
demnantes, contra illud Apoſto. *ad Roman.*
14. *tu quis es qui iudicas alienum ſeruum, ſuo do-
mino ſtat, aut cadit. Mala itaque* ſummus Pon-
tifex Euariſtus inquit, *audita nullum moueant,
aut paſsim dicta abſque certa probatione quiſquam
vnquam credat, ſed antea audita diligenter inqui-
rat, ne præcipitando quicquam aliquis agat.
c. Deus omnipotens.* 20. 2. *quæſtio.* 1. *c. nullum.* 10.
30. *quæſt.*5.
109 Quod regulariter iudex in omni cau-
ſa ciuili, vel criminali ſcrutari tenetur. *c. iu-
dicantem.*11.30.*quæſt.*5. antequam ſententiam
ferat, qua ſemel prolata functus eſt officio
ſuo, copia iam deinceps ei quicquã reuocã-
di ſublata. *l. iudex poſteaquam.* 55. *ff. de re iudica. l.*
2. vbi Accurſ. *verb. corrigendi* iura congerit ſi-
milia. *C. de ſentent. ex periculo recitand. l.*3.*&* 4.
*tit.*22.*part.*3.

Quarto, cum in criminalibus cauſis 110
iura omnia manifeſtas, ac veras proba-
tiones ad condemnationem requirant. *l.
vltim. cum ſimilib. ſuperius adductis. C. de probatio-
nib.* præſumptiones à iure approbatæ, quæ
ad præſumptas dumtaxat, non vtique ad ve-
ras probationes extendi poſſe videntur, non
ſufficiunt, *argumento. l. Lucius.* 82. *ff. de conditio-
nibus. & demonſtrat.* ex qua id adſerunt *in ea*
Dyn. & Bar. Bald. Rom. Deci. Alexan. &
alij quos *in ſuis locis* ad idem refert Maſcard.
*de probation. lib.*3.*concluſ.*1221.*num.* 21. *cum trib.
ſequentibus.* Quare interpretes plerique nemi-
nem etiam ex vrgentiſſima, vel vrgentiſſi-
mis præſumptionibus in cauſa criminali,
quantumuis atrox ſit delictum, vltimo ſal-
tim ſupplicio ipſi condigno damnandum
eſſe contendunt, quorum plurimos refert
Farinac. *d.q.*86.*n.*57.58.*&* 72.
Pro parte affirmatiua adſunt multi relati 111
ab eod. Farin. *d. q* 86.*n.*2. & in criminalibus
habere locum regulam *ſuprà* propoſitam, *quæ
non proſunt ſingula, collecta iuuant* plures ab eo-
dẽ Farinac. adducti. *n.*4 cum iunctæ faciant
violentam præſumptionẽ, ſeu indicium in-
dubitatum. *n.*14 *&* 59. quod qualiter intelli- 112
gendum ſit, aperit. *n* 100. videlicet, quando
illæ omnes tẽdunt ad eumdẽ finem, hoc eſt,
ad perficiendum vnum totum, ſecus ſi ad di-
uerſum finem tenderent, & ad perficienda
diuerſa tota, vt Farinacij verbis vtar.
Quorum alterum vel violentam prçſum- 113
ptionem, vel indubitatum indicium ad dif-
finitiuam ſententiam ferendam in criminali
etiam iudicio ſufficere ex alijs probat ipſe
Farinac. *nu.*16.19.*&* 55. in quo id in praxi ad-
miſſum contra Fachineum à ſe relatũ defen-
dit, idemque ius obtinere in vnico indubita-
to indicio ex Areti. *in c. tertio loco.* 5.*n.*17.*&* 18.
& probat. quem refert *num.*63. vel in præſum-
ptionibus hominis violentiſſimis quas iudex
in iudicio intellectus elicuit, *nu.*87. ex Abba-
te, Dec. Marſil. Boſi. Zepha. Ioſeph. Ludoui.
Maſcar. Menoch. & alijs, quod iterum idem
Farinac. probat *ead. q.*86.*n.*111. & 114.
Has tamen præſumptiones liquidiſſimas, 114
ac plene probatas, vel adeo claras, vt contra-
rium probari nequeat, deſiderẽt interpretes,
quos à ſe relatos ita intelligit Farinac. *in repe-
tita q.*86.*n.*66.67.*&* 114. quarum quidem li-
quidiſſimarum, & euidentium præſumptio-
num exempla, & ſubſtantiam Farina. ipſe re-
miſſiue oſtendit. *n.*55. latius tamen, & clarius.
2. *to.*1.*part.prax.criminal.tit.*5. *de indic. & tort. q.*
36. *à nu.*37.
Ex præſumptione autem iuris, & de 115
iure omnes communi ſuffragio conce-
dunt pœna ordinaria delicti etiam capita-
li reum plectendum. *l. ſi qui.*34. *C. ad leg. Iul. de
adul-*

adulter.authen.vt lice.matri,& auiæ. §. 1. collatio.
8.C.de hoc.11.de Symon.l.12.in 1.reſponſo.titu.14.
part.3 l.11.titul.17.part.7.Accurſ.verb. & luce in
l.vltim.C.de probat. Iacob. de Aren. Bartol.
Alber.Paul.Caſtren. Dec. Aret.Gram.Boſi.
Maſcard.& alij quamplures relati à Farinac.
in ſæpe adducta q.86.n.52.

116 Quod & in iuris præſumptione æque ob-
tinere defendit Menoch.de præſumptionib. l.1.
quæſt.92.num.1.& ſequenti,latius q.97. à numer.
1.ad.16.quem refert Farinac. vbi proxime n.54.

Nec in hac ſpecie arbitrio iudicis relin-
quendum, vt vel pœnam minuat, vel reum
torqueat,acerrime tuetur Sarmient.lib. Sele-
ctar.interpretation.1.toto c.1.præſertim ante num.1.
verſic.imprimis.& num.3. ad medium verſic.quòd
etiam apparet, à quo diſſentire non videtur
Anton.Gomec.3.variar.tom.titul. de delictis c.
12.n.26.verſic.aduertendum tamen,ſi Farina. eos
referentu.ad q.86.num. 65. credimus quorum
ſententiam ipſe indubitatis indicijs, quæ à
præſumptione iuris, & de iure proueniant,
referendam cenſet.num. 66. quamuis ex Fa-
chineo lib.controuerſiar.iur.1.c. 29. quem ipſe-
met Farinac.adducit, in puncto iuris non ad
condemnationem,ſed ad quæſtionem dum-
taxat deueniendum videri adſerat.

117 Pro hac ſententia inducitur ab interpre-
tibus deciſio noſtra,quam. & ad iudicia cri-
minalia extendunt Bernard in præſen. verb.da-
te aliijque omnes ſcribẽtes in ſummario ipſius,
præſertim Abbas.nu.6.in fine verſ. aut præſum-
ptiones ſunt vrgentiſſimæ,quem ſequuntur Mõ-
ticel.Marſil.Menoch.Ioſeph.Ludon. & alij,
quos refert Farinac.d.q.86.num 16.11.& 114.
Quamuis autem ipſe Farinac.num.17.ex An-
118 nan.Butr.Præpoſi.Matthæſilano, Sarmiẽ.&
alijs,contra Panormitanum proxime addu-
ctum,in textu noſtro ciuiliter tantum, non itẽ
criminaliter latam ſententiam doceat, vt ex
hac conſideratione videatur pœna ſaltim or-
dinaria delicti reum damnandi in ſpecie ip-
ſius iudici denegata facultas, prout ipſe alio-
rum auctoritate propoſita cenſuit nu. 18. 78.
& 113 ex diſtinctione, quam ſecundum eum
prior ſignauit Paulus Caſtren in l. vlt. à num.
4 C.de probation. quem ſequuntur innumeri
ab eodem Farinac.in proximis numeris accura-
te adducti.

119 Ego tamen vltra omnes, quos adhuc vi-
derim, ex Salomonis iudicio probari poſſe
inficior, violentã præſumptionem in crimi-
nali iudicio ad ſententiam diffinitiuam fe-
rendam non ſufficere,quamuis ab eo ciuilis
ſola ſententia lata ſit, cum conſidero,in eius
ſerie ciuilem tantummodo actionem à vera
matre propoſitam,ac ſententiam cõformem
libello futuram, nec iudicis poteſtatem vltra
id, quod in iudicium deductum eſt excedere
poſſe vt verbis Iaboleni vtar in l. vt fundus.
18.ff.communi diuidun.l.ſi ex teſtamento.20. ff. de
except.rei iudicatæ.c.licet Hely.31. vbi Bern. verb.
iudicij formam de Symon.dominus, atque auus
meus Ioan.Matien.ſchol.5.n.3.in l.1.tit.11.lib.5.
recop.

Quod quidem veriſſimum cenſet Panor. 120
in præſen.n.6. verſ.dictu, quoties ciuiliter agi-
tur,vt verba eius proferam,regulariter pœnã
infligi non poſſe,ſiue ad ſententiam ex præ-
ſumptionibus, ſiue ex alijs plenis, ac legiti-
mis probationum ſpeciebus procedatur. c.1.
in fi.de ordi. cognition.c.1. de exceptionib.l.Lucius
Titius.21.ff.de his,qui notan. infam. quibus conſo-
nat.l.29 titul.1 part.7.

Ruſus quoniam à criminali iudicio ſum- 121
maria cognitio aliena eſt, in quo iuris ordi-
nem ſeruari oportet, vt ſententia viribus cõ-
ſiſtat,initio ſumpto à denũciatione, accuſa-
tione,inquiſitione ſeu mauis diffamatione.d. 122
c.licet Hely.31.de Symõ.quæ tria in criminalibus
procedendi genera ex Inſcriptione, Rubricæ
de accuſat.inquiſit. & denunciation. in decretalib.
& lib.6. deducuntur, cui conſonat.princip.7.
part.& in ea Gregor.Lop.ſchol vlt.De quibus,
earumque temporibus,effectibus,& exerci-
tatione plurima latiſſime Proſper Farinac.1.
tom.1 part.prax.& Theori.criminal.tit.1.& 2.

Deinde opus eſt, vt reus ad iudicium vo- 123
cetur legitimus ſuæ defenſioni terminus cõ-
cedatur, copia, & publicatio probationum
fiat,& alia ad plenarium iudicium neceſſaria
non deficiant.l.2.& 3.C.de ſentent.ex pericu. re-
citand.c.iudicantem.11.30.quæſt.5.c.vlt.de re iudi-
ca.l.6.clem.ſæpe 2.de verb ſignificatio.l.5. & 12.tit.
22.part.3.de quibus, & eorum ſingulis recte
Plotus inter conſ.criminalia Zileti conſ. 3.nu.19.
communem dicens Boſi.in praxi crimin. titul.
quomodo procedatur per præcepta num.2 Roland.
conſ.47.n.44.& 45.lib.2. ne alias reus iniuſte
lædatur,ex Innocen.Bald. Marſil. & alius Iu-
lius Clarus l.5.ſententiar.§.vlt.in praxi crim. q.5.
verſ.ſcias etiam de iure communi,vſque in finem.

Quod adeo verum eſt,vt etiam in delictis 124
notorijs obtineat, prout latiſſime omnium
more ſuo ſententijs interpretum propoſitis,
eorumque contentionibus ſedatis, nihil
profecto, quod ad materiam iudicio meo
excogitari poſſit, relinquens probat Farinac.
1.tom.1.partis prax.crimin.titul.3.de delict.& pœn.
q.21.à num.67.huius quæſtionis examen à n.
60.auſpicatus quem omnino videas. Quæ
omnia,cum in præſenti deciſione defecerint.
mirum non eſt delictum ex ea reſultans im-
punitum remanſiſſe.

Pro ſecunda item opinione facit,ſemiple- 125
nam probationem, vnius puta teſtis ſe vi-
diſſe deponentis cum alijs adminiculis,
quæ aliam ſaltim ſemiplenam efficiant

probationem,ad condemnationem coniungi,Bartol.*in l.1.§.idem Cornelio.nu.2.* vbi Marſil.*num.3.ff.de quæſtionib.*Bald. Aretin. Brun. Capiti,Maſcard.Decian.Menoch. Lodouic. Peguera,& alij,quos refert Farinac.*d.3.parte prax.crim titul.9.de reo confeſſo, & conuic.quæſt.* 86.*num.*24.*&* 25.idem *tom.2.1.partis, eiuſdem prax.crim.titul.5.de indic. & tortu. quæſt.* 47.*nu.* 82.*cum tribus ſequentib.& quæſt.* 48.*num.*67.*& ſequentib.*

126 Ex qua vera reſolutione inferunt interpretes, idem ius in violenta præſumptione obtinere,maxime in delictis occultis, quorum plena, & manifeſta probatio difficilis eſt ex Farinac.*d.quæſt.86.num.29.&* 32.in quibus plures imperfectæ probationes coniunguntur.*n.* 30. præcipue ſi indubitatæ ſunt.*n.* 33.quod idem obtinet in tractatibus, & conſilijs,quæ clam committuntur.*num.*36. & in nocturnis delictis ex eadem difficilis probationis cauſa.*n.*39.cum alijs multis,quos ipſe à ſe relatos ſecutus eſt.*n.*40. idque ſpeciatim in crimine aſſaſſinij procedere *ex c.pro humani.1.de homicid.lib.*6.ob atrocitatem delicti ex alijs innumeris.*n.*41.42.*&* 50. & in crimine hæreſis probat Maſcard.poſt alios à ſe adductos de probation.*lib.3.concluſ.*1221.*n.*78.*cum duob.ſequentib.*Symoniæ.*n.* 81 *& ſequent.* Læſæ maieſtatis.*n.*83.*&* 84.

127 Præterea pro hac parte adducitur text *in l.ſciant cuncti vltim. C.de probationib.*Canonizatus *in c ſciant cuncti.2. 2.quæſt.vltim.* quem ita intelligit *ibi* Accurſ.*verbo vel indicijs* Bart. *oppoſitio.*2.Bald.*n.*2.Alberi.*in ſummario, & num.1. verſ.item quod per indicia indubitata,*Bartol.Roman,Imola, Butri. Abbas, Gandin.Marſil. Boeti.Bruno. Pariſ. Clar. Menoch. & alij à Farinac.adducti.*d.q.86.n.*55. conuictus enim ille dicitur,qui ex indubitatis indicijs grauatus reperitur.*l.2.ibi argumētu conuictus. C.quor. appellation.non recip.*ex qua ita tenuerunt Dec. Vetoi.& alij,quos refert idem Farinac.*n.* 56. verbi gratia,inquit Abbas *in c.tertio loco.5.n.9. ſupra de probationib.*ſi ex cubiculo, vbi iacebat homo nuper mortuus, alter exierit pallidus cum gladio ſanguinolento,alijſue huiuſmodi ſignis,is enim iuſte ex hac vehemētiſſima præſumptione damnatur, quo exemplo & Bald.Boer.Grammati.Anton.Gomec. Menoch.Claro, Monticello Sarmien. Maſcar. & alijs vtitur Farinac. 2.*tom.1. partis prædictæ prax.criminal.titul.5.de indic.& tortu. quæſt.* 36. *num.*127.

128 Idem quoque præſefert celebrata deciſio. *l.ſi qui.*34.*C.ad leg.Iul de adult.* in qua vir, & mulier,qui adulterij notam ex adſectata cognatione à ſe repellere cōtenderunt, matrimonium poſtea iam ſoluti contrahentes illius criminis pœnis abſque aliqua vlla probatione ſubijciuntur.

Similis habetur conſtitutio *in aut. ſi quis.* *C.ad leg.Iul.de adulter.& in aut.vt liceat matri.& auiæ.§.vltim.coll.*8.quibus cauetur, ter à marito denunciatum, ne ſuam vxorem alloquatur,adulterij ſupplicio coercendum, vel ab eodem marito impune perimi poſſe, illiſque conſonat *c.2.*vbi Bernard. iura adducit ſimilia *de cohabitat.Cleric.& mulier. l.12. in 2.reſponſ. titul.14.p.3.l.12.titul.17.p.7.l.3.&* 5.*titul.* 20.*lib.* 8.*recop.*aliaſque ſimiles iuris canonici,& ciuilis deciſiones refert Maſcard. ita omnes tenere adſerens, aliquibus à ſe relatis.*d.concluſ.*1221.*n.*45.

Nec mirum ſane,cum id, quod ex conie- 129
cturis conſtat euidenter conſtare dicitur. *l. quidam teſtamento.*30.*ff.de vulga.& pupilla.l.licet Imperator.*77.*vbi* Iaſ.*num.5.cum plurib. ſequent. ff.de legat.lib.*1.quas liquidiſſimas probationes dicunt Alexand.Decian.Menoch.Couar.& alij multi,quos Maſcard.refert.*d. concluſ.*1221. *à num.*11.hanc materiam diffuſſe diſcutiens.
Vnde infert *in præſen.*Panormita.*nu.*5. valere 130
ſententiam ſine probationibus latam ex violenta præſumptione, quæ in actis probata non ſit,limitans Bernardi ſententiam *in c. Eccleſia ſancta Mariæ.*10.*de conſtitutionib.ſchol.vlt. & in ſumma.*12.*quæſt.*1. Innocent. *in c.tua.*8.
prope finem de cohabitatio. clericor. & mulier. ex 131
quibus ſecundum Panormitan. communis eſt admiſſa opinio,ſine probationibus latam ſententiam nullam eſſe, ea enim locū habet, quando nihil eſt in cauſa agitatum. *c.iudicantem.*11.30.*q.5.l.2.&* 3. *C.de ſentent.ex peric.recit. cum ſimilib.ſuperius,num.*73.*adductu*,quoniam animo non inſtructo ſententia lata præſumitur.*c.cum ex litteris.*5. *de in integ.reſtitu.c.nos in quemquam.*1.2.*quæſt.*1.vbi Bernard.ſecus vbi de inſtructione liquet, quamuis hinc inde nullæ factæ probationes inueniantur, quoniam ex violenta præſumptione iudex moueri potuit,quam ſolus ipſe in iudicio intellectus elicuit,vt *in præſenti,& ſimilibus deciſionibus* accidiſſe conſtat.

Adducit pro ſua ſententia Panor. Inno- 132
cent.*in c.quoniam contra.*11.*ex eo text.de probationib.c.cum cauſam.* 14. *& quod vtrobique ab interpretibus adnotari ſolet de re iudica. cum alijs iuribus* ab eodem Panor.*adductis*, in quibus ſecundum eum, ſi iudex ad vnā probationis ſpeciem mentem ſuam non applicat, ſed ex confeſſionibus,allegationibus,præſumptionibus,quæ coram ſe proponuntur,vel ex actis conſtant repulſis teſtium depoſitionibus animi ſui motum informat, tanta eſt auctoritatis iudicialis vis, vt ſemper ſit, pro iudice præſumendum, optimam ſe tuliſſe ſententiam, donec contra ipſum aliquid legitime comprobetur. *c. in præſentia.*

ſentia. 6. de renunciatio.

133 Cuius ni fallor deciſiua ratio à conſulto
*in l. 3. §. ideoque. ff. de teſtib. cui conſonat. l. 28. ti-
tulo 16. part. 3. in fine* petenda eſt, probatio-
nis fidem, ſeu mauis electionem iudicis ar-
bittio relinquente, quod in ſpecie præſum-
ptionnm ex Farinac. qui alios refert. *3. par-
te prax. criminal. d. titulo 9. de reo confeſſo, &
conuic. quæſt. 86. numer. 95. ſuperius* compro-
banimus.

134 Panormita. vero *in præſen. d. nu. 5.* ne ab ap-
pellationis iudice ſententia in prima inſtan-
tia ex violenta præſumptione lata reuocetur
iudici; à quo conſulit, vt præſumptionem in
actis ſcribi faciat, quod vtique neceſſarium
eriam in crimine notorio, ne proceſſus aliter
formatus ſit nullus, ac iudex in ſindicatu te-
neatur, ex Boſ. Foller. Capra. Afflicto. Claro,
& legiſtis communiter defendit Farinac. *1.
tom. 1. partis prax. criminal. titul. 3. de delict. &
pœn. quæſt. 21. num. 85.* quamuis ex Innocent. &
135 Hoſtienſ. quos refert, iudicis informatio ſu-
per notorio ad cautelam potius, quam ad
neceſſitatem proſit: quorum ſententiam Fa-
rinac. *ibidem* ex Capra *in tractat. de notor. 4.
memb. num. 71.* Veram exiſtimat, quando
agitur contra præſentem qui fateatur, & non
neget, ſecus iure optimo ſentiens, ſi contra
abſentem, vel præſentem negantem.

136 Quin imo ſi iudex velit ſuper noto-
rio procedere iuris ordine non ſeruato, vt
cum ſpeciali qualitate, & priuilegio noto-
rij iuriſdictionem ſuam exerceat, opus eſt, vt
prins de hac qualitate notorij iuriſdictio-
nem ei tribuente conſtet, quamuis illud non
negetur, Farinac. *d. quæſt. 11. num. 86.* ex Ca-
137 pra, Milleo Foller. Aretin. de communi te-
ſtante, Buttio, & Maſcard. à ſe relatis, cum
qualitas iuriſdictionem tribuens, ante quam
exerceatur probanda ſit. *l. 2. §. ſed ſi dubitetur.
l. ſi quis ex aliena. 5. ff. de iudic. l. 2. titul. 7. part. 3. l.
138 4. titul. 3. lib. 4. recop.* Farinac. ex alijs *d. quæſtio.
21. num. 87.* exemplum ſtatuens. *numer 88. &
89.* in deprehenſo in homicidio, furto, & ſi-
milibus, poſt alios, quos adducit idem vo-
lentes, idipſum in notorio iuris probans,
quod ex confeſſione, ſententia, & proba-
tionibus reſultat ex ſpecula. Butr. contra. *in
locis ab eo adductis.* Quæ omnia ideo in actis
deducta eſſe oportere docet Farinac. *nu. 90.
in d. q. 21.* maxime in criminalibus, contra ſpe-
culator. & Butrinm. *num. 97. & 98.* in quibus
notorij plenam probationem iuris ordine
ſeruato deſiderat idem Farinac. ex alijs. *num.
99. 101. cum duob. ſequentib.* cautelas ad for-
manda in hac ſpecie interrogatoria pro parte
rei. *n.* 104. proponens, quæ omnia late, & ele-
ganter proſequitur.

139 His duabus additur tertia ſententia,
quam multi mediam vocant, ex præſum-
ptione ſcilicet violenta in criminali iudicio
ordinariam pœnam infligi non poſſe, ſed ſo-
lam pecuniariam, vel ciuilem, prout ex Au-
guſtin. ad Angel. Marſil. & Menoch. defen-
dit Farinac. *3. parte prax. crimin. d. titul. 9. de reo* 140
confeſſo. & conuicto quæſt. 86. num. 18. idemque in
duabus ſemiplenis probationibus procede-
re affirmat. *num. 22. 23. & 26.* ex pluribus alijs,
quos refert.

Quam ſententiam ex traditis à Paulo 141
Caſtren. *in l. vltima. num. 4. cum ſequentib. C. de
probationibus.* volenti, ex mille etiam indicijs
non fore quemquam corporali ſupplicio
damnandum, veram contendit Farinac. *d.
quæſt. 86. numer. 5. 78. & 79.* ex alijs, maxime
Boſio *in titul. de conuicto. num. 34. & ſequentib.*
qui *num. 42.* ex aliorum quos refert ſententia
hanc dicit communem, & in praxi rece-
ptam. pœnam eriam arbitrariam minuẽdam
adſerens, quando ſola præſumpta probatio
adeſt, quamuis Indicium eſſet indubitatum.
num. 62. ex Gandi. & alijs, quod ex Menoch.
Gomec. Montice. Zepha. Ioſepho Ludoui.
& alijs confirmat Farinac. *d. quæſt. 86. nu. 80.*
præſertim in leuibus delictis, pro quibus 142
reus torquendus non eſt *num. 81.* ex Maſcar.
multos referente *de probationib. l. 1. concluſ. 459.
n. 15 & lib. 3. concl. 1220. n. 9.*

Quod idem in pluribus etiam vehemen- 143
tibus, atque indubitatis indicijs obtinet, vt
iunctæ ad pœnam pecuniariam, ſeu ciuilem
dumtaxat proſint ex Farinac. *d. q. 86. nu. 5. 62.
81. & 113* in quo latius, quam alibi, omnes
huius opinionis adſertores retulit, iudices
inferiores admonens, vt ab hac ſententia,
quam iterum ipſe confirmat. *nu. 114. & n. 117.*
ex Innocent. *in c. quia verisſimile. 10. [illegible] verſ nota
tamen infrà hoc titul.* nunquam recedãt, quam-
uis apud ſuprema Tribunalia Mediolani, &
Neapolis ex Grammatico, & Claro à ſe. *nu.
113.* relatis plures vtique præſumptiones ad
corporale ſupplicium coniungantur.

Quarto loco alij ex interpretibus ex vio- 144
lenta, vel neceſſaria præſumptione, vel indi-
cijs indubitatis poſſe reum corporali pœna,
non vtique capitali, ſeu ordinaria, ſed mitiori
damnari, videlicet pœna fuſtigationis, vel
Triremium per annum, vel bienniũ, prout
ex Grammat. Capitio, & Maſcar tenuit Fari-
nac. *d. q. 86. n. 27. 83. & 90.* per quadriennium
ex alijs. *n. 114.* in quo ex claro, & alijs quos re-
fert vtraque pœna ſcilicet ictuum funis, &
triremium ad tempus imponi ſolet, idemq;
probat. *n. 115.* maxime in fuſtigatione, tam-
quam leui pœna à iure reputata *ex l. 3. verſ. &* 145
quia plerique ff. de offic. præfecti vigil. in qua ex culpa
immiſſi ab inhabitantibus incendii præſũpta
hęc pœna imponẽda venit, prout ex eo textu

adnotant Felin. Aretin. Auguſtin. ad An-
gel. Carrer. Boſſi. Capiti. Clarus, Maſcard.
& alij à Farinac. adducti. *numer.* 115. quam-
uis. *numer.* 116. *d. l.* 3. deciſionem ſpecialem
146 eſſe, nec ad alios caſus extendi debere con-
tendat, fuſtigationis pœnam ob grauem eius
infamiam maiorem triremij ſupplicio cen-
ſens.

147 Vtcumque tamen ſit ex præſumptioni-
bus vehementibus, atque indubitatis indi-
cijs ſunt qui putent regulariter reum extra-
ordinaria pæna, etiam corporali plectcn-
dum, quod vtique verius iudicant in deli-
ctis occultis Boſſ. Menoch. & alij à Farinac.
adducti. *d. quæſt.* 86. *numero* 34. in tracta-
tibus, & conſilijs ſecreto commiſſis. *nu-
mero* 38. ex Claro, & alijs à ſe relatis. *nu-
mer.* 113.

148 Pro qua ſententia faciunt *text. noſter, & in
c. accedens.* 23. *de accuſat.* aliaque iura, quæ re-
tulit Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 1. *c.* 29. ex qui-
bus, & alijs quæ ſinguli ex interpretibus me-
minerunt, omnes communis ſuffragio con-
ſulunt, vt iudex ex præſumptionibus etiam
violentis, vel neceſſarijs, quæ iuris, & de iure
vocantur, ſi quando ad criminalem pœnam
procedat, temperet ſententiam ſuam, cuius
veriſſimæ opinionis ducem conſtituunt om-
nes hi quos retulit Farinac. *d. quæſt.* 86. *numer.*
83. 110. *& numer.* 114. innocentium *in d. c. quia
veriſimile.* 10. *num.* 2. *verſic. nota tamen infrà hoc*
149 *titul.* quamuis Sarmient. à Farinac. relatus.
numer. 111. abſurdum putet, poſſe iudi-
cem pœnam minuere, opus ei fore adſe-
rens, vel reum damnare, ſi adeo præſum-
ptiones proſint, vel abſoluere, ſi leuiores
ſint.

150 Alij denique ex violenta, vel neceſſaria
præſumptione, ſiue indubitatis indicijs in
delictis atrocibus, nec ad ordinariam, nec
extraordinariam, vel pecuniariam pœnam
reum ſtatim damnandum eſſe, ſed torquen-
dum tenuerunt, ſi qualitas perſonæ patiatur,
hoc in dubio ſemper tutius iudicantes. Hu-
ius ſententiæ principem Ioan. Andre. *in ad-
ditionib. ad ſpeculator. titul. de probationib.* §. *vltim.
verſic.* 30. reliqui nominant, quem ſequuntur
Angel. Auguſtin. *ad illum*, Alberic. Bald. Dec.
Maſil. de magis communi, & æqua teſta-
tus. Deci. Clar. Zephal. Maſcard. & alij
151 quamplures, quos *in ſuis locis* refert Farinac.
d. quæſt. 86. *numer.* 57. præſumptioneſque, at-
que indicia, quæ ad damnandum iuncta ex
veriori ſententia non ſufficiunt, ad torquen-
dum colligi probat ex innumeris Farinac.
numer. 72. quam veriorem & ab interpreti-
bus magis receptam prædicat. *numer.* 74. ab
ea minime recedendum iudicans, eamque
iterum probat. *num.* 83. *&* 94. contra Ioſeph.
Ludouic. à ſe relatum.

Quæ tamen indicia etiam ad torquen- 152
dum in genere ſuo debent eſſe plene, ac
perfecte probata ex doctrina Baldi *in l. ſi quis
ex argentarijs.* 6. §. 1. *numer.* 4. *ff. de edendo*, Ale-
xand. Pariſ. Neuiza Grammati. Cotta, Ga-
briel. Zepha. Menoch. Surd. Peguera, & alij
plures à Farinac. relati. *d. quæſt.* 86. *numer.* 95.
& in delictis difficilis probationis alij multi
adducti ab eodem Farinac. *numer.* 96. *&* 98.
quamuis è conuerſo plures alij, etiam ſi non
plene, ac perfecte præſumptiones, vel indi-
cia probata ſint, reum torqueri quoque poſ-
ſe contendant, quos refert Farinac. *d. titulo*
5. *de indicijs, & tortu. quæſt.* 37. *numer.* 34. *&*
35. *& d. quæſt.* 86. *numer.* 97. quibus aſſen-
tior.

In ſumma quotieſcumque in grauibus 153
delictis præſumptionibus ad condemnan-
dum ſufficiunt, admonent regulariter ex in-
terpretibus plerique iudicem, vt reum tor-
queat, quos ſingulos ad id probandum me-
minit Farinac. *d. quæſt.* 86. *numer.* 64. 66. 83.
94. ſic ab omnibus iudicibus in praxi ob-
ſeruatum ſe vidiſſe adſerens, electionemque
hac in ſpecie reum damnandi, vel torquen-
di, ipſorum arbitrio relictam ex alijs defen-
dens. *numer.* 91. conſulit tamen iudici, ne
arbitrium hoc damnet animam ſuam ex ini-
qua forſan vel ſaltim dubia rei condemna-
tione improbato Sarmiento à ſe relato ex
mente Menochij *de præſumptionib. lib.* 1. *q.* 97. *n.*
16. *&* 17. quem vtrumque refert Farinac. *d. qu.*
86. *n.* 110.

Qua tamen in ſpecie Andre. Fachin. 154
Qui copioſe, ac breuiter de ijs agit. *lib. con-
trouerſiar. iur.* 1. *c.* 29. *verſicul. ego in ca ſum ſen-
tentia* à Farinac. relatus *in d. quæſt.* 86. *numer.*
82. in puncto iuris verius exiſtimat in quo-
cumque delicto ex præſumptione qualibet,
quæ veriſimilis, ac probabilis ſit, nulla ipſa-
rum diſtinctione facta, nec ordinariæ, nec
extraordinariæ, aut pecuniariæ pœnæ locum
fieri, ſed ſi illius conditio patiatur, reum
torquendum ex verbis. *l. milites.* 8. §. *oportet.
C. de quæſtionib. l. vnius.* 18. §. *reus. ff. eod. titul.* à ſe
relatis, quibus conſonat *l.* 2. *titul.* 30. *part.* 7. in
qua exprimuntur perſonæ, quæ torqueri non
poſſunt, ſin minus abſoluendum *l. abſentem.*
5. *ff. de pœn.*

Sententiæ mitioris à ſe prius relatæ
fundamentum, vt ſuam tueatur, poſitum ait
in nonnullis *iuris canonici* locis, quibus pro-
batur ſecundum eum, propter præſumptio-
nes, ac ſuſpitiones reum eſſe puniendum ali-
qua leuiori pœna, referens pro hac parte. *c.
accedens.* 23. *de accuſat. c. ſignificaſti* 5. *de adult. textũ
noſtrum. c. litteras.* 14. §. *penult. in infrà hoc tit. c. de
hoc.* 11. *de Symon. c. cum contumac.* 7. *de heret. lib.* 6.

Cui

155 Cui ſententiæ reſpondet Fachin. adductos pro ea canones de perſonis eccleſiaſticis accipiendos, quæ ſi laborauerint infamia, purgare ſe debent, vel certe ab officio ſuſpendi, ſeu alias leuius extra ordinem puniri, ne videlicet, qui facta Dei adminiſtrant, occaſionem vllam ſcandali cæteris pariant.

Quare ait in conſequentiam ad omnes caſus dictos canones trahendos ita generaliter non videri, præſertim cum in cauſis, ac perſonis laicis ciuili iure ſit ſecundum eum conſtitutum, quæſtioni reum ſubjiciendum. *d. l. milites. 8. §. oportet C. de quæſtion.*

156 Ad argumentum ſeuioris ſententiæ reum ſcilicet ex præſumptionibus violentis, ſeu neceſſarijs pœna ordinaria delicti eſſe damnandum, non aliter, ac ſi deipſo delicto plene conſtaret, quam tribus potiſſimum iuris ciuilis legibus comprobari ait Fachineus *l. ſi qui adulterij. 34. C. ad leg Iul. de adulter. leg. 1. C. ad leg. Cornel. de Sicar. l. ſi non conuitij. 5. C. de iniur.* Reſpondendum putat, tres has leges ad illius ſententiæ comprobationem non ſufficere, nam in *d. l. ſi qui adulterij*, id ſpecialiter

157 ſecundum eum conſtitutum eſt in eorum odium, qui cognationis velamento ſtuduerunt adulterium cælare, vnde inquit ad alios omnes caſus generaliter id producendum non videtur.

Aliæ vero duæ leges, ait Fachineus, non probant, quemquam eſſe damnandum, niſi alias ex plena probatione conſter, crimen eſſe commiſſum, cuius pœnam hac in ſpecie reus non effugiet, qui ea, quæ ad ſui defenſionem proponit, non probauerit, veluti ſe caſu occidiſſe, vel iniuriandi animum non habuiſſe.

158 At quamuis expreſſim ſecundo loco à ſe adnotatam ſententiam, eorum, qui contrarijs præſumptionibus contemptis reum abſoluendum dixerunt. *l. qui ſententiam 16. C. de pœn l. vlt. C. de probationib. l. abſentem 5. ff. de pœn.* Fachineus non improbet, eam tamen iudicio meo tacite reijcit, ſingularem ſcilicet ex qualibet præſumptione reum quæſtioni ſubjiciendum, ſi qualitas perſonæ patiatur, ſin minus abſoluendum, conſtituens, quam *ſuperius* propoſui.

159 Ex qua communia interpretum placita, quibus expreſſa iura, rationes inſuperabiles, praxiſq; communiter admiſſa fauent, damnari nefas iudico, *maxime*, cum conſidero, diuerſas præſumptiones, reorum, ac criminum circumſtantias, à iure, illiuſque interpretibus conſiderari ſecundum vniuscuiuſque qualitates & effectus, vt ex earum diſtinctione diuerſum ius oriatur, neceſſe ſit.

160 Sed vt ex diametro dimicantes opiniones concilientur, ac iura, quæ diuerſas præſumptiones meminerunt, intelligantur, ſciendum eſt, primo loco relatam ſententiam, qua regula negatiua conſtituta fuit, neminem ſcilicet ex indicijs, & præſumptionibus etiam violentis pœna ordinaria delicti, præſertim ſi capitalis eſt, damnandum in criminali iudicio, in quo claritas probationis exigitur. *d. l. vlt. C. de probationib. cum ſimul.* Farinac. ex pluribus alijs à ſe relatis. *d. quæſt 86. num. 6.* regulariter veram cenſeri, licet ſimul multæ conjungantur, non data grauitate delicti, vel nimia præſumptionis claritate: ſed pecuniaria dumtaxat, vt tertio loco propoſita ſententia locum obtineat, vel ſaltim extraordinaria, etiam corporali, quando delicti atrocitas, & præſumptionum grauitas, ſeu mauis violentia expoſcit, prout latius in opinione quarto loco propoſita probatum manet, & conſideret Maſcard. *de probationib. lib. 3. concluſ. 1221. num. 64.* Quamuis tutior ferè omnibus videatur, vltimo loco relata Ioannis Andreæ opinio, vt hac in ſpecie reus torqueatur ſi perſonæ qualitas, & cauſæ circumſtantiæ patiantur.

Quod perperam iudicio meo indiſtincte 161 Fachineus admiſit *d. libr. 1. controuerſ. iur. c. 29.* ex diuerſis præſumptionum effectibus, quos *ſuperius* retulimus. Aliquæ enim ex ipſis, maxime in delictis leuibus, vel contra perſonas torqueri, prohibitas nullius momenti redderentur, quamuis violentæ, aut neceſſariæ forent, delictaque, à quibus rempublicam decet eſſe alienam, impunita remanerent contra deciſionem expreſſam. *l. aut facta 16. ff. de pœn. l. ſi ita vulneratus. 52. §. quod ſi quis abſurde. ff ad leg. Aquil. cum alijs iuris vtriuſque deciſionibus* à Farinac. *congeſtis 1. tom. 1. part. prax. criminal. tit. 3. de delict. & pœn. quæſt. 17. num. 2. 3. 5 & alijs. l. 10. & 11. tit. 7. l. 1. tit. 11.* vbi Azebed. *lib. 2. recop.* maxime ſi reus robuſtus eſſet, vel 163 delictis aſſueſactus, quem iuſte iudex veritatem, quæ ſibi ex vehementi præſumptione conſtat negaturum pertimeſceret, ex Grammati. Capit. Menoch. & alijs Farinac. *d. quæſt. 86. num. 64. & 66.*

162

Cæterum in præſumptione iuris & de iure, vel indubitatis indicijs ſecundo loco propoſita ſententia veriſſima eſt, vt ex his pœna ordinaria reus plecti debeat Farinac. *d. quæſt. 86. num. 52. & 66.* vel in atrocioribus delictis, aſſaſſinij, læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, ac ſimilibus *ſuperius* propoſitis etiam ex violenta præſumptione, vel multis veriſimilibus. Quæ, vbicumque difficilis eſt probario ad diffinitiuam ſententiam, pœnamq; ex ea ordinariam imponendam, ſufficiunt pruut *ſuperius* ex Farinac. *d. quæſtio. 86. à numer. 29.* alias adferente conſtitit. Quamuis in hac etiam ſpecie tutius ſit, reum torqueri, niſi 164

niſi veritatem negaturum ex legitimis conie-
cturis iudex pertimeſcat, Farinac. *proxime ad-
ductus n.64.& 66.*

165 Dæmum omnia hæc iudicis arbitrio con-
ceſſa ſunt, negotij, temporis, perſonæ, loci a-
liorumque ſimilium circumſtantijs inſpe-
ctis, maxime vbi iura pœnam non expri-
munt *l.& ſi ſeuerior.3.* vbi Accurſ. & interpre-
tes. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. hodie 13. ff. de pœn.
l. quid ergo.13. §. pœna grauior. ff. de his qui nota in-
fam. cum pluribus alijs vtriuſque iuris deciſionibus,
& interpretum authoritatibus* à Farinac. *collectis
d. titu.3. de delict. & pœn. q.17. n.7.* rationem hu-
ius arbitrij iudicibus à iure conceſſi *nu* 8. ad-
ijciente, quia videlicet ex prædictis circum-
ſtantijs crimen aliquando excuſabile, ali-
quando atrox redditur. *c. ſicut dignum. 6. extra
de homicid. l. Gracchus. 4. C. ad leg. Iul. de adulter.
l. ſi adulterium. 38. §. Imperatores, ff. eod tit.* qui-
bus ego addo §. *atrox inſtitut. de iniur. l. 2. tit. 14.
l. 3. titul. 16. part. 2. l. 4. tit. 19. l. 5. tit. 20. part. 3. l. 19.*
166 *tit. 9. l. 8. titul. 31. part. 7.* pœnam enim delicto
commenſurandam probat ex alijs Surd. *deciſ.
94. n.9.* Farinac. *d. qu.17. n.9. ex d. c. ſicut dignum,
& alijs iuribus nunc propoſitis.* Quænam tamen
167 qualitates, & circumſtantiæ à iudice inſpi-
ciendæ ſunt? notat remiſſiue *n.10.* alios plu-
res, ac ſe ipſum de ipſis ex profeſſo agentes,
in ſuo vnumquemque *loco* referens.

168 Vt tamen huic quoad criminales cauſas
diſputationi vltima imponatur manus, ſcien-
dum eſt, quotieſcumque contra fiſci, ſeu
accuſatoris præſumptiones, etiam violentas,
vel neceſſarias, præſumptio, dubia etiam, vel
non omnino concludens pro reo adeſt, hanc
vltimam illis præſtare: ſatis enim eſt, fiſci, ſeu
accuſatoris intentionem adnubilare, ſiue
mauis offuſcare, vt verbis vtar Farinac. *d. tit.
9. de reo confeſſo, & conuicto, q.86. n.76.* ex Barto.
*in l. non ſolum 8. §. ſed vt probaui num.2. & 3. ff de
oper. noui nunciatio.* exempla diuerſa propo-
nente, quæ recte à Bald. Alexan. & ſcribenti-
bus *inibi* explicantur: Bartoli doctrinā pro-
bant canoniſtæ omnes *in c. in præſentia 8. de
probationib.* maxime Panor. Fel. n. Veroi Dec.
169 Pariſ. à Farinacio adducti. *d. num.76.* dubiam
probationem adſerentes, cum agitur de ex-
cludendo delicto, releuare, quamuis regula-
riter non releuet. *d. c. in præſentia. 8. l. neque na-
tales. 10. l. matrem. 17. cum alijs eius tit. legibus, &
ſimilib. C. de probationib.* quam Bartoli ſenten-
tiam toto in orbe ſeruari alijs compluribus
adductis probat Farinac. *d. tit. de reo confeſſo, &
conuicto. q.85. n.6. & ſequentib.* idem *d. q.86. nu.
76.* qui quamuis *d. q.85 n.7.* ex Iaſon. Felin. &
alijs regulam *ſuperius* propoſitam limitari cō-
ſentiat in ijs, quæ regulariter permiſſa, licet
certo loco & tempore prohibita, & illicita
ſint. *num.* tamen 8. contrarium verius iudicat

in delictis prohibitis homicidio, furto, & ſi- 170
milibus, actus enim tempore non prohibito
ſed licito factus præſumitur, probanda ta-
men cauſa eſt, ob quam tempore licito fieri
potuit, cum in criminalibus dubia, & poſſi-
bilis pro reo quamuis neceſſaria non ſit pro-
batio, ad eum abſoluendum ſufficiat, maxi- 171
me, cum verba, quæ ſecundum diuerſos in-
tellectus, poſſunt ad bonum, & malum, ad
delictum, & non delictum, ad caſum lici-
tum, & illicitum trahi, ad bonum, ad non de-
lictum, ad licitum potius, quam ad delictum
trahenda probet Farinac. *d. q.85. n.10.* ex Mar-
ſill. & Gabriel. ex quo à *n.11.* varia infert exem-
pla, etiam ſi verba improprìari opus ſit, vt de-
lictum excludatur, prout ex Bernar. Maſcar.
Berthazo, & alijs probat ipſemet Farin. *n.17.*
inducens, vt id probet text. *in c. cum tit. 16. de
teſtib.*

Quod & in conſilio alicui dato ex eodem 172
Farinac. *nu.18.* procedit, ſi ſonet in delictum,
& non delictum; in dubio enim præſumi-
tur potius ad bonum, quam ad malum finē
datum, vel quando in aliquo actu duæ præ-
ſumptiones contrariæ concurrunt, altera ex- 173
cludens, altera è conuerſo includens deli-
ctum, ea enim ſemper attenditur. *n.19.* quæ
delictum excludit. cum ad faciendum actum
quis præſumatur potius cauſa licita, & ex-
cludente delictum, quam contraria motus
ex Barto. Corn. Panormita. & alijs *d. n 19.* al-
latis. Quinimo, *n 20.* ex Menoch. & alijs con-
tendit Farinac. id omnino verum, etiam ſi
contra generalem delicti excluſiuam præ-
ſumptionem, aliqua iuris ſpecialis pro deli-
cto præſumptio adſit. Quamuis autem ſen-
tentiam hanc *num. 21. & 23.* videatur ex eo-
dem Menoch. & alijs impugnare Farinac.
ipſe, quando pro delicto adeſt vrgentior
probatio. *num.* tamen 22. diſtinguit, vt hæc 174
vltima ſententia in ciuilibus prior in crimi-
nalibus locum habeat, quod verius crede-
rem, ſaltim quoad corporalem pœnam, pro-
ut indiſtincte ex alijs Maſcard. deducit *de
probationib. lib.3. concluſ. 1224. num. 3. cum tribus
ſequentib.* licet contrariam Farinac. *d. num. 23.*
veriorem putet.

Quid autem iuris hac in ſpecie obtineat,
cum de quæſtione agitur, vide Farinac. *2. tom.
1. part. prax. criminal. tit. 5. de indic. & tortura, qu.
38. num. 112.* qui regulam hanc multifariam li-
mitat. *d. tit. 9. de reo confeſſo. & conuic. d. quæſt. 85.
à num. 27.*

Regulariter tamen eſt in iure compertum 175
ex vna præſumptione aliam tolli. *l. diuus 8.* v-
bi Accurſ. *verb. æſtimatur ff. de in integ. reſtitutio.
l. non ſolum. 67. in princip. ff de ritu nuptiar. c. acce-
dens. 8. de crimi. falſi. c. tua 26.* vbi Bernard. *de
ſponſalib. cum alijs adductis* à Farinac. *d. tit. de reo
con-*

confeſſo. & conuic. quæſtion. 86. num. 102.

Ex quo vero axiomate variæ ab interpretibus doctrinæ deducuntur, quarum prolixa diſputatio, cum à noſtra videatur ſpecie aliena, & adfectatæ breuitati contraria, à Menoch. *de arbitrar. iudi. lib. 2. caſu.* 432. *& de præſumptionib. libr. 1. quæſt.* 29. *&* 30. Maſcard. *de probat. lib. 3. tota concluſio.* 1224. Farinac. *d. quæſt.* 86. *num.* 103. *cum ſex ſequentib.* & in ſpecie torturæ, *d. quæſt.* 38. *num.* 110. 111. *&* 112. petenda eſt.

176 In ciuili autem iudicio violentam præſumptionem ad diffinitiuam ſententiam ferendam ſufficere, cum plenam inducat probationem, præſens ex interpretibus probat Salomonis iudicium *l. quæro.* 58. §. *vlt. ff. de ædilitio edicto cum ſimilib.* ab Anton. Gomez. *adductis*, qui ex alijs quos refert, terque, quaterque hanc teſtatus eſt communem. *tit. de delictis. c. 12. de probatio. delictor. num.* 26. quem ita referens ſecutus eſt Maſcard. *lib. 3. de probat. concl.* 1221. *num.* 85. quamuis ex ſtatuto ſummaria cognitione opus eſſet. *num.* 86. Huic ſententiæ libenter ſubſcribunt Couarr. *in c. Raynutius 16. ex eo text. §. 11. numer. 1. colum. 2. poſt med. de teſtament.* Anton. Gomez. *iterum 3. tom. variar. tit. de delict. c. 5. num. 4 & d. c. 12. nu.* 25. Sarmien. *lib. ſelectar. 1. 4. 1.* Maſcar. *d. lib. 3. conl.* 1220. *num.* 5. & alij ferme omnes interpretes, qui hanc quæſtionem tetigerunt.

177 Ratio decidendi ad noſtrum textum ex eo profluis, nam ſicut ex adſectione, & pietate in filium præſumitur, ac dignoſcitur paternitas. vt ita loquar *d. l. iſti quidem*, 8. *ff. quod metus cauſa cum ſimilibus alij ſuperius à num.* 13. *ad* 19 *collectis*, ita ex odio, quod voce propria ſignificauit aduerſa mulier, quæ viuum diuidi infantem poſtulabat, contrarium liquet, ex Alciat. *de præſumptionib. reg.* 1. *&* 14. Maſcard. innumeris alijs adductis *de probationib. libr.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 20. *& lib. 3. concluſ.* 1219. *à num.* 2. ex hac veriſſima doctrina plurima notabilia inferentibus.

178 In concluſione autem *ex text. noſtri* deciſione deducta ideo iudex ex violenta præſumptione ſecundum communem ſententiam, quæ à parte nec allegata, nec probata fuit ad diffinitiuam ſententiam procedit, quoniam ſufficit, ex varijs circumſtantijs in iudicio intellectus ab ipſo perceptam fuiſſe, etiam ſi pars ob probationis defectum in cauſa ſuccumbere pertimeſcat, vti notat eleganter Abbas *in præſen. n.* 3.

179 Cuius doctrinæ aduerſa videtur ab interpretibus altera communi calculo admiſſa ſententia, probandam ſcilicet, vel ſaltim proponendam præſumptionem, quantumuis notoriam, vt ſcilicet, quod ex Bernar. Ioan. And. Imula, Cardina. Ange. & alijs à ſe relatis notat Felin. *in præſent. num.* 3. Couarr. Maſcard. & Farinac. plurimos adducentes *ſuperius in ſuis locis* à nobis *numer.* 7. *& ſequent.* relati ex deciſione *l. ſi adulterium cum inceſtu.* 38. §. *ijdem Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adulter.*

Regula tamen *d. §. ijdem Pollioni* multipli- 180
citer fallit ex Felin. *d. num. 3. ad fin.* primo in ſpecie *noſtri text.* quando præſumptio ex facto partis orta eſt, de cuius fauore agitur, emanante in iudicio, & in actis deducto, quæ iuſtam tribuit, etiam non allegata diffinitiuæ ſententiæ cauſam, ex Butr. quem cum alijs refert ſecutus *in præſen.* Felin. *num.* 5. Couarru. *in d. c. Raynutius 16. §. 11. numer. 1. colum. 2. de teſtam.* Maſcard. *de probat. libr. 3. d. concluſ.* 1221. *num.* 100.

Secundo, quando præſumptio aliunde 181
manat, quam ex facto partis ipſius de cuius fauore agitur, etiam ſi ab ea non allegetur, Abbas *in præſent. num.* 4. & Felin. *num.* 3. poſt Bartol. *in l. cum quid 3. numer. 12. ff. ſi cert. petat.* quos ſequitur Couarr. *d. §. 11. num.* 1. inducens pro hac ſententia. *l. omnes* 17. §. *Lucius ff. de ijs quæ in fraud. creditor.* Vnde ad noſtrum textum communis infertur intellectus, præſumptionem in eo nedum à veræ matris, ſed & ab alterius etiam facto deductam fuiſſe, quem probat Felin. *in præſ. n.* 4. idem accidiſſe adſerens *in d. c. Raynutius 16. de teſtam.* Maſcard. *d. concluſ. 1221. n. 97. & 98.*

Couarru. tamen *d. §. 11. num.* 1. ſubtilitate 182
hac ad noſtræ deciſionis expoſitionem opus non eſſe adſerit, ſufficit enim, vt vera mater in ſpecie illius, vendicationis iure filium proprium dicens, & allegans ſæpius poſtularet, abſque alia vlla ſpeciali præſumptionis allegatione, quæ ad ipſam filij proprietatem tendebat, verbi gratia, inquit Couarr. ſi ignorantia vel bona fides præſumatur, ignorantiam ipſam vel bonam fidem allegaſſe ſufficit, quamuis illarum præſumptio non allegetur, quod ſupplere ideo iudex poteſt, ac debet *l.* 1. vbi notant interpretes, C. *vt quæ deſunt aduocat. partt. iud. ſupple.* Quaſi velit Couarr. ex principali cauſæ allegatione, præſumptionem etiam ab ipſius controuerſia ortam allegatam videri.

Cuius ſententiam in ſpecie noſtra, tanti 183
viri habita pace non adeo tutam cenſeo, vt ob eam ſit ab intellectu communi recedendum, cum vera detegatur diſcriminis ratio inter ſpecies ignorantiæ, ac bonæ fidei à Couarru. inuentas, quæ ſemper præſumuntur, & noſtram, in qua nulla pro matre aderat alia præſumptio, quam ea, quæ in iudicio orta fuit, vt non abs re interpretes allegationis omiſſionem excuſare contendat.

Tertio fallit regula §. *ijdem Pollioni* in no- 184
torio, quod ex actis reſultat, cuius allegatio neceſ-

neceſſaria non eſt. *c. cum olim* 24. *de verb. ſignificatio*, Bernar. Innocen. Butri. & alij plures, quos ſecutus refert Maſcard. *de probat. libr. 2. concluſ.* 1104. *à num.* 5. quamuis limitatio hæc regularis non ſit, vti apud Farinae. videre licet 1. *tom. 1. partis prax. criminal. tit. 3. de delict. & pœn. q.* 21. *num.* 110.

185 Quarto prædicta regula locum non habet in notorio ex facto iuris reſultante, in quo iudex omiſſam allegationem ſupplere poteſt, & abſque vlla partis propoſitione procedere, prout *ex noſtro text.* quem ita intelligit, probari docet Barbae. *conſ. 57. colum 6 lib. 3.* quem ſecutus retulit Maſcard. *d. concluſio.* 1104. *n.* 9. & alijs adductis *nu.* 21. *ex d. c. Raynutius* 16. *de teſtament.*

186 Reſtat nunc argumentis pro dubitandi ratione adductis ſatisfacere, quorum vis Deo duce facili negotio elidetur. Non obeſt imprimis præſumptionem nec ad ſemiplenam probationem prodeſſe, quamuis enim id regulariter verum ſit, ſpeciale tamen ius in violenta iuris, aut hominis præſumptione, vel iuris, & de iure, quam interpretes neceſſariam vocant, conſtitutum eſt, quarum quælibet plenam ſaltim in ciuilibus probationem inducit, vt ad ferendam ſententiam ſola ſufficiat *ex text. noſtro, & ſimilib.* ac interpretibus omnibus *ſuperius ſparſim* adductis, iura vero in argumento contenta ad veriſimiles præſumptiones, quæ leuiores ſunt, nec plenam probationem inducunt, ſunt referenda, ex quibus neminem damnari fas eſt ex verbis Vlpiani *in d. l. abſentem, 5. verſ. ff. de pœn. in argumento* prolatis, cum tamen in vehementibus, & neceſſarijs contrarium reſpondeat Imperator. *in d. l. ſciant cuncti vlti. C. de probat. cum alijs iuribus in confirmationem huius veriſſimæ ſententiæ ſuperius non ſemel euocatis.*

187 Non item obeſt ſecunda dubitandi ratio,
in pari cauſa potiorem eſſe conditionem
poſſidentis. Regula enim hæc à ſpecie no-
ſtra longe abeſt, in qua par vtriuſque mulie-
ris conditio non fuit, quarum altera nihil
probauit, altera violenta, ſeu verius, neceſſa-
ria, notoriaque præſumptione in actis dedu-
188 cta munita conſpicitur, quæ ideo dicitur
fundatam intentionem habere. *l. generaliter.*
24. *§. ſi petitum in fine, ff. de fideicommiſſar. liberta-*
tib. Maſcard. ex alijs *d. concluſ.* 1221. *n.* 4. quam-
uis aduerſario negatiuæ probatio incumbat.
num. 5.

189 Quare rationi conſonum eſt, vt pro ſe talem habens præſumptionem obtineat, niſi alia ab aduerſo producatur fortior, & vehementior præſumptio. *l. dtum* 8. *ff. de in integ. reſtitutio. l. non ſolum.* 67. *ff. de ritu nupt.* cum alijs iuribus, quæ in ſpecie adfert Tiber. Decian. *conſ. 1. numero* 42. *lib. 2.* Maſcard. *d. libr. 3. de probationib. concluſio* 1224. vel alia maior probatio teſte domino, atque auo meo Ioan. Martien. alios adducente *in l. 1. tit. 10. ſchol. 21. numero 10. libr. 5. recop.* Maſcard. *d. quaſt. 21. numero.* 10.

Nam iuris contra ſe præſumptionem habens, duriore probatione grauatur, prout ex *l. vltim. ff. de eo, quod met. cauſ.* Accurſ. Bal. ſpeculato. Fulgoſ. Iaſon. Decio, Zepola, & alijs tenet Maſcard. *d. concluſio.* 1221. *numer.* 6. qui. *numer.* 7. ex Rolan. Pariſ. & alijs probationes huiuſmodi præſumptioni contrarias luce clariores deſiderat, quod *vſque ad numero* 19. proſequitur. 190

Nec in effigie noſtra regulæ iuris, *actore non probante reus abſoluitur, fauorabiliores ſunt rei, quam actores*, quicquam proſunt, cum diſpar inter partes ius, & conditio inueniatur, vt hinc conſtet, nihil eſſe, quod iudex ſuppleat, præſumptio ſiquidem violenta *ex prædictis* plena probatio eſt, & ad ſententiam diffinitiuam ferendam ſufficit. 191

An autem in notorijs iuris ordo prætermitti à iudice poſſit, latiſſime diſcutit Farin. 1. *tom. 1. part. prax. & Theori. criminal. tit. 3. de delict. & pœn. quaſt. 21. à num.* 60. in quo regulam quoad criminalia conſtituit negatiuam, quo ad ciuilia iudicia affirmatiuam, *numero* 61. 191

Mihi plane ſummaria Salomonis cognitio in Rege potius, quam in iudice probatur, à quo iuris ordo peruerti non debet. *c. iudicantem 11. 30. quaſt. 5. Iudicantem* (ait) *oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, obiiciendique prabita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter, nec litigantibus iudex prius velit ſua ſententia obuiare, niſi quando ipſi iam peractis omnibus, nihil habeant in quaſtione, quod proponant, & tamdiu actio ventiletur, quouſque ad rei veritatem perueniatur, frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat, quod adnecti conuenerit.* Idemque probat *c. vltim. de re iudic. libr. 6. de menti. ſæpe 2. de verb. ſignificatio. cum alijs iurib. ſuperius numero* 193
124. *congeſtis.* Imo & notoria quæcumque in actis reducenda conſulunt interpretes, ne iudex in ſyndicatu teneatur, quod ex alijs veriſſimum cenſet Farinae. *d. quaſt. 21. à num.* 83. maxime *numero* 159. Idque à Salomone etiã in allegationibus obſeruatum in ſuæ prolatione ſententiæ teſtis eſt Accurſ. *verbo ex libello in l. 2. C de ſentent. ex periculo recitand.* 194

Quod vero attinet ad allegationem præſumptionis, *ſupra in ratione decidendi*, eam in ſpecie noſtra neceſſariam non eſſe probauimus, in qua præſumptio ex dictis vtriuſque mulieris in iudicio orta eſt, quod ideo non repetam. 195

Ad

196 Ad tertiam dubitandi rationem reſpondetur, ſententiam ex præſumptione latam canonibus aduerſari non eſſe, cum animo iudicis ex vera, & plena probatione inſtructo feratur. *l. licet Imperator 77. ff. de legat. libr. 1. l. quoniam ſororem 7. C. de iure deliberan. c. illud 11. infra hoc tit.* Alexand. Iaſon. Cagnol. Deci. Berthazol. & alij, quos adfert ſecutus Maſcar. *d. concluſio. 1221. à numer. 11.*
197 Quod nos vtique hac integra repetitione comprobauimus, quamuis ſummo Pontifici Imperatori, Regi, vel cuicumque alij ſuperiorem non agnoſcenti liceat ſecundum propriam conſcientiam actis poſthabitis iudicare vti ex Bar. Baldo Feli. Decio, Capra, & alijs à ſe adductis indubitatum cenſuit Maſcard. *de probationib. dicto lib. 2. cond. 948. nu. 6.* circa quæ videndus eſt omnino Ioan. Neuizan. *conſil. 80. num. 38. & 39.*

Vltimæ dubitandi rationi ſatisfit, ideo in 198
ſpecie noſtra ob partus ſuppoſiti, filijque ſubrepti crimen pœnam capitalem indictam mulieri non eſſe, quoniam actio hæc criminalis, à iudicio, quod agebatur, ciuili, aliena erat ex Panormita. *in præſen. numer. 6.* & alijs quos, vt id probarem, attuli *ſupra num. 119. & 120.* Quibus ad laudem Dei omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ac Deiparæ Virginis Mariæ abſoluitur hæc noſtra diſputatio.

Ex c. quoniam omne. vlt. de præſcriptionib.

S V M M A R I A.

1 *Diuiditur littera textus.*
2 *Concluſio adſignatur.*
3 *Ciuili iure longiſſima præſcriptio etiam cum mala fide admittitur.*
4 *Mala fide etiam longiſſimo tempore præſcribens, ſi rem amittat, non vindicat.*
5 *Actiones reales, vel perſonales annis triginta cum mala fide præſcribuntur.*
6 *Qui debitum contraxit, ſcire tenetur, ſe debere.*
7 *Mala fides in rei alienæ ſcientia, vel credulitate conſiſtit.*
8 *Ius exequendi decem annis præſcribitur, actio perſonalis viginti, hipotecaria triginta.*
9 *Famuli, & mæchanici opifices poſt tres annos decurſos ſalaria non exigunt.*
10 *Leges regia in Hiſpania primo loco ſeruandæ ſunt.*
11 *Nulli licet extra territorium ſuum ius dicere.*
12 *Eadem in præſcriptione bonæ, ac malæ fidei, peccati ratio vigere videtur.*
13 *Dictio etiam caſum præcedentem implicat.*
14 *Iura noſtræ deciſioni conſona referuntur.*
15 *Interpretes de ipſius materia agentes enarrantur.*
16 *Præſcriptio quas ſignificationes habeat? remiſſiue.*
17 *Præſcriptionis definitio.*
18 *Bona fides cogitatio rei propriæ, & alienæ ignorantia dicitur.*
19 *Bonæ fidei poſſeſſor quis dicatur?*
20 *Facilis eſt bonæ, vel malæ fidei cognitio.*
21 *Medium inter bonam, & malam fidem conſtitui non poteſt.*
22 *Contrariorum eadem eſt ratio, vis contraria.*
23 *Ad poſitionem vnius ex contrarijs alterum remoueri opus eſt.*
24 *Argumentum de contrario ad contrarium adſertiue, vel negatiue conceptum valet.*
25 *Secus vbi medium inter contraria inuenitur; nam adſertiue tantum valet.*
26 *Sententia pro actore lata reum à iure ſuo deiicit, ſecus, ſi pro eo feratur, quia tenetur alijs reſpondere.*
27 *Res inter alios acta alijs nec nocet, nec prodeſt.*
28 *Poſſitne medium inter bonam, & malam fidem ſtatui?*
29 *Hermaphroditus vir, aut fœmina iudicatur ex natura, quæ in eo magis incaleſcit.*
30 *Medium extremi adſumit naturam, cui propius accedit, quando inter extrema conſtitui non poteſt.*
31 *Dubitatio ad proſequendam, non ad ineundam præſcriptionem ſufficit.*
32 *Probabile malæ fidei ſpecimen præſcriptionem inter-*

interrumpit.

33 Multos eſſe gradus bonæ, ac malæ fidei oſtenditur.

34 Ignorantia in iure, & in facto adeſſe poteſt, & hæc ad præſcriptionem ſufficit.

35 Ex Bartolo iuris error nec bonam, nec malam fidem inducit.

36 Iuris errore præſcriptio ad quam titulus non requiritur, ex communi ſententia procedit.

37 Iuris non adſiſtentis, nec reſiſtentis error bonam fidem non impedit.

38 Bartoli adſertioni proxime recitatæ reſpondet Couarruuias.

39 Ad præſcriptionem ex Medina in foro interiore iuris error inuincibilis ſufficit.

40 A præſcriptione quoque longiſsima mala fides abeſſe debet.

41 Securus eſt iure etiam canonico emptor ex Pinelo, qui cum errore, cui ius reſiſtit, longiſſimo tempore rem poſſedit.

42 Veriſimile non eſt, patrem filijs nociturum.

43 Patris poteſtas in bonis filij, tutoris vel curatoris poteſtatem ſuperat.

44 Lex generaliter loquens generaliter intelligenda eſt.

45 Longiſsimi temporis curſus plenum inducit effectum.

46 In præſcribente bona fides adeſſe præſumitur.

47 Filius ex Pinelo à patre alienata bona poſt tertij præſcriptionem legitimam recuperare non poſſe videtur.

48 Quomodolibet lex errori reſiſtat, præſcriptionis ex eo curſus retardatur.

49 Error iuris etiam reſiſtentis ignotus ad longiſſimam præſcriptionem ſufficit?

50 Idiota conſilijs peritorum ductus iuſtam habet ignorantiæ cauſam.

51 Mens Pineli ad clarum iuris errorem dirigitur.

52 Quid ex Pinelo voluerit Imperator in l. 1. C. de bon. maternis?

53 Ad ius ciuile Pinelus communem ſententiam refert.

54 Pro patris adfectu iuris adeſt præſumptio.

55 Alienandæ rei filij poteſtas patri eſt interdicta.

56 Ad ea, quæ frequentius accidunt, leges adaptantur.

57 Authent. niſi tricennale limitat l. 1. C. de bon. matern.

58 Contra filium agere impeditum, nec ſui iuris effectum præſcriptio non currit.

59 Longiſsima præſcriptio, cui bona fides adeſt, iure canonico plenum effectum inducit.

60 Lex iuſta ſemper rationabilis, & honeſta eſſe debet.

61 Iuris reſiſtentis error ſolus malā fidem aperit.

62 L. 8. tit. 14. partita 1. videtur iuris etiam reſiſtentis errorem ad quadragenariam contra eccleſiam præſcriptionem admittere.

63 Gregor. Lop. communi ſe contra Pinelum ſententiæ adſcribit.

64 Legem regiam in iuris errore cum facti errore mixto Gregorius intelligit.

65 Impugnatur ab eodem Gregorio prædictus intellectus.

66 Legum, correctio vitanda eſt.

67 Lex ex alia lege declaratur.

68 Donatio à præſcriptione differt.

69 A diuerſis non fit illatio.

70 Valente donatione nihil proficit præſcriptio.

71 In præſcriptione longiſsima legem partitæ intelligit Gregorius.

72 Ordinaria contra eccleſiam præſcriptio quadragenaria eſt.

73 Ad præſcriptionem quadragenariam contra eccleſiam titulus etiam deſideratur.

74 Alij legem regiam ad ius ciuile referunt.

75 Ad præſcriptionem contra eccleſiam cum bona fide titulus quoque requiritur.

76 Error iuris ex verbis regiæ legis præſcriptionis curſum retardat.

77 Lex partitæ aliquibus reijcienda viſa eſt.

78 Alienatione prohibita vſucapio prohibetur.

79 Iuris error malam fidem producit, quæ præſcriptionem interrumpit.

80 Iuris error à pœna legis quantumuis magna non excuſat.

81 Delicta non debent manere impunita.

82 Pactum, quo dolus futurus remittitur, non valet.

83 Delictum admittens pœnæ ſe ſubdit.

84 Lex regia in facti errore procedit.

85 Quæ in ſpecie donatio valuit, nullius eſt momenti præſcriptio.

86 Sciens vel errans contra ius non præſcribit.

87 Quam vocet iuſtam regia lex ignorantiæ cauſam.

88 Conſuetudo, vt Epiſcopus res Eccleſiæ inconſulto capitulo alienet, ſeruanda eſt.

89 Error facti bonam fidem, ac titulum tribuit.

90 A Gregorij ſententia quomodo & quare diſſideat author?

91 An & quando error iuris cum errore facti mixtus malam fidem non inducat?

92 Iuris dubij error an & quando ad bonam fidem? an ad titulum quoque proſit?

93 Dubius regulariter præſcribit.

94 Dubitatio ignorantiæ comparatur, quamuis non adeo efficax ſit.

95 Butrij ſententiam impugnat Couarruuias.

96 Ceſſante ratione legis ceſſat ipſius diſpoſitio.

97 Ad initiū præſcriptionis dubitatio non ſufficit.

98 Improbatur ſententia volentium dubium non præſcribere.

99 Suſpicio accedit propius naturæ bonæ, quam malæ fidei.

100. Suſpi-

100 *Suſpicio ad initium præſcriptionis non prodeſt, ad eam peragendam ſufficit.*

101 *Opinio rei alienæ præſcriptionis curſum impedit, quia propius malæ accedit fidei.*

102 *Opinio, & ſuſpicio confunduntur, eas tamen diſtinguit Bartolus.*

103 *Credulitas rei alienæ præſcriptionem interrumpit, quia credens parũ à ſciente diſtat.*

104 *Quæ interpellatio poſſidentem in mala fide conſtituat?*

105 *Sed omnium dicenti fidem habere poßidens non cogitur, quia mentiri poteſt.*

106 *Quando credulitas vera eſt, interrumpitur cœpta præſcriptio.*

107 *Denunciatio iudicis iuſſu prolata executore dato præſcriptionem impedit.*

108 *Ex lite mota præſcriptionis curſus retardatur.*

109 *Iure canonico, & ciuili præſcriptio nõ valet, cuius initio ſimpliciter, & abſolute ſumpta bona fides non adfuit.*

110 *In principio præſcriptionis admonitus rem ſuam non eſſe, non præſcribit.*

111 *Pineli fundamenta recitantur.*

112 *Ex falſo antecedenti collecta illatio falſa eſt.*

113 *Limitatur deciſio l. ſi quis inficiatur 13. ff. depoſiti.*

114 *Dubitatio ad inchoandam præſcriptionem non ſufficit.*

115 *Plus prodeſt domini, quam non domini denunciatio.*

116 *Fama publica rem poſſeſſam alienam eſſe quando præſcribenti officiat?*

117 *Magnam diligentiam adhibens domino non inuento iuſtam habet præſcribendi cauſã.*

118 *Rei alienæ ſcientia ſemper præſcriptionem impedit.*

119 *Ex mala fide interrupta præſcriptio procedere, incipi, aut renouari nequit ex aliquorum ſententia.*

120 *Verior tamen videtur contraria opinio.*

121 *Ratio decidendi noſtri textus proponitur ex eius verbis deducta.*

122 *Leges ciuiles, & regiæ præſcriptionem cũ mala fide admittentes iure canonico abrogãtur.*

123 *Contra decidendi rationem proponitur difficultas ex auth. vt Eccleſ. Roma. § 1. coll. 8.*

124 *Præſcriptio quare iniqua ab aliquibus iudicetur?*

125 *Leges præſcriptionem admittentes iuſtæ ſunt, & conſequenter præſcriptio ipſa.*

126 *Præſcriptio contra Eccleſiam iniuſta dicitur ab aliquibus.*

127 *Felinus authentici verba in ſolo malæ fidei poſſeſſore intelligit.*

128 *Dictio* etiam *in ſerie dicti authentici & ignorantes implicat.*

129 *Dictionis* etiam *natura eſt, vt caſum dubitabilem explicet, indubitabilem implicet.*

130 *Scientium expreßione dictio* etiam *ignorantes non implicat.*

131 *Bona fide impletam præſcriptionem iniquam dici claris legum deciſionibus repugnat.*

132 *Dictio* etiam *iungenda erat dictioni & in principio periodi poſita, vt abſurdũ vitetur.*

133 *Pineli expoſitio alijs præponitur.*

134 *Iuſtam habet ignorantiæ cauſam, qui in ius alterius ſuccedit.*

135 *Ciuili iure longißima præſcriptio cum mala etiam fide admittitur.*

136 *Præſcriptio nec odioſa eſt, nec æquitati repugnat.*

137 *Leges regiæ nouiores peccatum nõ inducunt, & Regũ noſtrorum religio commendatur.*

138 *Ex nulla lege regia præſcriptionem admittente peccatum inducitur.*

139 *Actionum perſonalium præſcriptio conſcio etiam debitore valere.*

140 *Debitor ſolutionem differens non eſt in mala fide, niſi eam neget.*

141 *Hac bona fide impleta præſcriptio ex multis prodeſt.*

142 *Iniuſta debitoris ſe debere ſcientis poſſeßio præſcriptionem impedit.*

143 *Debitor ſe debere ſciens non poßidet, & ſine poſſeßione præſcribere non poteſt.*

144 *Debitum à debitore ſoluere renuente quaſi poßidetur.*

145 *Vero heredi datur actio in eum, qui ſe pro hærede geßit.*

146 *Tertius poſſeſſor, vel hæres debitoris iuſtam habet ignorandi cauſam.*

147 *Duæ quæſtiones circa legum regiarum iuſtitiam proponuntur.*

148 *Leges regiæ iuſtæ ſunt, & obſeruandæ, actiones autem iure ciuili inductæ.*

149 *Communis ſententia ſingulari plerumque præferenda eſt.*

150 *Princeps poteſt, actiones limitare, tollere vel certis limitibus circumſcribere.*

151 *Actio redhibitoria poſt ſex menſes, quanto minoris poſt annum, de dolo poſt biennium l. 2 C. de reſcinden. venditio. poſt quadriennium extinguuntur.*

152 *Olim ex pacto nudo actio denegabatur.*

153 *Nemo ſine actione in iudicio experitur.*

154 *Fortunius negat actiones perſonales, & reales præſcribi, ſecus in redhibitoria, & ſimilibus iudicans.*

155 *Actio redhibitoria & ſimiles cum mala fide ex multis præſcribuntur.*

156 *Ratio differentiæ inter præſcriptiones ordinarias, & actionum præſcriptiones.*

157 *Diſcrimen à Fortunio adnotatũ impugnatur.*

158 *Lethale crimen committit, qui non ſoluit, vel implet id, quod ante lapſum præſcriptionis tempus ſoluere, vel implere tenebatur.*

159 *Pactum nudum non implens peccabat lethaliter, quando actionem non producebat.*

160 *Leges regiæ omnes de præſcriptione loquentes iuſtæ ſunt.*

161 *Pactum nudum quare olim actionem non producebat?*

162 *In præſcriptionibus actionum præſumitur dolo petere, qui ante ipſarum terminum non petijt.*

163 *Præſumptiones hæ, quibus præſcriptio innititur, iuris, & de iure ſunt.*

164 *Contra præſumptionem iuris, & de iure nulla admittitur probatio præter partis confeſſionem.*

165 *Aequius tamen videtur in ſpecie noſtra euidentes quoque probationes admitti.*

166 *Præſcribentes cum mala fide in foro poli tuti non ſunt, quamuis à iudice in contentioſo fuerint liberati.*

167 *Delinquens elapſo actionis termino pœnam effugiens in foro interiori non tenetur.*

168 *Hæres legati actione ob decurſum tempus ceſſante illud ſoluere non obligatur.*

169 *Actio ad petendum legatum durat annis triginta, quibus elapſis repudiatum cenſetur.*

170 *Legatarius à morte teſtatoris legati dominus efficitur.*

171 *Actio ex pacto reuendendi nata viginti annis in foro poli etiam cum mala fide ceſſat.*

172 *Præſcriptionem bona fide impletam ſuperueniens mala non lædit.*

173 *Contra eum, qui præſcripſit, denunciationis euangelicæ remedium non admittitur.*

174 *Ex vſucapione, vel præſcriptione dominium vtile, ac directum præſcribenti quæritur.*

175 *Leges præſcriptionem cum mala fide admittentes iure canonico antiquata ſunt.*

176 *Longiſſima hodie præſcriptio in vtroque foro cum mala fide non admittitur.*

177 *Mala fides authoris ſucceſſori bonam habenti non nocet.*

178 *Ex Fachineo ſucceſſori mala fides authoris officit.*

179 *Vitia primi poſſeſſoris in hæredes tranſeunt, qui ea excludere nequeunt.*

180 *Defunctus, & ſucceſſor in iure vna, & eadem perſona reputantur.*

181 *Hæres tenetur potius exonerare defuncti conſcientiam rei reſtitutione, quam eius præſcriptione ſuam facere.*

182 *Iura præfata locum habent in hærede acceſſione temporis vtente.*

183 *Expenduntur verba legum, quas recitat Fachineus.*

184 *Diſtinctio inter malam fidem veram, & fictam improbabilis eſt.*

185 *Bonam ſucceſſoris fidem titulus pro emptore, pro hærede, pro ſuo iuuat.*

186 *Ciues bonam fidem habentes præſcribunt, ſi acceſſione authorum non vtantur.*

187 *Ciuitas eadem ſemper eſt.*

188 *Vbicumque bona fides tempore legibus definito adeſt, præſcriptio rite procedit.*

189 *Res aliena ſcientia à poſſidente, quocumque præſcriptionis tempore abeſſe debet.*

190 *Ad præſcriptionem, quæ titulum requirit, ipſius probatione opus eſt.*

191 *Quæ facti ſunt egent probatione.*

192 *Ignorantia tituli re vera illum habenti & probanti non obeſt, quominus præſcribat.*

193 *Subſtantia rei potius, quam poſſeſſoris opinio ſpectatur.*

194 *Bonam fidem non præſumi, quamuis contrarium non probetur, defendit Fachineus.*

195 *Ei, qui dicit, probatio incumbit.*

196 *Pro bonam fidem allegante iuris adeſt præſumptio, quæ probandi onus in aduerſarium transfert, quamuis negatiuæ ipſi probatio incumbat.*

197 *Bona fides ad animum ſpectans teſtibus vix probari poteſt, & ad præſcriptionem cauſa putatiua ſufficit.*

198 *Nec malus quiſquã, nec doli reus præſumitur.*

199 *Præſumptio vera ſpecies probationis habetur.*

200 *Præſcriptio hominum memoriam excedens corruit, ſi in eius proſecutione de tituli vitio conſtet, ea per acta ſecus.*

201 *Veritate patefacta conſuetudo veritati cedit.*

202 *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*

203 *Succeſſor vitioſi authoris titulum ignorans rectè præſcribit, ſi acceſſione temporis, quo author poſſedit, non vtatur.*

204 *Mota lite contra Titium poſſidentem non impeditur præſcriptio reſpectu alterius.*

205 *Res inter alios acta alijs nec nocet, nec prodeſt.*

206 *Ex litis conteſtatione victoria ſubſecuta non eſt inducta mala fides, ſed vacillatio quædam, aut dubitatio.*

207 *Litis conteſtatio poſſidentem in mala fide conſtituit.*

208 *Lite mota contra Titium, mala fides contra tertium non inducitur.*

209 *Mala fides ex lite orta victoria parta ceſſat.*

210 *Tertius poſſeſſor, qui pro emptore, pro hærede, pro ſuo rem poſſedit, quamuis ſocio lis moueatur principium iuſtum præſcriptioni tribuit, & poſt victoriam magis in ſua cogitatione confirmatur ab omni dubitatione alienus.*

211 *Ex quauis animi incertitudine præſcriptio inchoari nequit.*

212 *Præſcribens ex litis denunciatione rem ſuam non eſſe ſciens malam fidem habet, ex qua præſcriptio retardatur.*

213 *Quæſtiones circa fructus bonæ fidei poſſeſſori acquirendos, & alia de diuerſis præſcriptionum ſpeciebus proponuntur remiſſiue.*

214 *An maioribus ex capite iuſtæ, ac probabilis ignorantiæ contra præſcriptionem reſtitutio detur? ſummarium examen.*

INNO-

INNOCENTIVS TERTIVS
IN CONCILIO GENERALI
LATERANENSI

Cap. XLI.

QVoniam omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt, ſynodali iudicio definimus, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam canonica, quam ciuilis. Cum generaliter ſit omni conſtitutioni, atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari. Vnde oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

c. quoniam omne.vlt. de præſcriptionib.

1 HAnc litteram in quatuor partes diſtribuit Panormitanus. In prima ſecundum eum conſtitutionis huius cauſa deſignatur. In ſecunda conſtitutio ipſa proponitur. In tertia illatio ex ſuperiore cauſa deducitur. In quarta & vltima concluſio ex præcedentibus infertur. Prima *in principio* eſt. Secunda *in ijs verbis ſynodali.* Tertia *in verſic. cum generaliter.* Quarta *in verſic. vnde oportet.*

Caſus in terminis proprie fingi non valet, quamuis Panormitanus huic etiam ſtudio ſe addixerit, cum vniuerſalis ſit Innocentij deciſio, quæ vniuerſas præſcriptiones bona fide deſtitutas varijs quidem cauſis, & rationibus condemnauit. Quare in eius fictione proponenda à ſuperuacaneo labore ſuperſedendum cenſui ſequens thema diſputandum ſubijciens.

CONCLVSIO.

2 *Nec in foro canonico, nec in ciuili præſcriptio cum mala fide admittitur.*

3 Contra quam concluſionem pro dubitandi ratione conſidero ciuili iure triginta vel quadraginta annorum præſcriptionem etiam cum mala fide admitti. *l. ſi quis emptionis.* 8. §. *quòd ſi quis.* C. *de præſcriptio* 30. *vel* 40. *annor.* quamuis non poſſit is, qui cum mala fide rem præſcripſit, ſi ſemel à poſſeſſione ceciderit, ad eam recuperandam agere. Quod 4
vtrumque clarius explicant aurea. *l.21.tit.29. part.3.* verba *Treynta años continuadamente, o dende arriba ſeyendo algund home tenedor de alguna coſa, por qual manera quier, que ouieſſe la tenencia, que non le mouieſen pleyto en todo eſte tiempo, ganarla ya maguer fueſe la coſa forzada, hurtada, o robada, e maguer, que el Señor della gela quiſieſe demandar de alli adelante, non ſeria tenudo de reſponderle ſobre ella amparandoſe por eſte tiempo. Pero ſi aconteciese, que el fueſe desapoderado de la tenencia perdiendola, o en otra manera, non le finca derecho, para poderlo demandar en juycio a aquel, a quien la fallaſe.*

Eamdem cum mala fide præſcriptionem 5
admittit Imperator *in l. ſicut in rem.3.* C. *de præſcriptio.30. vel 40. annor. l.1.§ ad hæc.* C *de anna. exceptio. l.22. titu. 29. part.3.* Quæ diſponunt, actiones omnes tam reales, quam perſonales triginta vel quadraginta annorum ſpatio
præſcribi. Cum tamen compertum in iure 6
ſit, debitores præſcribentes in mala fide conſtitutos, eos maxime, qui debitum ipſi contraxerunt, & ſe, ac res ſuas ad aliquid ſoluendum, vel faciendum obligarunt. *c. ab excommunicatio.* 41. *ad finem inibi, qui de facto ſuo certus eſſe debet de reſcript. l. vlt. ff. pro ſuo,* & ſcribentes, *vtrobique* Maran. *in l. ſi poteſt.* 18. *ex numero* 286 *ff. de acquiren. hæredita.* Azebed. ex alijs à ſe relatis *in l.1. numero* 8. *l.* 2 *à numero* 4.
ad 8. *titul.*7 *libr.*4. *recopilation.* Mala enim fi- 7
des in rei alienæ ſcientia conſiſtit, imo, & in ſimplici credulitate *ex inferius adnotandis à nu.* 103. *ad* 118. & Couarru. *in reg. poſſeſſor.*3.2. *parte,* §.7. *n.*1. *de regul. iur. lib.*6.

8 Nedum autem communi iure, & partitarum id obtinet, ſed & regijs nouioribus legibus, quarum ſanctiones in praxi obſeruant iudices. Ius enim exequendi cuiuslibet inſtrumenti publici, aut guarentigiæ, vt ita dicam obligationis, vel ſi mauis paratam executionem habentis decem annis præſcribitur actioque ipſa viginti, ſi perſonalis ſit, ſi hipotecaria, prout ſunt omnia ferme debita publica ſcriptura contracta, qua perſona, & bona obligantur, triginta annis, ſicut eſt expreſſum *in l.63. Tauri* hodie. *l.6. titul.15. libr.4. recopilation.* quæ aperte corrigit. *l.4. titul.13. lib.5. ordinamen.* ſtatuentem ad perſonalem actionem præſcribendam decem annorum ſpacium ſufficere de cuius deciſionis iuſtitia late & erudite Parlador. *lib. rer. quotidianar. 1. c.1. §.11. 12. 16. & 17.*

9 Similem præſcriptionem admittit *l. vltim. tit. 15. lib. 4. recopilation.* aduerſus famulos, pharmacopolas, alioſue quoſcumque opifices mœchanicos, qui in officinis, ſeu tabernis publicis merces ſuas vendunt, quibus ad petenda, quæ ſibi ex prædictis cauſis debentur, actionem poſt tres annos decurſos denegat, cum tamen ſciant vtique domini, vel alij ementes nondum ea debita ſoluta. Idemque ius contra aduocatos, & procuratores ſtatuit. *l.32. titul.16. lib. 2. recopilation.* vt trium poſteriorum annorum ſalaria, non vltra exigere poſſint.

10 Quæ leges in noſtra Hiſpania imprimis obſeruandæ ſunt, quia quando ius canonicum cum ciuili pugnat, canonicum in terris Eccleſiæ, ciuile in imperio, aut regno ſeruandum eſt. *c.2.* vbi Ioan. Andr. *verb. lex ciuilis in fine*, & ſcribentes *de arbitr. lib 6.* Panormitan. *in c.1. num. 7. de noui operis nunciatio.* cum alijs, quos adſert Fachin. *controuerſiar. iur. lib.1 c.33. verſic. ad prima quidem opinio.* ex Auendan. Parlador. *in ſeſquicentur locor. differen.138. num.2. in*

11 *fine.* Nec enim cuiquam licet extra territorium ſuum ius dicere. *l vlt ff de iuriſdictio. omn. iudic. l.7. ad finem titul. 4. l.15. titul. 22. parte.3.*

12 Augetur hæc dubitandi ratio, nam *in præſenti* Pontifex ea ſolum ratione motus præſcriptionem cum mala fide damnat, quia lætale peccatum admittit, qui rem alienam ſciens detinet. Quæ peccati ratio in eo etiam locum habere videtur, qui cum bona fide id ignorans præſcribit *authenti. vt Eccleſ. Roma. cent. annor. gaude. præſcriptio. §. habeat collatio. 2. nec iniquum*, ait Imperator, *hominibus impium maneat præſidium, & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur.* & paulo poſt inferius, *ille ſeruetur innocens, qui re vera innoxius ſit nec improba temporis allegatione ſe ſe tueatur, tempus pro veritate prætendens.*

13 Quibus verbis adparet, præſcribentes omnes tam cum bona, quam cum mala fide peccare, dictio enim illa, *etiam*, & ignorantes implicat, vt expendit Imola *in l. ſequitur. 4. §. ſi viam num. 19. ff. de vſucapionib.* Paulus Paris. *num. 8.* Alciat. *num. 9.* Veroi. *numer. 12. in Rubri. de præſcriptionib.* Cum igitur peccato præſcriptio *ex textu noſtro* retardetur, & peccatum in vtraque tam bonæ, quam malæ fidei præſcriptione adſit, immerito alteram ex ipſis Pontifex noſter admittendam cenſuit.

14 Sed his non obſtantibus vera eſt, & obſeruanda *noſtri textus* diſpoſitio, & concluſio ex eo deducta, quam confirmat text. *in c. vigilanti. 5. c. ſi diligenti. 17. c. veniens ad prædeceſſorem noſtrum 29. ſupra hoc tit. c.1. eodem titul. lib.6 c. poſſeſſor. 2. c. ſine poſſeſſione 3. de regul. iur. eod. lib. c. licet 5. 16. quæſt. 3. c. quod Deo 4. 33. quæſtio. 5. c. ſi virgo. 5. 34. quæſt. 2. c. dudum. 31. de decim. authentic. malæ fidei. c de præſcriptio 30. vel 40. annor. l. bonæ fidei 48. ff. de acquiren. rer. domin. l. 8.* vbi Gregor. *ſchol. 1. titul. 14. part. 1.* idem *ſchol. 3. in l.2. tit. 23. part. 2. l.12. tit. 29. p.3. l.54. titul. 5. part. 5. l. 3. & quatuor ſequent. titul. 15. lib. 4. recopilation.*

15 Diſputant *noſtri textus* materiam vltra ordinarios *in præſenti, & præfatis iurib.* Bartol. *in l omnes populi 9. numero 22. ff. de iuſti. & iure.* Iaſon *in §. ſed iſta quidem ex numero 82. vſque ad 89. & in § rurſus num. 54. prope finem, Inſtitut. de actionib.* Nauar. *1. tomo in c ſi quis aut. m, 4. num. 85. & 86. de pænitent diſtinctio. 7.* Dyn. Couarr. & alij *in dicta reg poſſeſſor.* Matthæſilan *ſingula. 23. incip. nota, quod omnes leges*, Anton. Gabriel *lib.5 commun. concluſion. titul. de præſcriptionibus, concluſio. 3.* Balb. *de præſcriptionib. 2. parte, 3. partis principal.* idem *in repetitio l. Celſus 27. ff. de vſucapionib.* D Anton. Padilla *in l. 1. num 42. ff. de ſeruitutib.* D. Franciſcus Sarmien. *lib. ſelectar. 2. c. 9 ac 10.* Pinel. *in authenti. niſi tricennale C. de bon. matern.* Ferdinandus Vaſq. Menchacenſ. *lib. 2. controuerſiar. illuſtr. c. 73.* idem *lib.1. de ſucceſſion. creatio. §.10. à numero 6. ad 67.* dominus & auus meus Ioan Marien. *in l. 8. ſchol. 5 à numero 10. titul. 8 l.8. ſchol. 12. à num. 4. titul. 11. lib. 5. recopilation.* Parlador. *lib. rer. quotidianar. 1. tomo c. 1. cum ſuis §§.* idem *in ſeſquicentur. locor. differen. 12. in princip. & §. 2. numer. 1. 3. 4 & 22.* Anton. Petra ſancta *de fideicommiſ. quæſtio. 14. à num. 230.* Fachin. *controuerſiar. iur. lib.1. c. 63. cum ſeptem ſequentibus, lib. 8. c. 21.* cum decem ſequentib. innumerique alij paſſim, quorum ſpecialis relatio nimis prolixa fieret.

16 Quibus ſic conſtitutis non erit abſonum, antequam ad decidendi rationem deſcendamus aliqua breuiter ad clariorem deciſionis noſtræ interpretationem diſputare,

impri-

imprimis quærendum eſt, quid ſit bonæ? quid autem malæ fidei præſcriptio? & in quo vna ab altero differat? Ad quod multa omittimus, de quibus recte poſt alios Couarru. vt alios referre opus non ſit, *in dicta reg. poſſeſſor. 2. in relectionis prima partis initio de regul. iur. lib. 6. vſque ad num.* 4. in quo varias ſignificationes ad nomen *præſcriptio*, ſignat, quas illi ſcribentes accommodant. Alij enim ex eo præſcriptionem vſucapionis nomine donarunt. Alij exceptionem putant. Alij ab his duabus diſſimilem cenſuerunt, de quibus late Parlador. *lib. rer. quotidianar. 1. c. 1. §. 1.*

17 Præſcriptio ex veriore ſententia definitur, vt exceptio quædam ſit tempore à legibus definito ſubſtantiam capiens. Quam definitionem prior ſignauit Bernard. *in ſumma.* 10. *quæſt.* 3. Gofred. *in ſumma tit. de præſcriptionibus* eam pro viribus defendit Alciat. *in Rubri. noſtra num.* 4. *& in l. vt ſunt* 230. *ff. de verbor. ſignificatio.* Couarru. *vbi ſupra num.* 4 quibus eis examen remitto.

18 Cum autem *ex textu noſtro* ad præſcriptionem bona fides deſideretur, ſcire oportet, quænam iſthæc bona fides ſit? quæ item mala? & vtriuſque diſcrimen, vt perſpici poſſit, quæ procedat rite præſcriptio, quæ autem irrita ſit.

Bona fides dicitur cogitatio rei propriæ, & ignorantia alienæ: mala fides huic omnino contraria, quæ in rei alienæ conſcientia conſiſtit *ex textu noſtro § furtiua, verſic. nam qui ſciens inſtitut. de vſucapionib. l. apud antiquos* 21. *C. de furt. l. bona fidei* 109. *ff. de verbor. ſignificatio.*

19 Is itaque bonæ fidei poſſeſſor proprie dicitur, qui iuſte credit, rem, quam poſſidet, ad ſe pertinere. *d. l. bona fidei.* 109. *Bonæ fidei emptor*, inquit conſultus, *eſſe videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe, aut eum qui vendidit, ius putauit, vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem eſſe.* Quo vltimo iuſtam ignorantiæ cauſam induci docuit Dyn. *in dicta regu. poſſeſſor. 2. in princip. de regul. iur. lib. 6.* cuius ſententiam iuuat text. ſummopere *in præſenti. num.* 3. à Panormita. laudatus *in c. ſi virgo.* 5. 34. *quæſtio.* 2.

20 Ex his deducitur, poſſe quidem facillime cognoſci, vtrum quis bonam, vel malam fidem habeat? Quoniam aut rem, quam poſſidet, alienam, aut propriam credit. Propriam credens bonæ fidei poſſeſſor erit, iuſtiſque de cauſis rem poſſeſſam præſcribet. Alienam putans à bona fide alienus erit, nec procedet, rite præſcriptio, imo reſtitutioni adhuc poſt impletum tempus erit obnoxius. Quod vt ſingulare tradit Couarru. *dicta regul. poſſeſſor. 2. parte. § 7. num. 1.* pro ſua ſententia inducens *l. ſi exiſtiman.* 3. *ff. pro ſolu. alias* 48. *ff. de vſucapionib. l. indebiti ſoluti.* 15. *ſed ſi nummi in princip. ff. de condictio. indebi. l. ſi quis fundum.* 43. *ff. de acquiren. poſſeſſio. l. 2. &* 15. *in fine titul.* 29. *part.* 3. Quæ, & alia infinita ſimilia, vt id probent, inducunt Bartol. *in l. furtum.* 37. *§. fundi. ff. de vſucapionib.* Balb. alios referens *de præſcriptionib. 2. parte 3. partis principal. in princip.* interpretes omnes *in hoc textu, & in dicta regul. poſſeſſor.*

Quapropter nullum videtur conſtitui 21
poſſe medium inter bonam, & malam fidem, vt in eo ſtatu quis inueniatur, in qua neutram ex his duabus contrarijs fidem habeat, adeo enim inter ſe pugnant, vt altera alteram excludat ex Dyni ſententia *in dicta regul. poſſeſſor.* quam multis iuribus, & interpretibus confirmat Surd. *deciſio.* 24. *num.* 10. *&*
11 *part.* 1. & habita cognitione vnius, alterius 22
quoque natura facillimo negotio cognoſci poſſit. *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. Pomponius* 40. *§. ſed is qui, ff. de procuratorib. princip. inſtitu. de tutel. verſicul. videamus*, contrariorum enim eadem eſt ratio, ac diſciplina, id eſt ad contraria cognoſcenda eadem eſt opus ratione cum *ex præactu* ex perfecta vnius cognitione alterius vis cognita ſit. Quod ſua confirmans authoritate *contrariorum eamdem eſſe diſciplinam* docet Ariſtoteles, *vim contrariam* idem in topicis repetens, cuius ſententiam probant Alexand. Zaſſ. & alij *in Rubr. ff. de acquiren. poſſeſſio.* Euerard. *in locis legalib. c.* 75. Tuelman. *in dual. ct. c.* 22 *lib.* 5.

Vnde ſuccedit regula, quam protulit 23
Ariſtoteles *libr. topicor.* 2. ad poſitionem vnius ex contrarijs alterius remotionem obtingere, & è conuerſo, quam firmat Proculus *in l. hæc verba ille* 124 *ff. de verborum ſignificatio. Aut dies*, inquit, *aut nox eſt, quorum poſito altero neceſſe eſt tolli alterum, item ſublato altero poni alterum. l. ſed & ſi pupillus* 11. *§. ſi inſtitoria. ff. de inſtitor. actio. l. 1. C. de furt c. cum renunciatur.* 9. 32. *quæſt.* 1. Quod alijs etiam iuribus, & interpretibus confirmat Surd. *deciſ.* 31. *num.* 16. *&* 17. *part.* 1.

Ex ſupradictis igitur ita videntur aduerſæ 24
inuicem bona, & mala fides vt nullum poſſit inter eas medium conſtitui: quare ex vna ad alteram tam negatiue, quam adfirmatiue argumentatio concipitur, negatiue non habet bonam fidem, ergo malam, adfirmatiue habet malam fidem, ergo à bona eſt alienus, vt altera poſita alteram remoueri & è conuerſo neceſſe ſit iuxta Proculi verba *ſcholio proximo ſupra* relata contraria enim mutuo ſe expellere ex alijs multis edocet Surd. *dicta deciſio.* 24. *numero* 10. ideo alterum eligens alteri renunciare, videtur *ex iuribus, & interpretibus ab eodem relatis. numero.* 11.

25 Quod ſane ſecutus eſſet, vbi inter duo contraria medium conſtitui poſſet, verbi gratia inter colores album, & nigrum. Tunc enim ad remotionem vnius non ſequitur neceſſario poſitio alterius, quamuis ad alterius poſitionem remotio alterius inducatur. Valet itaque in his adſertiue, non etiam negatiue conceptum argumentum. Adſertiue res hæc alba eſt, ergo nigra non eſt. Negatiue neutiquam res hæc non eſt alba, ergo nigra, poteſt enim eſſe purpurea, viridis, aut alterius coloris. *l. ſi inter me, & te* 15. vbi Paul. Caſtrenſ. *ff. de exceptio. rei iudica.* vbi ſi lite inter

26 duos orta pronuncietur ſententia, qua rei poſtulatæ poſſeſſio actori deferatur, manifeſtum eſſe incipit ius nullum in re illa manere reo, quia ob actoris poſitione reus ipſe remouetur. Sed aduerſum iure optimo profert Caius, cum ſententia pro reo lata eſſet: quamquam enim actori huic reſpondere amplius non teneatur, ſemper tamen deinceps manet obſtrictus, vt alıs ſatisfaciat, qui ab eo rei illius dominium, ſeu poſſeſſionem poſtea petierint, *quia poteſt* inquit conſultus *nec mea hereditas eſſe, nec tua.* nec res inter a-

27 lios acta alijs prodeſſe vel obeſſe debet. *l.* 1. *C. res inter alios actas. l. ſæpe,* 53. *ff. de re iudica. c. cum controuerſia.* 17. *c. quamuis* 25. *eodem tit. c. inter dilectos.* 6. *de fide inſtrumentor. l.* 19. *&* 20. *titu.* 22. *part.* 3. late poſt alios Couarru. *in pract. quæſtionib. toto c.* 13.

28 Hinc plane deducitur, nullum inter bonam, & malam fidem conſtitui poſſe medium, licet aliquibus contenderit veriſſimam hanc ſententiam impugnare Couarru. *in dicta reg. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 7. *n.* 2. *ad fin.* 3. *&* 5. *in princip.* Mencha. *lib.* 2. *controuerſiar. illuſtr. c.* 77 *numer.* 1.

Quod, vt adſeram, moueot, quãuis enim ſecundum Couarruuiam alios *vbi proxime* referentem medium inter bonam, & malam fidem inueniatur, quando ſcilicet aliquis dubius eſt, is enim ex eo nec bonam, nec malam fidem habet, ſed in medio potius videtur ſtatu conſtitutus. Ac ſimiliter, quando præſcribens errat in iure, quod nec adſiſtit, nec reſiſtit, ex Bartoli diſtinctione *in l. ſed & ſi lege* 28. §. *ſcire. num.* 4. *ff. de petitio. hereditat.* à quo & alijs ita accepit Couarru. *dicto c.* 13. *num.* 5.

29 Hæc tamen inter bonam, & malam fidem ad præſcriptionem media dici non poſſe contendit Ferdinan. Vaſq. Menchacenſ. *dicto c.* 77. *num.* 6. quia cum leges de præſcriptione loquentes velint dumtaxat, vt bona fides ad præſcriptionem proſit, mala autem rite inceptam impediat, nihilque ſit in eis de medijs gradibus expreſſum, ſi de vno ex his agant, inueſtigare debemus, cuius naturæ propius bonæ, vel malæ fidei accedat, vt ſecundum eamdem iudicetur, non vt medium conſtituatur. Non aliter, quam cum Hermaphrodito fieri ſolet, qui cum vir ſit, & fœmina, nec medium inter duo extrema ſtatui valeat, alter ex ipſis habendus eſt is ſcilicet, cui magis accedit, & cuius natura in eo magis incaleſcit. *l. quæritur hermaphroditum.* 10. *ff. de ſtatu homin. l. quicquid* 27. §. *cum partes ff. de acquiren. rer. domin l. ſi non ſint.* 20. §. *vlt. ff. de auro, & argen. legato.* Vbi enim nulla eſt in iure 30 media facta diſpoſitio, quæ alicui medio ſecundum eius definitionem applicanda ſit, oportet quidem, vt medium illius extremi naturam ſumat, cum quo maiorem habet propinquitatem, ita Bald. *in c.* 1. *num.* 6. *de feudi ſucceſſio. in vſib. feudor.* idem *in l. vni. numero* 20. *C. quando non petent. partes,* quem ad id comprobandum meminit D. Franciſc. Sarmien. *libro ſelectar. interpretation.* 2. *c.* 10. *toto num.* 7.

Quis igitur his bene perpenſis dubitet, 31 poſſe nullum inter bonam, & malam fidem medium conſtitui? cum inter bonum & malum medium induci nequeat, nam medıocre ſecundum id ex duobus generibus iudicatur, cuius naturæ propius conuenit, licet non eamdem omnino ſubſtantiam habeat.

In noſtra ergo ſpecie, ſi quis forſan dubius rem quam poſſidet ſuam eſſe cogitat bonam retinet fidem, cui dubitario hæc propior eſt, licet non adeo efficax ſit, ac bona fides ſimpliciter, & abſolute ſumpta, quæ ad initium præſcriptionis omnino requiritur. *l.* 1. *C. de vſucapio. transforman.* Accurſ. *in l.* 1. *C. de acquiren. poſſeſſio.* Iaſo. dicens communem *in* §. *ſed iſte quidem, Inſtitut. de actionib. numero* 77. Couarru. *dicta regul. poſſeſſor.* 2. *parte,* §. 7. *numero* 4. *in fine,* Menchac. *dicto c.* 77. *numero* 2. *&* 3.

Præſcriptio tamen bona fide incepta dubitatione in tranſcurſu ipſius habita non interrumpitur, niſi adſit aliquod malæ fidei ſpecimen, quod probabile ſit, id enim, qualecumque ſit, poſſeſſionem vitiat, *ex textu noſtro c. vigilanti.* 5. *ſupra hoc titu. c. poſſeſſor.* 2. *de regul. iur. lib.* 6. Quod è conuerſo in mala fide, atque eius gradibus locum obtinere acute, ſed non adeo explicite tenuit Sarmient. *dicto c.* 10. *num.* 7. & agnoſcit Couarru. *dicto num.* 4. 32

His relictis ad ea neceſſaria tranſeundum 33 eſt, quæ ad *noſtri textus* materiam explicandam aptiora, & vtiliora ſunt. Quibus nempe caſibus bona, vel mala fides habeatur? & quibus coniecturis id conſtet? in quorum aliquibus maximæ ſunt interpretũ controuerſiæ, quæ Deo propitio explicãdæ ſunt; & cõponendæ. Eſt igitur aduertendũ multos eſſe gradus

gradus ad boná, multos ad malam fidem ſpectantes, quos omnes recenſet Sarmien. *vbi ſuprà nu.6.* de quibus ſpeciatim à nobis agendum eſt.

34 De ignorantia, quæ prima conſtituitur pauca tradit Sarmienr, ſed ad titulos *de iuris, & facti ignorantia, ac ſimiles* referens. Nos vero, qui huius capituli ex actæ ſtudemus interpretationi, longius, & accuratius hæc omnia diſcutiemus.

Dupliciter in ſpecie noſtra ignorantia contingit, altera cum error in iure, altera, cum in facto admittitur, quæ iuſtam ſemper tribuit præſcriptioni cauſam *ex textu noſtro, ſimilibus, & interpretibus ſuperius num 14. & 15. in eius confirmationem relatis.* Quam concluſionem præ alijs ornat, & confirmat Fachin. *lib. 8. controuerſiar. iur. c. 33. verſicul. ſecundum eſt, quia bona fides.*

35 Ad pleniorem iuris ignorantiæ cognitionem examinanda eſt *ſuperius* relata Bartoli doctrina *in l. ſed & ſi lege. 28. §. ſcire. numer. 4. ff. de petitio. hæredita.* Quo loci tenuit errantem in iure, quod nec adſiſtit, nec reſiſtit, nec in bona, nec in mala fide conſtitutum, Bartolum ſequuntur Felin. & alij, quos enumerat Mencha. *dicto lib. controuerſiar. illuſtr. 2. c. 77. num. 16.* Ex qua doctrina hoc medio inter bonam, & malam fidem dato omnia *ſuperius* acta corruerent.

36 Nec minus officeret communi ſcribentium ſuffragio multis iuribus confirmato, bonam fidem ad eam præſcriptionem, quæ titulum minime requirit, ſed ſola bona fide abſque vllo adminiculo procedit, iuris errore ſufficientem induci. *c. peruenit. 4. de emptio & venditio. vbi* Anton. & Imola, idem *in c. de quarta 4. ſuprà hoc titul.* Barttol. Alexan. aliqui plures, quos recenſet ſecutus Couarr. *in dicta regul. poſſeſſor. 2. part. § 7. num. 5. verſicul. ſecunda concluſio,* pro huius reſolutionis comprobatione Accurſium in multis locis citans, cuius ipſe tationes explicat, Mencha. *dicto c. 77. à n. 13.*

37 Fateor hanc opinionem intelligendam fore, quando quis errat in iure quod nec adſiſtit, nec reſiſtit, ita ex alijs limitat Fachin. *controuerſiar. iur. lib. 8. c. 28. verſic. ſecunda eſt ſententia,* quamuis ipſe ab hac ſententia *in fine capitis* diſcedere videatur.

Quod ſi errori ius reſiſtat, cuius rei traduntur exempla *in l. non dubium. 5. C. de legib. vbi* Bald. *numero 10. ac deinceps.* Bartol. *in l. cum lex. 47. à numero 3. l. ſi quis pro eo. 57. à numero 12. ff. de fideiuſſorib.* in longiſſima præſcriptione, quæ titulum non requirit, nec ad bonam fidem ſufficere tenuit poſt alios Balb. *in repetitione l. Celſus. 27. 4. notab. verſicul. quarto limitatur. ff. de vſucapionib.* Couarru. & Fachin. *vbi ſuprà.* Ex qua diſtinctione ad has duas opiniones contrarias ex Couarruuia conciliatio infertur.

Sed huic adhuc reſponſioni obeſt Bartoli doctrina *in dicto. §. ſcire numero 4.* Volentis errore iuris non reſiſtentis nec bonam poſſidenti fidem, nec malam adeſſe. Cui difficultati cum Couarru. *dicto. §. 7. numero 7. verſicul. quarto infertur,* qui ad reſpondendum multa adtulerat, ſatisfacio, actum, cui ius non reſiſtit, iuris etiam ignorantia geſtum iuſtum cenſendum eſſe, ea ſaltim iuſtitia, quæ actui naturali iure conuenit, licet humani iuris ad probationem, vel fomentum non habeat. 38

Vnde cum Bartolus tenuerit, nec in mala, nec in bona fide conſtitutum eum, qui errauit in iure non reſiſtenti, non eſt ſimpliciter eius opinio intelligenda, vel eſt falſa, quod mihi *ex ſuprà dictis* verius videtur, & explicite ſenſit Mencha. *dicto c. 77. numer. 16. ac 18. in fine.* Qui enim hoc errore decipitur, re ipſa bonam fidem habet, tam quoad factum, quam quoad iuris effectum, id eſt longiſſimi temporis præſcriptionem. quæ ſolam bonam fidem nullo alio titulo adiutam exigit.

Quod adeo verum eſt, vt Ioan. Medi. *in tractat. de contractib. quæſt. 17.* intrepide adfirmarit, eam concluſionem, & interpretum doctrinam, de qua Couarru. *dicto. § 7. numero 5. in princip ex l. nunquam. 31. ff. de vſucapionibus l. iuris ignorantia. 4. ff. de iur. & facti ignoran.* ſcilicet, vt quotiens requiritur iuſtus ad præſcriptionem titulus, iuris error ad bonam fidem inducendam non ſufficiat, propter malæ fidei præſumptionem in iudiciali foro procedere, in interiori vero conſcientiæ iudicio bonam fidem iuris ignorantia produci ſi error hic inuincibilis ſit, etiamſi præſcriptio titulum exigat, cum in hoc foro poli nulla præſumptionis, ſed veritatis habeatur conſideratio, de cuius opinionis examine late Couarru. *dicto. §. 7. numer. 8.* Ferdinan. Menchacen. *dicto lib. 2. controuerſ. illuſtr. cap. 77. num. 21.* 39

Nec iudicio meo ſingularis Fachinei ſententia *dicto lib 8. c. 28. verſic. ſed negari poteſt conſequentia iſta,* volentis errorem iuris etiam non reſiſtentis nec ad longiſſimam præſcriptionem prodeſſe, cum nedum ſit opus, vt à præſcribente mala fides abſit, ſed bona etiam deſideretur mala ſublata *ex ſuperius adnotatis num. 23.* vt communis opinio potior habeatur. 40

Non diffiteor errorem iuris ſemper obeſſe ex vulgato iuris axiomate *ignorantiam facti, non iuris excuſare* maxime acquirere volentibus *l. 1. 7. & 8. cum ſimilib. ff. de iur. & facti*

ignoran.text.in ſpecie in l.4. ff.de vſucapionib. quæ
iura ſic induxit Fachine. *dicto lib.8.c.29.verſic.
tertia eſt ſententia Pineli*, cum alijs iuribus, quæ
in princip.dict.c. 28. enarrauerat, malam ta-
men iuris error fidem non inducit *dicto § ſcire*,
quaſublata *ex adnotatis ſuprà n.23.& 24.* bo-
na ſuccedit.

41 Sed grandis adhuc relinquitur difficul-
tas, quæ neceſſario diſcutienda eſt, vt hic ar-
ticulus plenius intelligatur, ne communis
ſcribentium ſententia corruat. Nam Pinelus
*in authenti.niſi tricennale.num.12. C.de bonis ma-
tern.* Cini, Alberi. & Pauli Caſtrenſ. autho-
ritate propoſita ſecurum eſſe adſerit iure
quoque Canonico emptorem in iure reſi-
ſtenti errantem, ſi rem emptam triginta an-
norum ſpacio inconcuſſe hoc ſolo errore
poſſederit, quam opinionem contra com-
munem à ſe relatam confirmat Mencha. *di-
cto c.77.num.18.* Pinel. *vbi proxime* in ſpecie
dictæ authenti. niſi tricennale. Qua in bonis fi-
lij à parte alienatis præſcriptio permittitur,
quorum alienationem fortiter impugnat
Imperator *in l.1. C. de bon. matern.* illius au-
thenticæ deciſionem extendens ad caſum, in
quo emptor nouit, bona huiuſmodi à patre
alienata aduentitia filij eſſe, cum ex hoc fa-
cto ſecundum Pinelum non prorſus mala fi-
des inducatur, quam damnarunt Pontifices
42 *in præſenti, & conſonis iuribus*, ex eo maxime,
quoniam veriſimile non eſt, filijs patrem
nociturum *argumento.l.vltim. C.de curato.furio.
l. ſcripto.7.§.vltim.cum complicib.ff.vnde liberi.*
43 Patriſque poteſtas, quæ tutoris, curatoris, ac
ſimilium poteſtatem multis ſuperat nume-
ris, & paſſibus ante cellit, emptoris errorem
iuſtum efficit. Quod Pinelus ipſe latius
probauerat *in l.1.2.parte.numer.27.C.de bon.
matern.*

Quæ ſententia ex eodem Pinelo *in dicta
authenti.niſi tricennale.numer.12.* adiuuatur ex
generali deciſione illius authenticæ. *& l.qua-
cumque.4.in fine.C de bon. quæ liber.* Quæ iu-
44 ra, cum generaliter loquantur, generaliter
intelligenda ſunt, iuxta vulgatam regulam. *l.
1.§.& generaliter.ff.de legat præſtand. l.ſi ſeruitus.
23.ff.de ſeruitutib. vrbanor.prædior. l.de pretio.10.
cum alijs euiſmodi.ff. de publicia. in rem actio.*
Bartol. *in l.ſi pluribus.44.numer.4.& 7. ff.de le-
gat.lib.2.* plene Alexand. *conſil. 26.numer.3 &
4.lib.4.*

Quæ deciſio iuſta ratione nititur, cum
45 longiſſimi temporis curſus plenum inducat
effectum. *c.peruenit.4.de emptio.& venditio.* ex
quo ita tenuerunt *ibidem* Imola, Anton. Bur-
gen. & Roderic. Suar. quos Pinelus *vbi ſupra*
meminit.

46 Deinde quoniam ex communi ſenten-
tia in præſcribente ſemper bona fides adeſſe
præſumitur, vti ſenſit Accurſ. communi alio-
rum calculo receptus *in l.penulti.ſchol. vltim.
C.de euictionib.* Bartol. Bald. Alciat. Boer. à Pi-
nelu *vbi ſupra in proprijs locis* adducti cum mul-
tis alijs, quos adrulit Fachin. *controuerſiar. iur.
lib.8.c.32.in princ.* quamuis ipſe *toto eo capite* hâc
bonæ fidei præſumptionem impugnet, quo-
ties iuſtus titulus, vel cauſa poſſidendi defi-
cit, adducens pro ſe Innocentium, Baldum,
& alios, & ſententiæ communis fundamen-
tis pro viribus ſatisfaciens.

Non igitur videtur poſſe filius ſui iuris ef- 47
fectus ex Pinelo patris alienationem irri-
tam facere, quæ ſit ab emptore legitimo
tempore præſcripta. Quam opinionem
fortius procedere adfirmat idem Pinelus,
quando emptor ruſticus erat minor, mulier,
aliæque ſimiles perſonæ, & pater, qui aliena-
uit bona filijs probis moribus eſſet ornatus,
non diſſipator, quæ omnia emptoris igno-
rantiam magis excuſant.

Hæc eſt Anj Pineli ſententia, quam licet 48
ob eius authoritatem magnifaciam, non
poſſum tamen eam, prout iacet, ſimpliciter,
& abſolute probare, quia quomodolibet
lex errori reſiſtat, præſcriptionis curſus re-
tardatur. Quod ex alijs plurimis mirifice
adſecutus eſt Couarru. *in dicta regul. poſſeſſor.
2.parte.§.7.numer. 7. verſicul. ſecundo ab his de-
ducitur*, volens, errore iuris actui, vel contra-
ctui reſiſtentis, quoad factum vere malam fi-
dem non induci, quatenus eâ eſt rei alienæ
ſcientia: quoad iuris tamen effectus ſecus
eſſe hoc enim errore ob grauiſſimam cul-
pam, qua errans adficitur, bonam fidem
minime adeſſe ius præſumit, ideo cano-
nico iure nec ad longiſſimi temporis præ-
ſcriptionem proderit, quamuis Mencha.
dicto c. 77. numero 19. contrarium ſentiat.

Quare Couarru. *vbi ſupra* tum demum 49
hanc ſententiam obtinere conſentit, in du-
bij iuris errore. *c. cum dilectus. 8. de conſuetudi.*
quod ſic Panormitan. *ibidem numer.12.& 13.*
Imola *numer. 20.* ac reliqui omnes inducunt
Curt. Iun. *conſil.6.num.22. & 26.conſil.28.nu.
8.& 9.* Bartol & Scribent. *in l. ambiguo.3.ff.
de reb.dub.* plures adferens Tiraquell. *de pœn.
temperan.cauſa.11.num.6.* Farinac. *in praxi cri-
mina.3.parte eodem titul: quæſt. 90. numer. 102.
quæſt.103.num.258.* Maxime, ſi emptor peri- 50
tiores conſuluit, quorum reſponſis ductus
iuſtam habet ignorantiæ cauſam ex his quæ
late adnotat Tiraquel. *dicta cauſ.11. à numer.
19.* Couarru. *d.§.8.num.9.* imo etiamſi emptor
doctor ſit ex Farinac. plures alios adferente
dicta quæſt.90.numer.102.in fine. quamuis Fa-
chineus indiſtincte nullam in ſpecie ad præ-
ſcriptionem etiam longiſſimam errantem in
iure admittendum contendat *in dicto lib. 8.
c.28.*

c. 28. cuius ſententiam non probo, quoniam abſolutæ propoſitiones ſemper mihi ſuſpectæ fuerunt, diuerſumque ius in diuerſis caſibus ſtatuendum nemo huc vſquam ſenſatus negauit.

51 Sed Pineli *vbi ſupra* mens iudicio meo longe ab hoc inſtituto differt, quoniam expreſſim ad longiſſimam præſcriptionem iuris errorem, cui ius aperte reſiſtat admittendum contendit, eoque ſpecies tendit, quam proponit, in qua poſtquam Imperator *in l. 1. C. de bon. matern.* alienationem bonorum filij à patre factam nullius eſſe momenti dixerit, *in authen. niſi tricennale* ait, triginta annorum ſpatio præſcribi, cuius deciſionem iure quoque canonico procedere Pinelus adfirmat eam amplians, etiamſi emptor res à patre alienatas filij proprias eſſe cognouerit. Quod in alia quacumque præſcriptione longiſſima contra Couarru. & alios à ſe relatos late probat Ferdinan. Meneha. *diſtic. c. 77. à num. 16.* maxime *num. 19.* cuius tamen ſententiam *inferius numer. 176.* improbabimus.

52 Nec pro Pinelo facit reſponſio ad Bartoli authoritatem ab eo *numer. 12.* relatam *l. 1. C. de bon. matern.* non adeo aperte, ac efficaciter huic errori reſiſtere, cum eius reſponſio Imperatoris menti aduerſa ſit, qui *in ea l. 1.* potiſſimum curauit, ne patres aduentitia bona filiorum alienarent, leges priores corrigens, prout ipſemet Pinelus *in dicta l. 1. 2. parte in princip. per multos numeros* teſtatur, patriamque poteſtatem antiquioribus legibus patribus conceſſam circumſepſit, ne deinceps poſſent filios venundare, nec interficere impune, quod olim ipſis licebat, nec rerum filio aduentitiarum dominium, ſed ſolum vſumfructum acquirerent, dum in patris maneret poteſtate, alienandi facultatem parentibus denegans. patet enim *ex prædictis* huic errori mentem Imperatoris reſiſtere, atque adeo præſcriptionem hoc errore munitam parum prodeſſe, quantumuis ea longa ſit quod vtrique ſtrictius, quam alij probat Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 8. toto. cap. 28.*

53 Cum igitur contra Pinelum, & Mencha. *ſuperius* relatos communis adſertio tenenda ſit, vt ex contrariorum propugnatione clarius veritas eluceſcat. Non obſunt ea, quæ Pinelus pro ſua ſententia fundamenta conſiderat, licet hanc ex mente Cini, Alberici, & Pauli fuiſſe dicat, qui forſan id iure ciuili adſerunt obtinere, quo iniuſta ex conſcientia rei alienæ præſcriptio triginta annorum ſpacio munita proficiebat, & hæc fuit Crauetæ, & Riminaldi ſententia, quos retulit Fachine. *lib. controuerſiar. iur. 1. c. 67. verſ. ſecunda eſt ſententia.*

Non illud imprimis veriſimile non eſ- 54
ſe, patrem ſuis filijs nociturum, quia licet pro
patris adfectu iuris adſit præſumptio. *l. iſti
quidem. 8. in fine. ff. de eo quod met. cauſa c. adferte.
2. vbi* nos ex alijs latius diſputauimus. *num. 13.*
14. 15. & 177. de præſumpt. Ne tamen aliquid 55
aliquando à patre in detrimentum filiorum
fiat, alienandi bona filij aduentitia poteſtas
ipſi patri erepta eſt, ne ad ſe, vel alios, quos
forſan prædiligat, filios alendos, vel ad ſuum
patrimonium augendum filij alienet bona.
Quod forſan paſſim fiebat ob varias hominum fraudes, quas iura enixe auellere contendunt. *c. ſedes apoſtolica. 15. cum alijs eius tituli*
& ſimilib. de reſcript. Nec enim alijs de cau- 56
ſis ſanctio generalis fuiſſet promulgata, cum ad ea ſemper, quæ frequentius accidunt, leges adaptentur. *l. iura. 3. cum duab. ſequentibus. & in eis* Accurſ. & ſeribentes. *ff. de legib. reg. 36. titul. 34. part. 7.* Aleiat. *lib. diſpunct. 2. c. 8. lib. parergon. 1. c. 7.*

Nec his oberit, ſi reſpondeas. *l. 1. C. de bon. matern.* deciſionem *in dicta authent. niſi tricennale* limitatam fuiſſe, cum ea in longiſſima præſcriptione procedat, quæ ciuili iure antiquo cum mala etiam fide admittebatur. *l. ſi quis emptionis. 8. §. quòd ſi quis. C. de præſcriptio. trigin. vel quadragin. annor. cum alijs in dubitandi ratione congeſtis*, ita eam authentiam poſt alios intellexit Parladot. *lib. 1. rer. quotidianar. c. 1. §. 10. num. 7.* 57

Non ſic in iure canonico, quo etiam longiſſima præſcriptio, quam bona fides non comitatur, ex veriore ſententia, quam eleganter defendit Fachin. *lib. controuerſia. iur. 9. c. 16.* damnatur, maxime cum *in dicta authent. niſi tricennale* non prius incipiat currere præſcriptio, quam filius ſit ſui iuris effectus ob patriæ poteſtatis impedimentum, quod merito Iuſtinianus attendit. 58

Vnde parum proderit patris amplior in filij bonis, quam aliorum adminiſtratorum poteſtas, cum hac in parte à Iuſtiniano reſtricta ſit, & contra ipſius deciſionem facta debeant pro infectis haberi. *l. non dubium. 5. C. de legib. c. quæ contra ius. 64. cum ſimilib. de regul. iur. lib. 6.*

Nec intereſt, longiſſimo tempore iure quoque Pontificio plenum effectum induci, quod qualiter accipiendum ſit recte, vt ſolet, differit Fachin. *lib. 1. controuerſ. iur. cap. 67.* Hoc enim dumtaxat obtinet, cum iuſta fuit ad præſcribendum cauſa, nec interrupta ex mala fide præſcriptio ſecundum Couarru. *in dicta regul. poſſeſſor. 2. part. §. 7. num. 5.* non etiam, quando à lege damnatus error dedit præſcriptioni cauſam, procul dubio iniuſtam, cui lex reſiſtit, quę iuſta ſemper eſſe 59

debet,

debet, rationabilis, & honeſta. *c. erit autem lex. 1. diſtinct.* 4. vbi late Bernard. *in omnibus eius ſcholijs* & poſt eum reliqui ſcribentes iuribus, & exemplis veriſſimum hoc axioma commendant. *l.* 4. 8. *&* 18. *titul. 1. part.* 1. *l. 1. tit. 1. lib. 2. recopilat.*

61 Præſcriptionis autem curſum non adiuuat iuris præſumptio, bonam fidem ſemper præſcribenti adeſſe, niſi contrarium probetur, cum hac in ſpecie reſiſtentis iuris error detegatur, qui præſcribentem à bona fide deijcit, quem iuris ignorantia non excuſat, maxime in vſucapionibus, de quibus ſermo noſter inſtitutus eſt. *l. nonnunquam* 31. *ff. de vſucapionib. l. iuris ignorantiam.* 4. *ff. de iur. & facti ignorant.*

Alijs Pineli fundamentis erudite ſatisfacit dominus, & auus meus Ioan. Marien. *in l.* 8 *ſchol. 5. num. 11. titul. 5. lib. 5. recopilation.* cuius mentem probo, verba non repero, id enim mei non eſt inſtituti. Ex quibus, & alijs quæ mature conſiderat Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 8. *c.* 28. quem omnino videas, Pineli ſententiam non admitram, tum maxime, cum in alia ſpecie contrarium tennerit *in l.* 2. 2. *parte c.* 4. *numer.* 50. *deinceps. C. de reſcinden. vendicio.* quem pro hac parte citat Fachin. *dicto l.* 8. *c.* 29. *verſic. tertia eſt ſententia Pineli.*

62 Sed in mentem occurrit adhuc regia. *l.* 8. *titul. 14. part.* 1. quæ in alia effigie adeo Pineli ſententiam iuuat, vt ex ea videatur à communi recedendum. *Mas ſi aquel*, inquir, *à quien fueſe fecho el donadio, tubieſe, que el obiſpo ſe la podria dar, e fueſe tenedor della por quarenta años, non gelo demandando ninguno en juycio en aquel tiempo, de alli adelante, bien ſe puede amparar por tal defenſion, e non ſera temudo de reſponder por aquella coſa a la yglesia, ni a otro, que ge la demande por ella.* Quibus verbis probari videtur rei Eccleſiæ præſcribentem poſt quadraginta annorum ſpatium tutum eſſe, etiam ſi eas inconſulto capitulo ſolus epiſcopus ipſi donauerit, dum tamen hoc eas donandi ius ſoli Epiſcopo licere arbitratus ſit.

Cui errori ius reſiſtere nulli eſt ignotum, cum conſtet ex integris *de rerũ permutatione, de rebus Eccleſ. non alien. tit.* quorum deciſiones complectitur *titul.* 14. *part.* 1. cum multis alijs iuribus *vbique* diſperſis de rerum Eccleſiæ prohibita alienatione agentibus. Vt regia lex ipſis aduerſum ius prima facie ſtatuens, aut falſa neceſſario iudicanda ſit, aut communis opinio reijcienda, de cuius iuſtitia late *ſuperius* conſtitit.

63 Grauiſſimæ huic difficultati multipliciter ſatisfacere conatur Gregor. Lop. *in dicta l.* 8. *part. ſchol.* 1. communi ſententiæ conſentiens, nec ab ea ſe vnquam receſſiſſe, vel deinceps receſſurum adſerens, præſertim, cum multi, nec leuis authoritatis interpretes, quos *num.* 61. *ſuperius* retulimus, ac refert Gregor. *vbi proxime*, iuris etiam non reſiſtentis errore præſcriptionem interrumpi tennerint.

64 Ait igitur primo loco Gregorius, eum textum, vt poſſit communis opinio ſuſtineri, non de ſolo iuris errore, ſed mixto cum errore facti accipiendum eſſe, vt ex immixtione hac à mala fide præſcribens excuſetur, verbi gratia, ſi donationem ſibi ab Epiſcopo ad ſenſu capituli factam, vel conſuetudinem eo in loco ſeruari, vt Epiſcopus res Eccleſiæ inconſulto capitulo alienare poſſit, aut ex alienatione nullum Eccleſiæ detrimentum inferri. *c. cæterum. 3. de donationib. data res quantitas*, inquit, *& illius terra conſuetudo, quæ tamen ſacris canonibus non obuiet, eſt diligentius attendenda.* Hi enim omnes errores facti ſunt potius, quam iuris, donatarius ſiquidem nihil in iure dubitauit, certo ſciens, donationem ab Epiſcopo factam iure non valere, ſi adſenſus capituli non adfuerit, ſed errauit quoad factum hunc etiam interueniſſe iudicans, vel hanc in eo loco conſuetudinem obſeruari, aut datam quantitatem paruam eſſe. Quæ ignorantia errorem alium excuſat, qui ad impediendam præſcriptionem obijci poſſet, quod mirifice probat conſultus *in l. ſi vir. 3. ff. de vſucapio. pro donato*, vbi Bartolus, & alij ſcribentes, quos adducit Gregor. *vb. ſupra.*

65 Primam hanc ſolutionem ideo Gregorius reijciendam cenſuit, quia ſecũdum eum diuinat, & eum textum nimis reſtringit, qui nullum verbum, aut mentionem conſuetudinis, ſiue rei fecit, quæ paruum Eccleſiæ incommodum adſerret.

66 Pro ea tamen adſunt dito, nec leuia fundamenta. Primum, quoniam legum & opinionum adeo communium, quæ fere pro legibus habentur eſt vitanda correctio. *l. præcipimus. 32. C. de appellationib. c. cum expediat. 29. de electio. lib.* 6. cum alijs vtriuſque iuris deciſionibus, quarum aliquas lata diſputatione complectitur poſt alios Farinac. 1. *parte fragmentor. crimin. litte. E. verb. extenſio num.* 130. *&* 133.

67 Deinde nam, licet ſolutionis prædictæ ſenſus diuinare videatur, cum tamen ex alia Sanctione *dict. cap.* 2. de donationibus ſit deductus, alijs præferri debet. *l. non eſt nouum. 26. cum duabus ſequentib. ff. de legibus.*

68 Quæ duo tamen fundamenta parum adiuuant ſolutionem prædictam. Primum non obeſt, quia non hæc ſola ſolutio adferri poteſt, vt communis opinio ſubſtineatur.

Nec ſecundum, cum longe differat regiæ

legis

69 legis diſpoſitio à diſpoſitione *dict. c. 2.* cum prior in præſcriptione, poſteriori in donatione locum habeat, nec à diuerſis recta illatio fiat. *l. Papinianus exuli. 21.* vbi late Accurſ. & interpretes *ff. de minorib* poſt alios Farinac. *dict. verb. extenſio, à n. 55.*

70 Nec item tertium, rem ſcilicet donatam parui momenti fuiſſe, quam iura donari non vetant, tunc enim ſolutio præhabita prodeſſet minus, cum donatione valente inutilis ſit cenſenda præſcriptio, qua vt rei malæ dominium adipiſcat, non egeo.

71 Quaptopter hac exploſa ſignat aliam Gregorius dicens, communem ſententiam in præſcriptione decem, vel viginti annorum procedere, ad quam præter bonam fidem iuſtus etiam titulus deſideratur. *l. Celſus. 27. ff. de vſucapionib. l. penultim. C. de præſcript. longi tempor.* Dictam vero legem regiam in longiſſima triginta, vel quadraginta annorũ præſcriptione, quæ ſine titulo data ſola bona fide iure quoque Canonico procedit, ex veriore ſententia, quam defendit Fachin. *lib. controuerſiar. iur. 8. c. 26.* quem omnino videas.

72 Quæ ſolutio iudicio meo inutilis eſt, quáuis eam videatur probare Gregorius, cum præſcriptio, *de qua in dicta lege regia*, ſit aduerſus Eccleſiam, contra quam non minor, quam quadraginta annorum præſcriptio admittitur. *c. de quarta. 4. ſupra hoc titul.* imo & iure cæſareo aliquando centum annorum lapſus contra eam erat neceſſarius *authent. vt Eccleſ. Roma centum annor gaud præſcript. l. vt inter. 23. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

73 Nec alio modo longiſſimum hoc quadraginta annorum ſpacium ad rem Eccleſiæ præſcribendam, quam decennale tempus ad ordinariam præſcriptionem implendam deſideratur, *authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. placuit 15. §. hæc de præſcriptionibus inter priuatos, & §. quas actiones. 16. quæſt. 3. l. 26. titul. 29. part. 3.* *In qua vltra bonam fidem titulus adeſſe debet. *c. 1. de præſcriptionib. lib. 6.* Ex quo, Maſcard. & alijs à ſe relatis id expreſſim tenuit Fachin. *lib. controuerſiar iur. 7. c. 67. verſicul. in tanto opinionum conflictu lib. 8. c. 32. verſicul. quartum argumentum eiuſdem Maſcardi*, maxime cum iuris reſiſtentis error *ex ſuperius actis num. 37.* & ijs, quæ adnotat Conarru. *in dicta regul. poſſeſſor. 2. parte toto ferme. §. 7.* à bona fide præſcribentem extrahat.

74 Qua difficultate perpenſa miſerius alij labuntur, voléres regiã legem in præſcriptione longiſſima obtinere, quæ ciuili iure etiam cum mala fide valet. *l. ſi quis empt. 8. §. quòd ſi quis. C. de præſcript. trigin. vel quadragin. annor. l. 21 titul. 29. part. 3.* communem vero ſententiam in ordinaria ciuili iure, & longiſſima iure Canonico, ad quam bona ſaltem *ex textu noſtro, & ſimilibus* deſideratur fides.

75 Hæc ſolutio quantum à veritate aberret, nemo inficiabitur, cum præſcriptio hæc contra Eccleſiam dirigatur, contra quam, ciuili iure vltra bonam fidem titulo eſt opus. *l. 1. l. omnes. 4. C. de præſcript. triginta. vel quadragin. annor. l. vt inter diuinum. 13. § & nobis quidem cordi authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Maſcard. & Fachin. *vbi ſupra* alios euocantes.

76 Nec ſane, qui hunc errorem admiſit, bonam fidem habuiſſe videtur, quæ iure Canonico ad præſcriptionem etiam longiſſimam neceſſaria eſt ex eadem. *l. 8. titu. 14. part. 1. e aquel*, inquit, *que recibieſe tal donacion, como eſta, ſi fueſe ſabidor, que el obiſpo no ſe la podia dar en ſu cabo, tenudo es de tornarla, e non ſe puede amparar de auer la en ningun tiempo, quanto quier, que fueſe paſſado, y ouieſſe ſeydo tenedor della; eſto es, porque non la tiene con buena fee*, cum ex *prædictis verbis*, quæ confirmantur *in c. nulli. 5. de rebus Eccleſ. non alienan. l. 1. titul. 14. part. 1.* huic errori ius reſiſtat.

77 Ex prædictis antynomiæ huius difficultas patet, ob quam lex iſthæc aliquibus reijcienda viſa eſt ex vſu contrario, qui adeo frequenter inoleuit, vt adſerat ibidem Gregorius, ſe contra eam ſemper vidiſſe iudicatum, ita ſe ipſum in plurimis cauſis iudicaſſe, ac deinceps iudicaturum, cuius ſententia vera eſt. Alienatione namque prohibita, vſucapio etiam prohibetur ex qua inducitur alienatio. *l. alienationis verbum. 28. ff. de verb. ſignificat.* 78
poſt alios dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in l. 8. ſchol. 5. num. 11 & 13. circa fin. titul. 7. lib. 5. recopilation.* Quare opus eſt deciſioni *dictæ legis regiæ* reſpondere, ne præfatæ ſententiæ veritas detrimentum patiatur, neue illa iniuſtitiæ labe notetur.

79 Quod vt fiat, præmittendum eſt, regiam legem ad iuris errorem minime referendam eſſe, cum hic malam fidem producat, quæ à quacumque præſcriptione abeſſe debet, ne plures hoc velamine res alienas inuadant de facto minime dubitantes, aut à raptoribus emanet contra regulam iuris. *c. qui contra iura. 82. de regul. iur. lib. 6. l. non dubium. 5. C de legib. l. illicitas. 6. §. ficuti*, ibi, *innoxius eſſe non debet ff. de offic. præſid.* Nec enim iuris error à pœ- 80
na legis etiam maxima quemquam excuſat, vel ad vſucapionem proficit. *l. 1. l. iuris ignorantia. 4. l. regula eſt. 9. ff. de iur. & facti ignorantia. l. conſtitutiones. 12. C. eod. titul. l. leges ſacratiſſima. 9. C. de legib. l. 20.* vbi Gregor. *ſchol. 1. & 2. titul. 1. part. 1. l. 14. titul. 4. part. 5.* latiſſime omnium Farinac. in *praxi criminal. titul. 10. de pœn. temperand. quæſt. 90. à nu. 91. ad 109.* diſputans, an, & quando in criminalibus iuris ignorãtia excu-

81 excuſet? ne alias delicta maneant impunita. *l. aut facta. 16. in fine. ff. de pœn.* cum alijs iuribus, & interpretibus à nobis congeſtis *in repetitione c. 2. de præſumpt. numer. 162.* & ijs quæ notat dominus, & auus meus Ioann. Matien. *in l. 1. ſchol. 2. numer. 6. titul. 19. lib. 5. recopilation.*

82 Quod adeo verum eſt, vt nec pactum valeat, quo futuri delicti remiſſio fiat. l. Si *vnus. 27. § pacta quæ turpem, vbi* Albericus, Bald. Paulus, & ſcribentes communiter *cum ſimil. lib. ff de pact.* poſt alios idem dominus, & auus meus Matien. in *l. 6. ſchol. 8. numero 2. titul. 8. lib. 5. recopilation.* nos latius *in l. quidam de cedens. 6. à numero 84. ff. de adminiſtratio. tutor. & in l. contractus. 24. à numer. 271 ad 286. ff. de regul. iur.*

83 Quæ omnia ita ſtricte ſtatuta ſunt, ne ob iuris ignorantiam delinquentis excuſentur, licet enim libenter delicta perpetremus ad malum proni, pœnæ tamen metu ab ipſis arcemur, quam ſemper pati detrectamus, vt tradit Bartol. *in l. 1. num. 11. C. de condictio. ex lege.* Pinel. *in dicta authent. niſi tricennale. num. 32. C. de bon. matern.* & alij plures, quos refert ſecutus dominus, & auus meus Matien. *in præallegata l. 8. ſchol. 5. num 13 poſt princip. titul. 7. lib. 5. recopilation.* cur igitur cum mala fide iuris errore inducta præſcriptio etiam longiſſima Canonico iure proderit? contra Menchac. affirmatiue ſentientem *dicto lib. 2. controuerſiar. illuſtr. c. 77. à num. 16.* prout ex alijs acerrime tuetur Fachineus omnino videndus *lib. controuerſiar. iur. 8. cap. 28. ad fin. & cap. 29.*

84 Quæ omnia, vt offendicula euiremus *primo loco ſuperius* adnotata Gregorij ſolutio alijs quibuſcumque præferenda eſt, clarius tamen, & diſtinctius à nobis proponetur.

85 Aut enim ad Epiſcopum ſpectabat inconſulto capitulo donationis faciendæ ius ob conſuetudinem in eo loco obſeruatam, quia res parua erat. vt *in c. cæterum. 3. de donationib.* Qua in ſpecie, cum donatio valeat præſcriptio nullius eſt momenti.

86 Aut alienata res maximi momenti erat cuius alienatio nulla contraria obſtāte conſuetudine ob hanc cauſam ad capitulum etiam ſpectabat. Si donationem capiens hæc omnia ſic ſe habere ſciebat, bonam fidem non habet, nec quantumuis longo tempore rem poſſideat poterit præſcribere, quod mihi probant primi reſponſi legis regiæ verba, *no ſe la podia dar en ſu cabo*, & alia in fine, *por que non la tiene con buena fee*, etiamſi intellexerit iure hanc alienationem permiſſam eſſe.

87 A qua ſpecie differt ignorantia, quam iuſtam lex regia vocat præſcriptionis cauſam. Cum ſcilicet ſciebat donatarius, nullo modo poſſe à ſolo Epiſcopo rem Eccleſiæ ſine capituli adſenſu cuiquam donari, ſed eam potius donationem capituli præcedente adſenſu ſibi rite factam exiſtimauit, aut eius loci contrariam eſſe
conſuetudinem cenſuit, quæ in aliquibus
locis viget vt poſſit ſolus Epiſcopus incon-
ſulto capitulo res Eccleſiæ donare, ex qua-
rum donatione, graue detrimentum Eccle-
ſiæ non inferatur *dicto c. cæterum. 3. cum ſimili-* 88
bus ibidem à Bernardo, & interpretibus *com-*
memoratis de donationib.

Hi enim errores, & ſimiles iuſti ſunt, & 89
excuſatione digni, vt quis à mala fide immunis iudicetur, vtpote in facto non in iure conſiſtentes, qui nedum ad bonam fidem proficiunt, ſed iuſtum quoque titulum præſcriptioni tribuunt. *l. Celſus. 27. ff. de vſucapionib. l. penultim. C. de præſcriptione longi tempor.* Gregor. *in dicta l. 8. ſchol. 1. ad med. titul. 14. part. 1.* Fachin. *lib. 8. controuerſ. iur. c. 33. verſicu. ſecundum eſt, quia bona fides.*

Et plane in eo à Gregorio diſſideo, quod 90
in prima ſolutione adſerit, facti ſcilicet errorem *in dicta l. 8.* cum iuris reſiſtentis errore mixtum eſſe, cum nullus in ea iuris error deprehendatur, qui cuicumque præſcriptioni officeret iure canonico, cui in hac parte eſt omnino ſtandum *ex textu noſtro*, ſecundum veram, & communem ſcribentium ſententiam recte à Fachineo defenſam *dicto lib. 8. cap. 26.*

Quamuis autem Couarru. *in dicta regul.* 91
poſſeſſor. 2. part. § nu. 10. teneat ad præſcriptionem etiam, quæ titulum exigat ſufficere immixtionem hanc errorum iuris, & facti *dicta l. ſi vir. 3. ff de vſucapio. pro donato*, ex qua plures à ſe relatos idem notaſſe teſtatur, & communem ex alijs dicit Mencha. *dicto lib. 2. controuerſiar. illuſtr. c. 79. n. 3.*

Hanc tamen ſententiam limitat Couarr. cum error, non ad ius principaliter, ſed potius ad factum refertur. Quod tamen fortiter impugnat Menchac *dicto cap. 79. numer. 3.* Ego vero libentius Couarruuiæ limitationi adſentior, cum facti error iuſtam *ex prædictis* tribuat præſcriptioni cauſam, idque ſolum, quod principaliter agitur, attendendum ſit, non quod venit in conſequentiam. *l. cum quid. 3. cum ſimilib. ff ſi cert. peta.* quamuis parum fermenti ex euangelica lectioni totam maſſam ſoleat corrumpere.

Cæterum, quando ius etiam reſiſtens eſt 92
maxime dubium, licet contra ipſum error admittatur, procedit præſcriptio, in qua vel titulus requiratur, maxime ſi præſcribens iuris peritos cōſuluerit. *c. dilectus. 8. de conſuetudi.*
quod

quod ita interpretantur *inibi* Panormitan.
Imola, & alij plures, quos referunt ſecu-
ti Arius Pinel. *in l. 2. C. de reſcinden. venditio.
parte 2. cap. 4. numero 41. verſicul. excuſandum
etiam*, Couarru. *vbi ſupra numero 9.* Men-
cha. *dicto lib. 2. controuerſ. illuſtr. cap. 77. nu-
mer.* 18.

93 Secundus præcedentem inſequitur gra-
dus, qui ad dubitationem attinet recte à Fa-
rin. ex alijs deſcriptam, ac definitam *in praxi
crim. to. 2. 1. part. tit. 5. de indic. & tort. q. 36. n. 197.
& ſeq.* In quo communis eſt opinio, dubium
præſcribere, prout tenuere multi, quos refe-
runt Franciſc. Balb. *de præſcription. 3. parte. 6.
partis principal. quæſt. 3.* Sarmient. *lib. ſelectar. in-
terpretation. 2. cap. 10. num. 5.* ex eo quòd in iure
94 dubitatio ignorantiæ comparatur, bonam-
que ob hanc cauſam fidem arguit, licet non
adeo efficacem, ac ſi facti ſimplex eſſet
ignorantia. *l. vltim. §. ſi autem neſcius, aut du-
bitans. C. de furt. & ſeruo corrupto. l. pro dubie-
tate. 11. C. de condictio. indebi. l. de ſtatu. 15. ff. de
teſtament. l. admonendi. 31. & ibi* Bartol. *num.* 18.
ac deinde. ff. de iure, iurando. Quam ſententiam
ex alijs communem dicit Couarr. *in dicta reg.
poſſeſſor 2. parte dict. §. 7. n. 3.*

95 Anton. tamen Butrius teſte Iaſone eum
referente *in §. ſed iſta quidem numero* 82. *inſti-
tut. de actionib.* & Couarru. *vbi proxime num. 4.
verſicul. Antonius autem à Butrio* aduerſus com-
munem opinionem exiſtimat, præſcri-
ptionem à bonæ fidei poſſeſſore inceptam
interrumpi, ſi præſcriptionis progreſſu du-
bitauerit, res an ſit ſua, nec ne, quam præ-
ſcribit?

Cui ſententiæ accedunt alij, quos refert
Couarru. *vbi ſupra*, qui communem con-
ſtanter defendit colligens *dicto num. 4. in fine*,
præſcriptionem ex ſola mala fide interrum-
pi, quæ proprie, ac ſimpliciter ſit rei alienæ
ſcientia. Quod vt probet expendit noſtri
textus verba *in nulla temporis parte rei habeat
conſcientiam alienæ*, quæ ſola mortalis peccati
reum ex *textu noſtro* præſcribentem efficit.

96 Cuius diſpoſitionis ratione in eo, qui
dubitat, ceſſante diſpoſitionem etiam ip-
ſam ceſſare neceſſe eſt. *c. cum ceſſante. 60. de
appellationibus l. quod dictum 33. ff. de pact. l. adi-
gere. 6. §. quamuis. ff. de iure patronat.* cum ſimi-
lib. & interpretibus à Farinacio ad id pro-
bandum congeſtis *in 1. parte fragmentor. cri-
minal litte. E. verb. extenſio. numer. 56. cum duobus
ſequentib.*

97 Sed quamuis hæc poſt inceptam præſcri-
ptionem vera ſint, ad ipſius tamen initium
dubitatio non prodeſt ex Couarru. *in dicto. §.
7. num. 4.* Sarmien. *lib. 2. ſelectar. cap. 10 num.
7. ad fin.* Quæ omnia comprobat Fachine.
lib. controuerſiar. iur. 1. capit. 65. dubium in
practicum, & ſpeculatiuum diſtinguens;
ſpeculatiuum dicens, cum quis dubitat, ſit-
ne res ſua, vel aliena, quam præſcribit? Pra-
cticum cum dubitat, an poſſit eam abſque
peccato retinere? ex hac vltima dubitatione
præſcriptionem interrumpi contendens.

Sunt tamen qui velint, dubium ei ſimi- 98
lem, qui ſecurus, & incautus rem quam emit,
venditoris eſſe putauit, quos refert Mencha.
lib. controuerſ. illuſtr. 2. c. 77. numer. 3. eos ſecutus
num. 6. Ego vero communi ſententię ſuperius
propoſitæ adhæreo.

Huic proximus eſt tertius gradus, quem 99
ſuſpicio facit, quando quis probabiliter
ſuſpicatur, rem quam poſſidet, ad ſe ſpe-
ctare, vel ſuam eſſe, licet aliquam huiuſce
rei incertitudinem habeat, ignorans, vel du-
bitans; ecquis verus ſit illius dominus? Quæ
quidem ſuſpitio recte à Farinacio diffinita,
ac diſtincta *in praxi crimin. 2. tom. 1. partis ti-
tul. 5. de indic. & tortura quæſt. 172. ad* 193. bonæ
fidei poſſeſſori nequaquam officit, cum *ex
præadductis interpretibus* bonæ propius, quam
malæ fidei naturæ accedat. 100

Quamuis ergo ad inducendum præ-
ſcriptionis initium non ſufficiat. *l. 1. C. de vſu-
capio transformari. l. qui cum alio. 19. ff. de regul.
iur.* Bartol. *in l. naturaliter. 5. num. 9. ff. de vſu-
capionib.* Iaſo, & Nauar. quos meminit ſecutus
Sarmient. *dicto lib. ſelectar. 2. c. 10. n.* 8. Couarr.
in dicto. §. 7. nu 4. ad finem. Eò tamen illa excu-
ſabilis ſuſpicio prodeſt, vt bonam fidem ini-
tio præſcriptionis ex rei propriæ cogitatio-
ne, & ignorantia alienæ inceptam non in-
terrumpat argumento, *c. dominus 2. de ſecund.
nupt.* & eorum quæ poſt alios tradit Nauar.
in c. ſi quis autem 4. de pœniten. diſtinct. 7. à nu. 81.
vſque ad n. 119. eoque relato Sarmient. *dicto ca.
10. n. 8. in principio.*

Quartus gradus eſt opinio, cuius commu- 101
nem definitionem ex alijs ſcripſit Farinac.
dicta q. 39. n. 193. cum trib. ſequentib. quãdo quis
opinatur, rẽ eſſe aliená, quam poſſidet. Quæ
cum malæ fidei naturá ſapiat, præſcriptionis
curſum retardat ex Sarmiento *dicto n.* 8. quia
modicum ad credendum, vel ſciendum rem
poſſeſſam aliena eſſe reſtat, iuxta id, quod in
ſimili notat Bart. *in l. admonendi. 31. n. 22. verſic.
& hic eſt ſecundus caſus. ff. de iure iuran.*

Sed hi duo gradus confunduntur, cum 102
pariter poſſit eſſe opinio, vel ſuſpicio rei pro-
priæ, aut alienæ. Quod & fatetur Sarmien. *vbi
proxime*, licet videatur inter eos diſcrimen
ſtatuere Bart. *in dicta l. admonendi nu. 21. & 22.*
forſan, quia opinio famam præſeferat publi-
cam, ſuſpicio poſſidentis ſecretam dubita-
tionem qua bona conſeruatur fides.

103 Credulitas quinto gradui adſcribitur, cum quis credit, rem quam poſſidet, Titij eſſe, non ſuam. Qua in ſpecie Sarmientus ait, illico præſcriptionem interrumpi, in quam ſententiam iudicio meo inclinat Bartol. *in dicta l. admonendi. 31. num. 23. ff. de iure iuran* credentem in dubio conſtitutum non eſſe, non tamen adeo certum, ſicut, qui rem eſſe alienam nouerit.

104 Sed quamuis hæc ita ſe habeant, adeſt pro contraria parte Accurſ. in l. *penultim.* & ex eo ſcribentes *inibi. ff. de vſucapio. pro empto.* Felin. *in c. 2. numer. 5. verſicul. fallit ſexto, & numero 6. ſupra hoc titul.* Balb. *in l. celſus. 27. 3. parte. num. 3. ff. de vſucapionib.* Alexand. *in l. de pupillo. 5. §. nunciationem numer. 12. ff. de noui oper. nunciatio.* & alij plures, quos refert Pinel. *in dicta authent. niſi triennale numer. 14. & 15.* C. *de bon. matern.* Qui volunt, probabiliter credentem ex denunciatione ſibi à vero domino facta rem quam poſſidet, ſuam non eſſe, ſed alterius ad proſequendam rite inceptam præſcriptionem non impediri *dicta l. penult. ff. de vſucapio. pro empto.*

Quod tunc demum locum habet, cum denunciatio domini ſolius authoritate, ſecus, ſi iuſſu competentis iudicis ad id executore dato facta fuiſſet, ita docet Accurſ. cõmuni ſuffragio receptus *in l. ſicut in rem. 3. ex eo textu.* C. *de præſcript. 30. vel. 40. annor.* in ijs verbis, *niſi allegato ſacro reſcripto, aut in iudicio poſtulatione depoſita fuerit ſubſecuta per executorem conuent. l. 29. 2. reſponſo. titul. 29. part. 3.*

105 Quæ ſententia ex eo confirmatur, quòd ſimplex domini denunciatio præſcribentem in credulitate, quæ à iure improbatur, non conſtituit, cum ille mentiri poſſit, nec præſcribens ei cogatur fidem adhibere *l. ſi quis inficiatus. 13. ff. depoſiti vbi* notat Bartol. idem *in l. quod te mihi. 5. num. 15. ff. ſi cert. peta.* Deci *à num.* 6. Cagnol. *num. 16 & 17. in l. qui in alterius. 41. ff. de regul. iur.* Felin. *in dicto c. 2. num. 6. ſupra hoc titul.* Boer. *deciſio. 154. per totam.* Poſſet enim multotiens is, qui dominus non eſt ex iniuſta denunciatione rem alienam inuadere, ac dolis aperiretur via, quod iniquum & à legum diſpoſitionibus abſonum teſtatur *ex iuribus, & interpretibus* Boer. *dicta deciſio. 154. numer. 4.*

106 Sed hæc omnia ſecus iudicanda ſunt, vbi credulitas vera eſt, & probabilis, veluti ſi præſcribens denunciantem ex ſignis, aut coniecturis probabilibus rei dominũ agnouit. Verbi gratia pater alienat bona filij aduentitia, quæ propria filij eſſe nouit emptor, filius ei denunciat, ne emat, nam cum alienatio, hæc patri ſit interdicta *in l. 1. cum alijs eiuſmod.* C. *de bon. matern* ſimplex denunciatio emptorem in mala fide conſtituit, vt rite incepta præſcriptio ob eam perturbetur.

Quod idem obtinet, cum denunciatio 107
executure ad id dato prolata eſt, *dicta l. ſicut in rem. 3.* C. *de præſcriptio 30. vel. 40. annor.* vel quando in præſcriptionis initio facta eſt denunciatio. *l. ſi fundum. 17.* C. *de rei vendicatio.* ita ab Accurſ. intellecta *in dicta penultim. ff. de vſucap. pro empto. l. 10. titul. 29. part. 3.* vel denique mortaliter *l. 1.* C. *de præſcript. longi temporis l. penult. titul. 29. part. 3.*

Hanc vltimam ſententiam contra prio- 108
re loco relatam tenuerunt Accurſ. & ſcribentes communiter *in l. in dicta l. ſi fundum. 17.* Bald. *in c. dilecti. 13. numer. 1. de maioritа. & obedient.* Felin. hanc dicens receptam opinionem *in dicto c. 2. num. 5. verſic fallit ſexto ſupra hoc titul.* Matthæ. Afflict. *deciſio: 369. numero 9. ac. 10.* quos, & alios refert Pinel. *in dicta authent niſi triennale. num. 14. in principio.* C. *de bon. matern.*

Quas duas communes opiniones con- 109
trarias præfata diſtinctio conciliat, quamuis eius impugnatores non deſint, quos Pinel. *vbi ſupra* refert *dicto numero* 14. eos ſecutus *num. 16.* volens ſimplici ab initio denunciatione facta præſcriptionem non impediri immemor ſane iuris regulæ, quæ habet, tam Canonico, quam ciuili iure præſcriptionem ſaltem ordinariam non procedere in cuius initio bona fides ſimpliciter, & abſolute ſumpta non adfuit. *dicta l. 1.* C. *de vſucapio. transforman.* Accurſ *in l. 1. verb. interuenerit.* C. *de acquiren. poſſeſſio.* Couarru. & Sarmient. in locis *ſuperius. num. 97.* relatis, Fachi. *lib controuerſiar. iur. 1. c. 65. & lib. 8. c. 30.* in quo hanc veriorem quoad præſcriptionem etiam longiſſimam tuetur.

Quare contra Pinelum, & ſcribentes, quos 110
pro ſe adducit, ſuperior conciliatio admittenda eſt, quam non euertunt ipſius reſponſio, ad prædictam. *l. ſi fundum. 17.* C. *de rei vendicatio.* nec fundamenta, quæ pro ſua adfert ſententia.

In primis enim, vt eam tueatur, contra Accurſium, & alios ait in prædicta Imperatoris deciſione alia vltra ſimplicem denunciationem interceſſiſſe, contendit quod plane diuinationem potius, quam veritatem videtur continere ex dicta *l. ſi fundum* verbo *per denunciationem admonentibus*, nec vllus ex ſcribentibus eum textum vltra ſpeciem in eo adſcriptam intellexit. Qua generaliter ſtatuitur emptores à vero domino in principio præſcriptionis admonitos ad continuandam præſcriptionem impediri.

Nec

Nec iuuant Pineli ſententiam alia textus verba, *vel alio modo*, quæ ipſe ponderat, nam imo ex ea dictione, *vel*, infertur in malam incidiſſe fidem emptorem cui à domino denunciatio facta eſt, cum hunc ſimplicis denunciationis modum alio ſupreſſo exprimat.

111 Nec obſunt expoſitioni noſtræ fundamenta, quæ ab aduerſis conſiderantur Non primum, quo de maiori ad minus arguit Pinelus inquiens, cum iuris etiam reſiſtenti errore præſcriptionem procedere, multo autem minus eſſe, etiamſi denunciatio à vero domino facta ſit in præſcriptionis initio, vbi error facti ſolus adeſt.

112 Primam enim propoſitionem probabit nullus, qui apertis oculis quæ *in primo gradu* circa iuris reſiſtentis errorem latius diſputauimus, conſiderauerit, ex qua collecta illatio improba quoque iudicanda eſt argumento contrario ſenſu. *l. 2. ff. de iuriſdictio. omni. iudic. l. ad rem mobilem 56. l. ad legatum. 62. cum ſimilib.* & ijs, quæ *meis* adnotant ſcribentes. *ff. de procuratorib.*

113 Nec ſecunda obſtat Pinell conſideratio deducta *ex l. ſi quis inficiatus. 13. ff. de poſi.* qua probatur, eum, cui aliquid denunciatur, denuncianti fidem non debere niſi denunciatione manifeſta vera, quæ dixit, eſſe oſtendat. Quoniam licet hæc regula vera ſit poſt inceptam bona fide præſcriptionem; ſecus tamen eſt, cum in præſcriptionis initio denunciatio fit, quæ præſcribentem ſaltem dubitare facit, qui ſtatus ad inchoandam præ-
114 ſcriptionem non ſufficit. *l. 1. C. de vſucapio. transforman.* diximus *ex alijs num. 97. & 109. ſupra.*

115 Nec Pinelo proderit impugnatio Baldi *ex l. ſi maior. 13. C. de reſcinden. venditio.* quæ locum habet in eo, qui, eum dominus non eſſet, denunciauit. Sed hanc etiam diſtinctionem Pinelus improbat, quæ tamen comprobatur *in l. indebiti. 15. §. ſed ſi nummi. ff. de condictio indebiti*, vbi eum Iulius Paulus adfirmaſſet, nummos alienos alicui datos condici non poſſe, verba iſthæc adiecit. *Sed & ſi poſſeſſionem tuam feciſſem, ita vt tibi per longi temporis præſcriptionem auocari non poſſit, etiam ſic recte tecum per indebiti condictionem agerem.* Vides igitur, quantum differat traditio rei à vero domino facta ab ea, quam alius fecerit, & ſimiliter, quanto plus domini prohibitio, quam alterius operabitur,

116 Denique quartum Pineli fundamentum corruit, quo vult, malam fidem non induci, licet fama publica ſit, rem venditam alterius non venditoris eſſe, quod vt probet, allegat Baldum, & alios, quos contra ſe adduxerat.

Quod neſcio, quomodo, aut ratione dixerint, niſi velis, ideo hanc poſſe opinionem ſubſtineri, quia fama falli potuit, vel ad emptorem non peruenit, qui nulla ſibi denunciatione facta rite præſcriptionem ingreditur.

Quod idem obtinet, cum dominium in 117
incerto eſt, quoniam ſi fama publica eſſet, & ad emptoris notitiam ante inceptam præſcriptionem perueniſſet, non dubito, quin in mala fide conſtitueretur emptor, niſi is omni adhibita diligentia verum dominum inuenire non potuerit, iuſtam enim habebit præſcribendi cauſam, prout videtur voluiſſe Couarru. *in dicta regul. poſſeſſor. 2. parte. §. 7. numer. 7.* Patet igitur *ex prædictis* conclusionis *ſuperius* propoſitæ veritas ex credulitate probabili præſcribentis, rem quam poſſidet, alienam eſſe, malam fidem induci.

Vltimus gradus eſt rei alienæ ſcientia, qua 118
præſcriptionem impediri indubitati iuris eſt, in quocumque præſcriptionis tempore ſuperueniat ex verbis noſtri textus, *rei habeat conſcientiam aliena.*

Sed hoc in gradu ſcribentes quærunt, an ſuperueniens mala fides poſt inceptam præſcriptionem eam prorſus perturbet, quamuis poſtea deceſſerit, & ad priorem ſtatum præſcribens reſtituatur?

In quo articulo, ex mala fide ſemel in- 119
terruptam præſcriptionem iam amplius procedere, incipi, aut renouari non poſſe docent Ioan. Andr. *in c. ſine poſſeſſione. 3. de regul. iur. lib. 6.* Anton. *in c. illud. 8 ſupra hoc tit.* quam ſententiam communem adſerit Panormitan. *ibidem numer. 20.* mala enim fides ſemel admiſſa minime patitur vlterius præſcriptionem procedere, vt voluere Accurſ. Bartol. & Salycet. *in l. 2. C. de fructib. & litis expenſ. noſtri* textus verbis ducti *vnde oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam aliena*, & aliorum iurium, quæ Couarru. èuocat huic ſe adſcribens ſententiæ dubius tamen *in dicta regul. poſſeſſor. 2. parte. §. 12. numer. 7.* ex quibus deducunt præfati interpretes in perſonalibus actionibus ex mala fide præſcriptionem interruptam non poſſe iam vltra continuari, vel denuo inſtitui, quamuis ad bonæ fidei ſtatum poſſeſſor reſtituatur.

Sed licet ex his adiuuetur ſuperior 120
opinio, contraria mihi magis probatur, quam non euertunt textus noſter, & ſimiles, quoniam, licet eo tempore, quo mala fides durat, præſcriptio non procedat, ea depoſita bonæ fidei ſtatus integer manet, ita docet ex Felino Sarmient. *dicto lib ſelectar. c. 10. n. 9.* cuius ſententiam potiorem iudicat Couarr.

dicto §.12.n.7.ex Bernard. *hic verb. in nulla temporis parte*,& Innocent. Bartol. *in l. naturaliter. §.11.10.ff.de vſucapionib.*

Quorum ſententia coadiuuatur ex. *l. 1. cum ibi notatis.C.de præſcript.longi tempor.* quam ad id mirabilem dicit Sarmien. *vbi ſupra*, quamuis mihi ea lex non ſatis opinionē Sarmienti probet,eamque clarius explicet regia.*l.penult.titul.29.part.3.*

Ex quibus anceps quæſtionis huius reſolutio redditur. Primam tamen ſententiam veram adſero, ſi de continuatione agas. Secundam,ſi de nouo ipſius initio poſt malam fidem depoſitam, vt *in prædictis iuribus* aperte diſtinguitur. De his tamen late Balb. *de præſcriptionib. 3. parte. 6. partis principal.* quem refert Farinac. *in praxi crimina. 1.tom 1.partis titul. 1. de inquiſitio. quæſtio.10. numer. 28.* ex *l. ſi autem. 31. §. libertas. ff. de ſeruitutib.vrbanor. prædior.*

121 His præmiſis decidendi ratio proponenda eſt, quæ Innocentium mouit, vt præſcriptionem mala fide mixtam condemnaret, *Peccat enim*, inquit Pontifex, *qui rem alienam detinet ſciens alienam, atque eò maius peccatum admittit,quanto diutius illam detinet.c. vltim.de conſuetud.l.vltim.ad finem.E quanto*, ait, *mas dura,e lo vſa peor es tit.2.part.1.*

122 Nec ex aduerſo Imperatoriæ leges obſunt, quæ præſcriptionem longiſſimam cum mala fide adminunt, his enim derogat iuſtis de cauſis Pontifex, cui animarum cura incumbit. *c. ſolita.6.de maiorit.& obedien. c. vt animarum,2.cum ſimilib. de conſtitutionibus lib.6.* cum læthale peccatum inducant ex *textu noſtro.c.nouit. 13. de iudic.* Quod vt viretur, legem ciuilem quoad vtrumque forum Pontificiæ cedere probant Ioan.Andre. *in c. 2.verb.poſſeſſor.de regul.iur.lib.6.* quē *ib.* Francus, & reliqui ſequuntur, Couarru. *2.part,§.11. numer.3.in medio,verſicul. hinc ſane deducitur* Felin.ac Decius *numer.25.in c. Eccleſia Sancta Mariæ.10.de conſtitutionib.* optime Veroi. *in Rubri.de præſcriptionibus numer. 51.* Ferdinand. Loazes *in tractat. ſuper noua paganor. conuerſio.§.6.numer.1.charta. 7.column.4. vſque ad 30.* docte Fachin. *lib. controuerſ. iur. 1. c. 63.65. & 68.*

123 Huic tamen decidendi rationi non parum obeſt deciſio text. *in ſupra relato authenti. vt Eccleſ. Roman. centum annor. gaud. præſcriptio. §. 1. & tutus*, Imperator ait, *peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur.* Quæ verba bona fide impletam præſcriptionem irritam prorſus ſtatuere videntur propter illius peccatum, qui ſe vel iuſta præſcriptione defendit, quæ tamen ciuili, & canonico iure ſimul admittitur. *c. ſi diligenti. 17. ſupra hoc titul. cum ſimilibus.* poſt alios Anton. Petra Sancta *de fideicommiſſ. q.14.num.238.*

124 Cui Sanctioni interpretes ſatisfacere conantur, alij enim præſcriptionem etiam iure obtentam iniquum eſſe præſidium aiunt non propter præſcribentis peccatum, quod nullum adeſſe fatentur, vbi mala fides abeſt; ſed quia,& huius finis contra naturalem æquitatem tendit, ne quis videlicet cum aliena iactura locupletior fiat. *l. nam hoc natura.14.* vbi breuiter, & copioſe Gotofred. maxime *ſibol.2. ff. de condictio indebiti.c. ſuam. 9.de pæn.*

Quam huiuſce difficultatis ſolutionem probat Accurſ. *in dicto authen. vt Eccleſ. Roma. §.1.verb.improba*, quem ſequitur Ioan. Imol. *in l.ſequitur.4.§. ſi viam.num. 24. ff. de vſucapionib.* Æmil.Ferret. *in l.3.num.7.ff.eod.titul.* Pariſ. *in Rubri.noſtra num.8.*& plures alij,quos refert Anton.Petra Sancta *dicta quæſt.14. à num.231. ad 242.* & iterum. *numer. 259. ad fin. & numer.260.*

125 Quæ tamen ſolutio difficultatem potius nouam incutit,quam eam tollit.Cum enim hi concedant interpretes, præſcriptionem etiam iuſtam iniquum eſſe pręſidium, volūt etiam neceſſario iuſtitiæ aduerſam, quod prorſus inficior, cum ciuili,& canonica lege permittatur, quæ iniqua eſſe non poteſt. *c. erit autem lex.2. diſtinct.4.* Idque hac ratione probat ex alijs multis bonam in ſpecie fidē à mala diſtinguens Anton.Petra Sancta *dicta q.14.n.238.* recte Fachin. *lib. controuerſ.iur.1.c. 64.verſ.fundamentum eſt præclarum* & ſane Imperator *in enarratis verbis* tam ſcientes, quam ignorantes peccare prima facie adſeruiſſe videtur, cum dictio illa, *etiam*, & ignorantes *ex latius infra dicendis* implicare videatur.

126 Quare alij hæc Imperatoris verba ad eos dumtaxat referenda iudicant, qui rē Eccleſię bona etiam fide poſſident, hi enim ſecūdum eos ex Imperatoris ſententia ſic intellecta iniquo vtuntur remedio, non alij, qui contra priuatos iuſte poſſident ex Æmil.Ferreto *in l.3. ff. de vſucapionib.*& Alcia. *in Rubri. noſtra nu. 5. & 6.*

Sed hæc quoque ſolutio parum proficit,cū contra Eccleſia n præſcriptio admittatur iuſta ignorantia, & titulo obtenta, nedum ex alijs pluribus ſanctionibus,ſed & ea,quam *in illo authentico* Imperator promulgauit, quæ vtique admitti non poſſet, ſi ob præſcriptionem contra Eccleſiam peccatum contra noſtram deciſionem induceretur.

127 His attentis Felin. *in Rubri. noſtra n. 2. authēt.* verba in ſolo malæ fidei poſſeſſore intelligenda eſſe adſerit, quem cōſtat iniquo vti remedio,& læthali crimine infectum, cui conſentit Imola *in præſent. 1.part q. 5.* Angelum proſe, ac Romanum adducens, & ante eos

idem

idem probat Bald. *in l.1. numer.3. & 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* & alij ab Anton. Petra Sancta adducti *de fidei commiſſ. dicta q. 14. numer. 138.*

128 Sed huic adiectioni verba Imperatoris obſtant, quoniam illa dictio, *etiam*, & ignorantes implicat teſte Pariſ. *in Rubr. noſtra dicto nu. 8.* Ioan. Amba. *in Rubr. ff de vſucapionib. num. 23.* Ant. Pine. *in authent. niſi tricennale. num. 40. C. de bon. matern.* qui vult è conuerſo dictionis huius etiam naturam ab hac implicatione longe diſſonam, cum ex eo caſum exprimat magis dubitabilem, minus dubitabilem implicet. *c. vnico ibi etiam de lenſinia, de commoda.* caſus

129 enim apertior latæ, ac leuis culpę ex prædicta dictione ſubinduci ur ex Panormitan. *ibidem. num. 3.* ſimiliter *in clementi. religioſus* ibi *etiam pro conreligioſo de procuratorib. clements. 1.* ibi *etiam exempti de teſtamen.* notat Bart. *in l.1. n. 4. C etiam per procuratorem.*

130 Quod in ſpecie noſtra ſecus eſt, in qua dictio *etiam* apertum exprimit caſum eorum ſcilicet, qui conſcij rem alienam poſſident, in quo dubitabilis ignorantium *ex prædadductis interpretibus* non debuit, nec potuit contineri.

Quod cum videant diuerſi diuerſa ſentiunt, noluerunt enim cōcedere Imperatorē eſſe lapſum, nec item bona fide completam præſcriptionem ex præfata dictione contra cla-

131 ras legum diſpoſitiones iniquam fateri *argumento. l. 2. & quod ibi notatur. C. de conditionib inſert. authen ex teſtament. C. de collationib.* Bernar. *in c. cauſ. 18. verb fuerat inſerenda de reſcrip.* Io. ã. And. *in c. cupientes. 15. § quod ſi per viginti verb. petere de electio. lib. 6.* Iaſ. *in l. emancipata. 4. nu. 18. in fine. C. qui admitti*, Roderic. Suar. *in l 2. titul. de los caſamientos lib 3 fori n. 2. in med.* idem *allegat. 17. n. 16. verſic. ſecundo quia.* Vnde patet, præfatas omnes ſolutiones facili negotio ſubuerti, cum eamdem in littera Imperatoris ambiguitatem relinquant. Quam vt explicemus, duplex poteſt proponi ſatisfactio.

132 Imprimis tentari poſſet, dictionem illam, *etiam*, quæ difficultatem adfert, participio, *ſcientibus*, iungendam non eſſe, prout in ordine litteræ conſtituta videtur, vt abſurdum fugiatur. *l. nam abſurdum 7. ff. de bon. libert.* cum alijs iuribus, & interpretibus congeſtis à Farinac. *1. parte fragmentor. criminal. litte. E. verbo extenſio. n. 133. cum duob. ſequentib.* Sed potius in conſtructione priori coniunctioni, *&* applicandam, vt ſit ſenſus, *& etiam tutus peccandi locus ſcientibus relinquatur.*

Nec mirum, ſuperfluam *ibi* dictionem, *etiam*, inueniri hac explicatione, admiſſa, cum latina ex græco idiomate authenticorum ad litteram traductio in multis imperfecta ſit, & Latini ſermonis puritati aduerſa. Quę interpretatio authorem habuit eximiũ, iuriſconſultum multiſque mihi hominibus venerandum patrem meum, à quo didici. Quare eam improbam iudicare nec fas eſt, nec libet, quamuis hæc litteræ inuerſio nunquam mihi ſatis tuta viſa ſit, nec enim, ſi verum fatear rectè ad libitum explicantis litteræ verbis additis, vel detractis, ſiue eius ordine inuerſo aliena mens aperitur.

Pinel. *in dicta authent. niſi tricennale num 40.* 133 vt omnes difficultates euadat, Corneum, & Socinum nepotem, quos refert ſecutus voluit, ab Imperatore *in relatis verbis* malæ fidei poſſeſſorem ſolum damnari, cuius cauſa centenariam contra Eccleſiam præſcriptionem exegit, *ne inquit hominibus impium maneat præſidium. & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur.* Quibus verbis ſecundum Pinelum ſignificat Imperator, centum annorum præſcriptionem ſolam contra Eccleſiam profuturam, ne breuiore præſcriptione ignorantis, & bona fide poſſidentis admiſſa, iniqui etiam poſſeſſores rem alienam eſſe, quam poſſident agnoſcentes eodem præſidio, quod iniquiſſimum eſſet, ſe tuerentur, ſcientiam hanc abnegantes, vel diſſimulantes, quæ nunquam præſumitur, ac difficile ab Eccleſia actrice probari poſſet.

Quod vtrique ſcientium rem eſſe alienam, 134 quam poſſident peccatum in hac longiſſima præſcriptione, quæ vitam hominum excedit *l. vltim.* inibi, *longæuum vita hominum tempus. C de ſacroſanct. Eccleſ.* conſiderari ferme nunquam poteſt, cum vix ab vno perfici queat, & iuſtam habeat ignorantiæ cauſam, qui in ius ſuccedit alterius. *l. vltim. ff pro ſuo. l ſi mulier 11. ff. ad Velleian. l. qui in alterius. 41. ff. de regul. iur. c. cum quis. 14. eod. titul. lib. 6.*

Quæ veriſſima iudicio meo interpretatio ex alijs eiuſdem authentici verbis conuincitur, *ille*, ait, *ſeruetur innocens, qui re vera innoxius ſit, nec improba temporis allegatione ſeſe tueatur tempus pro puritate prætendens*, quaſi velit, eum tantum, & innocentem habendum, qui verè bonam fidem habuit, nec minore centum annis ſpacio præſcriptionem contra Eccleſiam circumſcribi, cũ in adeo longo tempore ab eo, qui in ius alterius ſucceſſerit, mala non videatur haberi poſſe fides, quam conſtat præcipuo Imperatoris priuilegio in præſcriptione contra Eccleſiam condemnatam.

Cum tamen contra quoſcumque alios triginta annis mala etiam fide completam præſcriptionem ius cæſareum ſemper admiſerit, 135 *dicta auth. malæ fidei cum ſimil. ſuperius in ratione dubitandi coniunc. C. de præſcript. 30. vel 40 annor.* ita docent plures, quos retulit ſecutus Pinel.

 in dicta

136 *in dicta authenti. niſi tricennale.num.*40.*C.de bon. matern.* ex præactis *num.*41. inferens præſcriptionem nec iniquam, nec odioſam eſſe, nec naturali æquitati contrariam. Quod cum ipſe rectè, ac erudite more ſuo explicet, ſciens omittam ipſi conſentiens, quicquid ex adverſo contrarium doceat Anton. Petra Sanctã *de fideicommiſſ. quæſtio.* 14. *numer.* 241. *& ſequenti.*

137 Sed profectò dubitari rectè poteſt, quo pacto regiæ leges in dubitandi ratione adductæ defendi poſſint? quæ frequentiſſima admittuntur praxi, & à catholicis regibus noſtris ex ſenatorum ſuorum concilio promulgatæ ſunt: non enim libenter feram temporibus hiſce noſtris. in Hiſpania, vbi Chriſti religio præcipua veneratione colitur, & totis viribus reges noſtri eorumque optimates in eius propagationem anhelant, quicquam contra fidem, conſcientiam ſeu bonos mores regijs ſanctionibus ſtatui, vel obſeruari.

138 Quare, vt hanc difficultatem euadam, illud imprimis certiſſimum adſero, regia nullæ lege ſtatutum eſſe præſcriptionem cum mala fide admittendam, quamuis ex iuribus *in dubitandi ratione ſuperius* propoſitis ſecus videatur iudicandum, in quibus perſonales actiones viginti annorum ſpacio, quæ hipotecæ iure coadiuuantur, triginta, famulorum ſtipendia, & alia in ipſis legibus contenta triennij lapſu præſcribuntur, aduocatis, & procuratoribus ſalaria poſteriorum trium annorum, non vlterius debeantur. Cum ramen in debitore ſcientia præſumatur, qui factum ſuum, & ab eo manantem obligationem noſſe cogitur. *c.ab excommunicato.*41. *in verbis ſuperius. numer.* 6. *relatis de reſcript.*

139 In qua difficultate Hoſtienſ. *in ſumma de præſcriptio rer. immobili.* §. *quæ res column.*1. *verſic. actiones perſonales* præſcriptionem perſonalium actionum valere adſerit, etiam ſi debitor, qui præſcripſit ſe debere ſciat, cuius ſententiam probat Bartol. *in l. ſequitur.* 4. §. *ſi viam,* & ibi Roman. *ff. de vſucapionibus.* Ægid. Vellame. *in præſent. numer.* 6. Bald. *conſil.* 417. *lib.* 1. Capella Toloſa. *deciſio.* 75. Corn. *conſil.* 206. *numer.* 5. *lib.* 2. Ferra. *in praxi crimina. in forma reſponſionis rei conuenti ſuper verb. præſcriptionis.numer.* 5. Cuman. *conſil.* 67. additio ad Alexand. *conſil.* 99. *num.* 1. *litte. A. & num.* 4. *litte. B. lib.* 4. & alii plures, quos referunt Couarru. *in dicta regul. poſſ. ſſor.* 2. *part.* §. 11. *nu.* 3. *verſic. iccirco aliter,* Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. *ex.* §. 11. Fachin. *lib.* 2. *controuerſ. iur. c.* 13. *verſic. adſumptio facile probatur.*

140 Quos duplex ratio iuuat, Prima, quoniam debitor ſe debere ſciens non eſt in mala fide, quamuis ſolutionem differat, dummodo tamen à creditore poſtulatam non neget ex Adrian. *in* 4. *ſententiar. tractat. de reſtitut.* §. *hoc ſuppoſito.* Vnde dicendum videbatur, prædictas leges noſtri textus diſpoſitioni aduerſas non eſſe, in quo vt præſcripto non valeat, non ſolum rei alienæ ſcientia opus eſt, ſed & hanc cum peccato poſſidentis obtigiſſe. Quod in dictorum iurium ſpecie ſecundum dictos conſiderari nequit, non enim peccat debitor, qui non petenti debitum non offert.

Quòd ſi hoc diuturno tempore, quo completa ſit præſcriptio, illud non exigat, prodeſt etiam Canonico iure, cum à debitore mala fides adfuerit, atque in præſentiarum abſit, ita Panormitan *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ.* 10. *num.* 36. *de conſtitutionib. & in c. quod clericis.* 9. *numer.* 44. *de foro competent* quos adfert ſecutus Andr. Tiraquell. *in repetitio. l. ſi vnquam, vltim. numero* 310. *C. de reuocand. donationibus.* Socin. Iunior. *conſil.* 145. *n.* 64. *&* 65 *lib.* 1.

Secunda prædictæ opinionis ratio ex eo deſumitur, quòd Pontifex *in præſenti* in iuſtam ſolummodo præſcribentis cauſam damnat. Quæ iniuſtitia in hac effigie non adfuiſſe videtur, cum debitor, qui actionem præſcripſit, toto præſcriptionis tempore ad ſoluendum præſto fuerit. Ex quibus, & alijs rationibus hanc tenuere ſententiam Raphael. Cuman. *dicto conſil.* 67. Angel. *in l.* 1. *verſicul penultim. C. de iudic.* Mencha. *lib.* 2. *controuerſiar. illuſtr. c.* 76. *num.* 9. ſecus vbi interpellatio facta fuiſſet, vel dies, & obligatio ſoluendi ceſſerint, prout ex Panormita. Felin. & alijs diſtinguit Aufrer. *in deciſ. Tholoſa.* 74. 141

Sed his non obſtantibus debitorem, qui ſcit, ſe debere, propter malam fidem præſcribere minime poſſe defendunt Alexander. *conſil.* 99. *à num.* 5. poſt alios à ſe adductos. *nu.* 6 *lib.* 4. Stephan. Aufrer. *dicta deciſio. Tholoſa.* 74. *num.* 4. Couarru. *in dicta regul. poſſ. ſſor.* 2. *parte.* §. 11. *numer.* 3. *verſicul. verùm aduerſus,* Didac. Pereci. *in l.* 1. *ſchol. r. in princip. titul.* 2. *lib.* 1. *ordinament.* Mencha. *de ſucceſſion. creatio. lib.* 1. §. 10. *verſicul. in ſumma illud dubium numer.* 26. Fortun. Garſ. *in tractat. de vltimo fine illat.* 2. Andr. Fachin. *lib.* 1 *controuerſiar iur. c.* 63. *verſic. quinta, & poſtrema eſt opinio,* late Parlador. *in ſeſquicent. locor. different.* 12. *in princip. &* §. 2. *n.* 1. 3. *&* 4. 141

Quorum præcipua ratio ex noſtri textus diſpoſitione deſumitur, nam qui ſcit ſe debere, ſemper habet conſcientiam læſam, niſi ſit quotidie ad ſoluendum paratus, licet creditori non petenti ſub reatus mortalis pœna ſoluere ſeu pecuniam debitam offerre non teneatur.

Cum

143 Cum autem hæc debitori ſit iniuncta neceſſitas, nihil profecto poſſidet, aut quaſi poſſidet, ſine qua poſſeſſione præſcriptio non procedit. *c. ſine poſſeſſione 3. cum ſimilib. de de regul. iur. lib. 6*, Quòd ſi non ſoluendi libertatem quaſi poſſideret in animum inducens, ſe non ſoluturum, poſſidebit quidem, ſed cum mala fide, propter quam *ex textu noſtro* inutilis erit, atque iniqua præſcriptio.

144 At è conuerſo negari nefas eſt debitum à debitore ſoluere detrectante quaſi poſſideri. *l. etiam. 14. §. 1. verſic. plane ſi accepta. ff. de petitio. hæreditat.* In qua Vlpianus docet, vero hæredi petitionem hæreditatis competere ad quantitatem exigendam ab eo, qui eam cauſa conditionis implendæ, tamquam hæres à fideicommiſſario accepit, cui reſtituenda erat hæreditas ſub conditione, *ſi decem hæredi dederit*, vel à ſeruo, cui ſub eadem conditione fuit relicta libertas, qui proprie ſtatu liber dicitur. *l. 1. cum alijs eius tituli. ff. de ſtatu liber.*

145 Hic autem, qui tamquam hæres à prædictis vero hæredi quantitatem debitam accepit, debitor ipſi ex hoc facto efficitur, licet nolit ſoluere hæredem ſe appellans, ex cuius quaſi poſſeſſione hæredi vero hæreditatis petitio competere poteſt, non alio quoquam titulo teſte Vlpiano *in dicto* §. 1. factam à Sabino probante contradictionem ijs, qui hunc ſe pro hærede gerentem quaſi poſſidere negabant. Cuius ſententia vim recipit ex alia Vlpiani deciſione *in l. regulariter* 9. & Caij alia *in l. licet minimam* 10. *ff. de petitio hæreditat.* Quo in ſenſu ſuperius Vlpiani reſponſum *in dicta l. etiam* 14. §. 1. quamuis illud non induxerit accipit Couarru. *dicto* §. 11. *num.* 3.

146 Ex quibus adfirmare auſim, tunc ſolum debiti, ſeu actionis præſcriptionem locum habere, cum debitor ſe debere neſciebat, & non ſoluendi libertatem viginti vel triginta annorum ſpacio inſcius quaſi poſſedit. Quod in tertio poſſeſſore, vel hærede debitoris euenire facile potuit, qui iuſtam habent ignorandi cauſam, dummodo acceſſione temporis ab authore mala fide tranſacti non vtatur. *d. l. qui in alterius. 42. cum alijs ſuperius. nu. 134. adductis ff. de regul. iur.* Quod ita probant interpretes præadducti, & alij, quos meminit huic adhærens ſententiæ Didac. Pereci. ad Seguram *in repetitione l. cohæredi* 41. §. *cum filia. num. 89. ff. de vulga.* Ioan. Anibal. *in l. nemo poteſt 55. num. 581. verſic. ſed aduerte, quia Bartolus ff. de legat. lib.* 1. Ioan. Oroſci. *in l. omnes populi 9. num. 75. ff. de iuſtit. & iure.* Petr. Dueñas *in reg. 6. incip. actio perſonalis*, Gregor. Lop. *in l. 22. ſchol. 2. tit. 29. part. 3.* Auguſtin. Veroi. *in Rubr. noſtra, num. 51.* Ferdinand. Vaſq. Menchac. *lib. 2. controuerſiar. illuſtr. toto c. 73.* Quorum & aliorum idem tenentium opinio in iudicijs, & conſultationibus eſt obſeruanda, quicquid contra eam adſtruat Fachan. *controuerſ. iur. lib. 1. c. 66. lib. 8. c. 27.*

Quod cum ita ſe habeat, difficillimum videtur, regias huiuſmodi leges ad praxim deduci ſtante Innocentij noſtri ſaluberrima deciſione, cum perpetua in ipſis peccandi cauſa videatur adeſſe ex Balbo vanam hanc diſputationem adſerente, & Fachin. qui eum refert *lib. 2. controuerſ. iur. c. 13. in fine*, qui *toto eo capite* late hanc veritatem in ſpecie pacti redimendi abſolute ſine temporis præfinitione probat. 147

Vt hæc itaque quæſtio nimis ardua facilius expediatur, duo ſunt in præſenti diſputatione articuli examinandi. Primus vtrum regiæ leges iuſtæ ſint? & aduerſus creditores, qui debita intra ſtatutum ab ipſis terminum non exegerint, obſeruandæ? Secundus, An debitores ipſi, qui ſe debere norunt hac elapſa præſcriptione quoad Deum in foro conſcientiæ tuti ſint?

In primo audacter, & tute adſero leges regias iuſtiſſimas eſſe, & in iudicijs protſus obſeruandas, quoniam actiones omnes à iure ciuili fuiſſe inductas edocuit Accurſ. *in principio inſtitut. de actionib. verb. quamuis*, idem *in l. ex hoc iure 5. ſchol. penult. verſicul. obligationis ff. de iuſti. & iure, & in l. rerum quidem amotarum iudicium. 25. ſchol. vlt. ff rer. amotar.* atque *alibi multotiens*, quem Iaſo. poſt alios ſequitur *in dicto princip. Inſtitut. de actionib. num. 39. cum ſequentib. num. 44.* communem dicens, latius *ibidem* Gomeci. *à numero* 32. licet hic contrariam veriorem adſerat. 148

Cuius ſententia contra communem minime probanda eſt, quoniam & ſi contractus ipſi à iure gentium deſcenderint. *d. l. ex hoc iure 5. ff. de iuſtit. & iure*, actiones tamen omnes iure ciuili ſunt inuentæ. *l. 2. §. deinde. ff. de origi. iur. l. actionum.* 24. cum Accurſ. *ibi ſchol. vltim.* & interpretibus *ff. de obligationib. & actionibus. & in §. ſed iſta quidem inſtitut. de actionib.*

Quod amplius non diſputamus, longum enim eſſet vtriuſque partis fundamenta, proponere, & altera electa, contrarijs alterius reſpondere, ſententiam communiter receptam veram adfirmantes ex his quæ notant ſcribentes *in c. 1. de conſtitutionib. & in l. 1. ff. de reb. credit.* Deci *conſil. 518. num. 3. in fine*: ea enim eſt ſequenda ſententia, quæ plurium authoritate roboratur. *c. ſi tranſitus 10. diſtinctio. 79. c. licet de vitanda 6. ad fin. de electio. Eccleſiaſtes 6. in multitudine presbiterorum prudentium ſta, & ſapientia illorum ex corde coniunge te vt omnem narrationem Dei audire poſſis, c. ne innitaris 5. de conſtitutionib.* 149

150 Quod cum ſic ſe habeat, poterit princeps actiones ad libitum tollere, limitare, vel certis metis circumſcribere, vt ijs elapſis ceſſent, iura enim ciuilia poteſt ex voto abrogare *§. ſed naturalia, inſtitut. de iure natura. gent. & ciui. l. ſi imperialis vlt. C. de legib. l. 1. ff. de conſtitutionib. princip. authenti. de conſulib. in fi. collatio. 4. c. propoſuit. 4. cum ſimilib. de conceſſio. praben.* l. 12. 14. 16. 17. *ac* 18. *titul.* 1. *part.* 1. poſt alios in ſpecie Alexand. *in l. cum hæredes. 23. in princip. num. 6. ff. de acquiren. poſſeſſio.* veram hanc, & communem ſententiam appellans.

151 Ex his conſtat iure à Regibus noſtris leges promulgatas fuiſſe, ne poſt annos triginta actio vlla ſuperſit. Quod prius ciuili iure ſtatutum fuerat *in l. ſicut in rem. 3. l. omnes. 4. C. de præſcript. 30. vel. 40. annor.* cum multis alijs iuribus à Parlador. euocatis *lib. rer. quotidiana. 1. c. 1. §. 11. à n. 1. ad* 14. in actione redhibitoria ſex menſibus tranſactis, in actione quanto minoris anno elapſo. l. ſciendum. 19. *l. redhibere. 21. ff. de adilit. edicto. l. 2. C. de adit. actionib.* in doli actione biennio continuo, in remedio *l. 2. C. de reſcindan. venditio.* quadriennio. poſt alios late dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in l. 1. ex ea ſchol. 16. num. 1. 2. & 7. titul. 11. lib. 5. recopilatio.* Quæ omnia latius proſequitur Parlador. *lib. rer. quotidianar. 1. c.* 1. §. 11. *& ſequentib.* cum has retuliſſet ſpecies *in §. 1 & n. 22.*

152 Quod vtique magis probatur, quoniam, & ſi pactum nudum naturaliter obliget promittentem, iſque ſub reatu mortalis criminis promiſſum ſeruare teneatur. *l. 1. ff. de pact. c. 1. c. qualiter in Sardinia. 3. eod. titul.* l. ius tamen ciuile ad illius implementum actionem denegabat. *l. iuris gentium. 7 §. ſed cum nulla. & § quinſ-*
153 *mo in fi. vbi* Accurſ. & ſcribentes iura ſimilia enumerant. *ff. de pact.* nec iudex poterat petentis preces admittere, cum nemo ſine actione poſſet in iudicio experiri. *l. ſi pupilli. 6. §. videamus, verſicul. quoniam conueniendi eos. ff. de negot. geſt.* quod probat Couarr. *in c. cum in officijs. 7. n* 10 *de teſtament.* atque ita intelligit Adrian. *quodlibe. 6. art. 3.*

154 Cui ſententiæ aduerſatur Fortun. Garſ. *de vltim. fi. allatio. 1.* volens actionem realium, & perſonalium nunquam valituras. Quod ex plurimorum, quos refert, veriore ſecundum eum ſententia defendit Fachin. *lib. controuerſ. iur. 1. c. 63. verſicul. Quinta, & poſtrema eſt opinio.*

155 In reliquis autem actionibus, quæ ſecundum Fortunium lege dumtaxat ciuili ſunt inductæ, & ab initio certa temporis definitione reſtrictæ, prout ſunt *redhibitoria, quanto minoris, doli, & ſimiles* actiones *ſuperius* traditam admittit doctrinam, quamuis debitor malam etiam fidem habeat, idque in his ſpeciebus ante eum tenuere Paul. Panormita. Felin. Franc. Balb. & alij, quos refert ipſis conſentiens Couar. *in dicta reg. poſſeſſor. 2. part. §. 11. num. 5.*

Differentiæ rationem adſignat Fortun. *vbi* 156
ſupra, aliud enim eſt ex eo, à lege humana ob aliquam cauſam quæ abſque vllo dolo contigerit, vel ob ſolemnis ſtipulationis defectum legibus ad promiſſionis cautionem requiſitæ actionem denegari, vel certo tempore limitari. Aliud, ac longe diſſimile à lege fomentum exhiberi ad res alienas cum mala fide, & magna conſcientiæ læſione occupandas, idque retinendum, quod quis vere ſe alteri debere nouit. Quorum prius quamuis ad reipublicæ vtilitatem, ſedandaſque lites permitti queat, poſterius tamen in Chriſtiana republica admitti nulla iuris, aut facti ratio patitur.

Ego nullam video diſcriminis rationem 157
inter eam ſpeciem, in qua nulla mihi eſt actio ab initio conceſſa ad conſequendum id, quod quis mihi iure naturæ debet, vt *in pacto nudo*, vel actio fuit ab initio ad certum tempus reſtricta, *vt in redhibitoria, & ſimilibus.* Atque illam, qua in rem, vel in perſonam prius actio nata, quopiam deinceps etiam ex interuallo termino clauditur.

In his namque omnibus læthale pariter 158
admittit flagitium, qui extincta actione, (quia lex ab initio nullam conceſſit, vel quia eam ab initio certis limitibus clauſit, aut denique, quia poſt eam natam ipſius tempus limitauit) non ſoluit, vel impleri illud, quod ante tempora elapſa, quibus actio finita eſt, ſoluere, vel implere iure cogente tenebatur, prout in redhibitoria, & ſimilibus docuit D. Thom. 2. 1. *quæſtio. 77. art* 3. Ioan. Maior. *in 4. ſententiar. diſtinctio. 15. quæſtio. 40. articul. 3.* Silueſt Conrad. Caietan. & alij, quos iungit Couarru. *in dicto* §. 11. *num.* 5. & indiſtincte Fachin. *controuerſ. iur. dicto libr. 1. c. 63. verſicul. ſed obſtant huic expoſitioni. c. 68. lib. 4. c. 5. verſic. primum argumentum.*

Idemque iuris eſſe in eo, qui pactum ciui- 159
liter non implebat probat ipſe Couarru. *in d. §. 11. numer. 4.* idem *in dicto c. cum in officijs 7. num. 10. de teſtamen.* à fortiori volens, id ipſum in reliquis actionibus in rem, vel in perſonam procedere, cui reliqui *ſuperius proxime* adducti conſentiunt.

Quod cum omnes maxime in hac vlti- 160
ma ſpecie concordes admiſerint Fortunij diſcrimen non probo, quin potius adfirmare auſim, vel omnes eas cum Fachineo *proxime* relato iniuſtas, quod fatendum non eſt, vel plane iuſtas, & obſeruandas, quod verius cenſeo ex his, quæ *ſuperius* adnotata manent ſiquidem vnaquæque ipſarum

pro-

propria ratione alijs conſimili munita eſt.

161 Pactum nudum legumlatores facilitate potius quadam, quam deliberata voluntate fieri præſumpſerunt. Quod ſi ita factum conſtaret, nulla ex eo etiam in foro interiore orirettur obligatio *l. cum de indebito* 25. §. *vlt. ff. de probationib.* canonizata *in c. ſi cautio.* 14. *de fide inſtrumentor. l. vlt. tit.* 13. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilation.* poſt alios dominus & auus meus Ioao. Marien. *in l.* 2. *ſchol* 1. *ex num.* 7. *tit.* 15. *cod. lib.* 5. *recopilation.* ita eam legem interpretatus. Quoniam ſi cauſa nudi pacti, ac deliberata paciſcentis voluntas probaretur, ciuilis ex eo oriretur actio *d. l. iuris gentium.* 7. §. *ſed & ſi, &* §. *adeo ff. de pact.* Imola *in c. qua in Eccleſiarum* 7. *nu.* 3. *de conſtitutionib.* Fachin. autem iure quoque canonico hæc omnia comprobat *lib. controuerſ. iur.* 2. *c.* 100.

162 Nec diſſimilis in redhibitoria, quanto minoris, doli, læſionis vltra dimidiam, & alijs huiuſce generis actionibus legis præſumptio viget. Is enim, qui intra conſtitutum præſcriptioni tempus non petijt, eo elapſo dolo petere videtur. Idque in cæteris actionibus in rem, & in perſonam fortius obtinet, in quibus poſt terminum adſignatum ſolutio à lege facta præſumitur ex his quæ adnotat Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 1. *c.* 68.

163 Quod in *regiarum legum* ſerie ſatis deprehenditur, præſumptionesque huiuſmodi iuris, ac de iure ſunt, cum lex eas veras iudicans ius firmum ſuper ipſis ſtatuat, argumẽto textus, & eorum, quæ in eo interpretes adnotant *in c. is qui fidem.* 30. *de ſponſal.* Accurſ. *in l. ſiue poſſidetis.* 16. *verb. facti. C. de probationibus.* Panormita. & Felin. *in c. quanto* 8. *de præſumptionib.* Alciat. poſt alios recte declarans *in tract. præſumption.* 2. *part. num.* 3.

164 Contra quam præſumptionem nulla admittitur probatio contraria. *l. antiqua* 23. *C. ad Velleian. l. vlt. C. ad Macedonian. l. vlt. C. arbitr. tut.* quod latius explicat Alexand. *in l. inter ſtipulantem.* 83. §. 1. *ff. de verbor. obligationib.* Hippolit. Marſill. *in l.* 1. §. *ad quæſtionem in fine. ff. de quæſtionib.* nos in repetitione. *c.* 2. *num.* 86. *de præſumptionib.* Præter eam; quæ partis confeſſione fit ex Accurſ. *in authent. de æqualita dot.* §. *aliud verb. ſcribat, collatio.* 8. eodem *in l. in contractibus* 14. *verb. nullo modo c. de non numera. pecun.* Felin. *in præſen. num.* 7. Romao. *conſil.* 107. *num.* 3. Hieronym. Grato. *conſil.* 41. *nu.* 29. *lib.* 1. Alciat. *vbi ſupra num.* 5. diximus *in d. c.* 2. *de præſumptionib. n.* 87.

165 Sed quamuis hæc ita ſe habeant, æquius in propoſita præſcriptionum effigie iudicarem; alias etiam omnes probationes, quæ euidentes ſint, de quibus recte Maſcard. *de probationib. lib.* 1. *quæſt.* 8. aduerſus hanc iuris, & de iure præſumptionem admittendas fore, ſi ex ipſis nullam, vel non integram ſolutionem adfuiſſe conſtiterit, his enim nunquam derogatum cenſetur ſecundum Maſcard. alios adferentem *dicto lib.* 1. *quæſt.* 10. *à numer.* 55. *ad* 63. Imo & leuiorem in hac ſpecie probationem admitti conſentiam, nam præſumptio hæc iure dumtaxat ciuili adprobatur, quod in ſpecie noſtra non eſt obſeruandum, vbi mala fides ex veris probationibus detegitur propter iuris canonici diſpoſitionem, cui eſt omnino ſtandum *ex textu noſtro* cum de peccato vitando agitur, idque vnico verbo ſenſit Couarru. *in dicta regula poſſeſſor.* 2. *part.* §. 11. *num.* 4. *verſic. tertio infertur in fine*, & latius defendit Fachin. *dicto lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 68. Cæterum hac contraria probatione non facta fatendum eſt *legum regiarum* deciſiones omnino ſeruandas eſſe, cum *ex ſuperioribus* iuſtiſſimæ ſint, neceſſaria iuris, & de iure præſumptione munitæ, debitique probationem infringentes, vel infirmantes, vt verbis vtar Fachinei *in dicto c.* 68. qui rem hanc erudite, vt ſolet, concluſionibus abſoluit, latiſſime Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. *ex* §. 11. *à numero* 14.

Secundus articulus (An debitores ſe non ſoluiſſe ſcientes è lapſis temporibus, quibus actio finitur, quo ad Deum tuti ſint, & à peccato immunes?) facili negotio expeditur, ſiquidem hi cum peccato rem alienam conſcij præſcripſerunt. Quod vnum Innocentius *in præſen.* damnat, etiamſi iudicis ſententia, qui occulta non iudicat, ſint abſoluti. Quod vltra eos, quos *ſuperius* retulimus enixe contendunt frater Alphonſus Caſtro *lib.* 2. *de poteſta. legis pœna c.* 10. *fallent.* 5. Corn. *conſ.* 269. *num.* 15. *conſil.* 328. *num.* 14. *&* 32. *lib.* 1. Guillielm. Rouille. *in ſchol. ad conſuetudin. Cenomanenſ. artic.* 35. Petr. Dueñas *reg.* 6 *num.* 2. *reg* 206. *nu.* 6. & alij plures, quos adferunt ſecuti Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 64. *in princip.* & in ſpecie *dicto c.* 68. *lib.* 4. *c.* 5. *verſ. primum argumentum contrariæ ſententiæ* Parlador. *dicto lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. §. 11. *num.* 18. 166

Quamobrem idem Parlador. *in ſeſquicentur. locor. differen.* 12. *in princip. numer.* 1. *& in* §. 2. *num.* 1. commune ſecundum eum axioma indubitatum ex alijs conſtituit, leges omnes quæ præſumptioni, aut fictioni nituntur in foro poli obſeruandas non eſſe, quamuis in contentioſo neceſſaria obſeruatione indigeant, ſecus iudicans in legibus ſuper veritate, ac certitudine conſtitutis, vt hæ in vtroque foro æquo iure obligent. Illarum exempla proponit *num.* 3. *&* 4. in actionum realium, & perſonalium, mercedumque opificum, famulorum, & aduocatorum præſcriptionibus quamuis ſententia, vel re iudicata ſint abſoluti. *numer* 6. hanc in hæredibus dubi-

dubitantibus adſumptionem, *numero* 5. limi-
tans.

167 Quæ tamen veriſſima opinio in eo non
obtinet, qui ad pœnam ex aliqua cauſa tene-
tur, quæ tempore actionis elapſo ceſſat. *l.
querela* 12. vbi Accurſ. *ſchol.* 1. *&* 2. exempla
huiuſmodi præſcriptionem profert C. *ad leg.
Cornel. de falſ. l.* 5. *tit.* 7. *part.* 7. Panor. Felin. &
reliqui ſcribentes *in præſen.* Balb. *de præſcri-
ptionib.* 2. *part.* 3. *part. principal. queſtio.* 13. *&* 14.
Couarru. *de ſponſalib.* 2. *part. c.* 6. §. 8. *numer.* 16.
Anton. Theſaur. *deciſio.* 208. cum pluribus
alijs adductis à Farinac. *in praxi crimin. tom.* 1.
1. *part. tit.* 1. *de inquiſitio, quaeſt.* 1. *num.* 68. *& tota
quaeſt.* 10.

168 Secundo prædicta ſententia limitatur,
quoties agitur de præſcribendo aliquo iure,
quod ab acceptatione illius effluit, contra
quem præſcriptio inſtituta fuit, vt in legatario
accidit, transacto enim tempore, quod huius
petitioni legumlatores adſignarant, hære-
dem ad illud ſoluendum nulla etiam diuina
lege teneri docent Ancharran. *in regu. ſine poſ-
ſeßione* 3. *colum.* 3. *verſic. item intelligas de reg. iur.
lib.* 6. Socin. *conſil.* 2. *ad fin. lib.* 3. Decius. *conſil.*
554. & alij quos adfert eorum veſtigia ſecu-
tus Couarru. *in dicta reg. poſſeſſor.* 2. §. 11. *num.* 5.
verſic. Nono legum ciuilium & lib. variar. 1. *c.* 9.
num. 5. *&* 6. Gregor. Lop. *in l.* 42 *ſchol.* 1. *tit.* 5.
part. 5. Fachin. *lib controuerſ. iur.* 2. *c.* 13. *verſic.
cæterum hæc reſponſio.*

169 Inter quos regnicolæ noſtri volunt in hac
ſpecie viginti annorum præſcriptionem ſuf-
ficere moti deciſione *l.* 63. *Taurs*, hodie *l.* 6.
tit. 15. *lib.* 4. *recopilation.* qua ſtatuitur perſona-
les actiones viginti annis præſcribi, de qua
recte Parladot. *lib. rer. quotidianar.* 1. *dicto c.* 1. §.
11. *cum ſequentib.*

Eorum tamen ſententia mihi ſuſpecta
redditur, cum pro legato actio etiam hypo-
tecaria competat. *l.* 1. §. *omnibus vero C. commun.
de legat. l.* 26. *verſic. otroſi decimos titul.* 13. *part.* 6.
Quæ triginta annis elapſis etiam iure regio
ex dicta *l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopilation.* non antea
extinguitur.

170 Mouentur ſcribentes, quoniam legata-
tius, qui tam longo tempore legatum ſuum
diſtulit petere, non acceptaſſe, ſed repudiaſ-
ſe potius viſus eſt, quamuis hæc limitatio dif-
ficilis videatur, prout ex *l. licet* 8. vbi Accurſ.
& ſcribentes C. *de iure deliberandi* tenuit An-
ton. Petra ſancta *de fideicommiß. quaſt.* 11. *n.* 597.
& quaſtio. 14. *à num.* 159. Fachin. *vbi proxime:*
cum nulla lex huic hæredis acceptationi
tempus adſignauerit. & legatarius ante illam
à morte teſtatoris dominus ſit legati effe-
ctus *l. à Titio* 86. *cum ſimilib. ff. de furt.* nec ad-
huc tacens acquirendi, vel repudiandi vo-
luntatem expreſſerit. Niſi ex aductſo obij-
cias ſilentium hoc longiſſimo diffuſum tem-
pore tacitam remiſſionem, ſiue tacitis repu-
diationem videri, cui ni fallor præſumptioni
leges nituntur ob eam ius ſiue actionem ad
legatum deinceps petendum legatario de-
negantes ex *adnotatis* à Fachin. *dicto c.* 13. *verſic.
reſpondent contrariæ ſententiæ authores, & ſe-
quenti.*

Tertio limitatur in pacto redimendi, vel 171
reuendendi etiam perpetuo, in quo vendi-
tor pretium offerre tenetur, quod ſi intra tri-
ginta annos non obtulerit, iuſte videri præ-
ſcriptum docet Angel. *conſil.* 55. Cuius opi-
nionem ſcribentes communi ſuffragio ad-
mittunt teſte Couarru. *dicto lib. variar. reſolu-
tion.* 1. *c.* 9. *num.* 1. *&* 6. Socin. Iun. *conſil.* 145. *nu.*
70. *cum trib. ſequentib. libr.* 1. Anton Gomez.
tomo variar. 2. *c.* 2. *n.* 27. Greg. Lop. *in l.* 40 *ſchol.*
1. *tit.* 5. *part.* 5. Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 2. *c.* 13.
in princip. quamuis contra ſentiant Couarru.
dicto num 6. *verſic. ſecundum*, & multi alij, quos
ſecutus adſert Fachin. *dicto c.* 13. *verſic. ſed con-
traria ſententia videtur mihi longe probabilior.* qui-
bus adſentior.

Quarto communem fallere ſententiam 172
in eo, cui mala fides ſuperuenit poſt præſcri-
ptionem bona fide impletam tenuit ex alijs
Balbus dicens communem *de præſcriptionib.* 2.
parte 3. *part. principal. quaeſt.* 9. Tiraquel. *de ceſſan.
cauſa limitatio.* 12. *num.* 16. Menoch. *de recupe-
peran. poſſeßio. remed.* 16. *num.* 17. Mencha. *lib.* 2.
controuerſ. illuſtr. c. 74. *num.* 1. Fachin. *lib. contro-
uerſ. iur.* 1. *c.* 64. Nec contra eum, qui præ- 173
ſcripſit Euangelicæ denunciationis reme-
dium admittit Abbas Panormitan. *in c. quia
plerique* 8. *num.* 25. ex Innocentio à ſe relato,
& ex alijs Mencha. *dicto. c.* 74. *num.* 5. cum ex 174
vſucapione, aut præſcriptione vtile, ac dire-
ctum dominium præſcribenti acquiratur ex
veriore ſententia, quam poſt longam ſen-
tentiam defendit Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 1.
c. 70.

Reliquæ leges ab imperatoribus olim, 175
& ſeptem partiti iuris conditore promulga-
tæ triginta, vel quadraginta annorum præ-
ſcriptionem cum mala fide permittentes iam
hodie peccati vitandi cauſa ab Innocentio
tertio antiquatæ ſunt, cuius ideo deciſioni
ſtandum rectius, quam alij comprobat Fa-
chin. *dicto lib.* 1. *c.* 67.

Multis tamen è conuerſo probare nititur 176
Mencha. *dicto lib. controuerſiar. illuſtr. c.* 76. *à n.* 1.
ad 9. triginta annorum præſcriptionem iure
quoque canonico cum mala fide admitti.
Cuius ſententiam nemo alius vnquam ad-
probauit, quæ deciſioni noſtræ nominatim,
& expreſſe aduerſa eſt nullam cum mala fide
præſcriptionem in iure canonico, vel ciuili
admittenti ex Fachineo alios referente *libro
controuerſ. iur.* 8. *c.* 26. Cum

177 Cum itaque ex deciſione noſtra pecca-
tum à quacumque præſcriptione longe ab-
eſſe debeat. Quærunt interpretes, an ma-
la fides authoris bonæ fidei ſucceſſori obſit?
in qua quæſtione communis eſt ſententia
teſte Ferdinan. Vaſquio. Menchac. *dicto lib.*
2. controuerſ. illuſtr. c. 73. & Fachin. *controuer-*
ſiar. iur. lib. 1. c. 66. ſucceſſorem hunc poſſe
præſcribere, ſi poſſeſſionis à ſuo authore in-
choatæ acceſſione non vtatur. Quæ ſen-
tentia ſequenti ſyllogiſmo fundatur. omnis
poſſeſſor, qui eſt in bona fide præſcribe-
re poteſt, hæres eſt in bona fide, ergo præ-
ſcribet.

178 Sed Fachineus *dicto lib. 1. dicto c. 66. & lib. 8.*
c. 27. contra communem hanc contendit,
malam defuncti fidem hæredi in bona exi-
ſtenti nocere, quamuis acceſſione temporis
179 à defuncto tranſacti. vti nolit. Mouetur de-
ciſione *l. cum hæres 11. ff. de diuerſ. & temporalib.*
præſcriptionib. l. vitia. 11. C. de acquiren poſſeſſio. l.
neque fructuarium 8 C. de vſufruc. quibus proba-
tur vitia primi poſſeſſoris in hæredem, vel
ſucceſſorem tranſire.

180 Vnde infert Fachineus malam defuncti
fidem in hæredem deſcendere, qui eam ſe-
cundum eum ignorantia ſua excludere non
poteſt, in iure ſiquidem defunctus, & hæres,
author, & ſucceſſor vna, & eadem perſona
reputantur *authentic. de iure iuran. à morien. præ-*
181 *ſtito in princip. collatio. 5.* Præſertim, cum ex
iuris canonici regula hæres defuncti con-
ſcientiam potius exonerare teneatur *c. vltim.*
de ſepultur. cum alijs iuribus, quæ adfert
Fachine. *dicto libr. 1. c. 66.* & rem domino
reſtituere, quam vſucapione ſuam face-
re.

182 Ego tamen communi contra Fachineum
ſententiæ adhæreo, quoniam iura *ſuperius* ad-
ducta, ni fallor, loquuntur, quando hæres
acceſſione temporis ex defuncti perſona v-
titur, prout eleganter notat Menchac. *dicto*
c. 73. numero 1. quia in nulla temporis parte
alienæ rei *ex textu noſtro* debet adeſſe conſci-
entia, quæ in integra hæredis ignorantis, &
bona fide poſſidentis præſcriptione depre-
hendi non poteſt.

183 Quod iudicio meo probant expreſſa ver-
ba *l. an vitium. 5. ff. de diuerſ. & temporalib. præ-*
ſcriptionib. *An vitium*, inquit Vlpianus, *au-*
thoris, vel donatoris, eiuſue, qui mihi rem legauit,
mihi noceat, ſi forte author meus iuſtum poſſidendi
non habuit? videndum eſt, & puto neque nocere,
neque prodeſſe: nam denique & vſucapere poſſum,
quod author meus vſucapere non potuit.

Quare Accurſ. *in ea lege ſchol. 1.* hac diſtin-
ctione vtitur, vt hæres defuncti acceſſione
vtens in vitia ipſius ſuccedat, ſecus, ſi ea
non vtatur. *l. Pomponius 13. in fine, nec vitioſæ,*
inquit Paulus, *poſſeſſioni vlla poteſt accedere, ſed*
nec vitioſa ei, quæ vitioſa non eſt.

Reliquis argumentis ad ſaturitatem ſatiſ- 184
facit Mencha. *dicto c. 73.* Diſtinctio autem,
quam ipſe inter malam fidem veram, & fi-
ctam meminit *numer. 9. 10. & 20.* non mihi
admodum probatur *ex deciſione noſtra*, quæ
omnem malæ fidei ſpeciem remouet, vt nul-
lam, quæ hac ſit infecta labe, à prædicta exi-
mi prohibitione fas ſit. *l. de pretio. 10. ff. de pu-*
blicia. in rem actio. l. 1. §. & generaliter cum ſimilib.
ff. de legat. præſtand. prout contra eum eleganter
adnotant Fachin. *dicto lib. controuerſiar. iur. 8. c.*
27. ad finem.

At qui poſſeſſionis à ſuo authore malam 185
fidem habente inchoatæ acceſſione non vti-
tur, malæ fidei, quam ipſe habuit, particeps
non eſt, quin imo bonam ſucceſſoris fidem
titulus *pro hærede, pro emptore, pro ſuo iuuat*, vt
hoc facti errore à ſe rite inceptam tempore
legibus definito præſcriptionem abſoluat,
dicta *l. an vitium. 5. ff de diuerſ. & temporalibus,*
præſcriptionib. l. Pomponius 13. ff. de vſucapio. pro
hærede.

Huc pertinet alterius quæſtionis reſolu- 186
tio, quam Fachineus excitat *dicto lib. contro-*
uerſ. iur. 8. c. 25. vt ciues bonam fidem ha-
bentes rem alienam præſcribere poſſint,
quam cum mala fide præteriti ciues poſſe-
derunt ex veriore ſententia Innocentij, Bar-
toli, & aliorum quos ipſe adducit, eam im-
probans, quæ ex præhabita diſtinctione vera 187
dignoſcitur, quando acceſſione poſſeſſionis
à prioribus ciuibus inchoatæ ſequentes non
vtuntur, quamuis ciuitas eadem ſit. *l. pro-*
ponebatur 76. ff. de iudic. Fachineus *dicto c. 25.*
adnotat. Vbicumque enim bona fides in- 188
tra tempus à lege ſtatutum inuenitur, præ-
ſcriptio rite procedit ex ipſamet illius defini-
tione, de qua ex Alciato, & alijs *ſupra num. 16.*
dum tamen, vt noſter Pontifex ait: *In nulla*
temporis parte præſcribens rei habeat conſcientiam
alienæ. Quæ à longiſſima etiam præſcriptio- 189
ne abeſſe debet, ex recepta omnium ſenten-
tia, quam ſiue iure, ſiue ratione, aut authori-
tate certerur, veriorem merito dixit Fachine.
alios eius adſertores enarrans *dicto lib. 8. c. 26.*
in fine.

In ordinaria autem præſcriptione, ad 190
quam præter bonam fidem titulus deſidera-
tur. *l. 1. cum ſimilib. C. de vſucapio. transforman.*
de quarum intellectu, & effectibus contra
alios Ioan. Parlador. *libr. rerum quotidianar. 1.*
c. 1. §. 9. & 10. Nunc quid ſufficiat tituli hu-
ius allegatio, vt præſumatur? an probatio-
ne ad obtinendum opus ſit? diſſerit Fachin.
dicto lib. controuerſiar. iur. 8 c. 30. contra Fer-
dinand.

dinand, Vaſq. à ſe relatum adſerens titulum probandum eſſe.

191 Quod vtique verius ex rationibus, quas Fachineus ipſe conſiderat, & aduerſarum refutatione cenſeo, cum titulus hic ad factum referatur, quod eget probatione. *l. in bello.12. §. facta. ff. de capitu. & poſt limin. reuerſ. c. quoniam contra 11. cum ſimilib. de probationib.* text. in ſpecie in *l. Celſus 27. ff. de vſucapio. l. diutina. 4. C. de præſcriptio. longi tempor. l. nulla. 24. C. de rei vendicatio.* Quorum iurium verba refert in hunc ea ſenſum inducens poſt alios Fachin. *dicto c. 30. verſic. non eſt iuri conſentanea, & ſequenti*, argumenta Vaſquij ab hac ſpecie abeſſe defendens in *verſic. dixi ſecundo Vaſquij argumenta non pertinere*, à quo vſque in finem capitis optime ſatisfacit, duas à Balbo contrarias opiniones referri adſerens, ex quibus eam ipſe præfert, quæ tituli probationem exigit.

192 Tituli tamen huius ignorantia bonæ fidei poſſeſſori reuera illum habenti, & probanti non officit, quominus longo tempore præſcribat ex veriore opinione, quam ex Mencha. & alijs à ſe relatis defendit idem Fachin. *dicto lib. 8. c. 31.* Quandoquidem ſubſtantia
193 rei potius, ac veritas, quam poſſeſſoris opinio ſpectanda eſt. *l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. de vſucapio. pro empto.* cuius, & ſimilium iurium verba ad id probandum recitat Fachineus *dicto c. 31.*

Nec Parladoto conſentiam *dicto lib. rerum quotidianar. 1. c. 1. §. 9. ac 10.* volenti, ad præſcriptionem etiam longi temporis titulo opus non eſſe. Transformatio ſiquidem vſucapionis in præſcriptionem, quam ipſe admittit *in d. §. 10. primis numeris ex l. vni. C. de vſucap. transforman. l. ſi quis emptionis. 8. c. de præſcriptio. 30. vel 40. annor. §. 1. Inſtitut. de vſucap. l. 9. titul. 29. part. 3.* qualitates vſucapionis omnes præſcriptioni applicuit, etiam ſi earum ſingulas non expreſſiſſet, quas tamen, maxime tituli neceſſitatem iuta, quæ profert Fachineus, exigunt, eaſque hac tituli expreſſa neceſſitate confirmat regia *l. 9. ac 18. titul. 29. part. 3.*

194 Vlterius differit Fachineus *dicto lib. 8. c. 32.* nunquid ſemper bona fides præſumatur, niſi contrarium probetur? Et quidem contra communem, cuius ſingulis argumentis ex profeſſo reſpondet, bonam fidem non præſumi contendit, niſi probetur adducens pro hac ſententia Innocentium, & Bald. *in c. perpetuas de teſtib.* Imol. *in præſent. numero 20.* Felin. *in c. ſi diligenti. 17. poſt numer. 4. ſupra hoc titul.* Rum. *conſil. 41. numero 21. lib 1.* illam vl-
195 tra aliorum fundamenta ex eo veriorem ratus, quòd ei, qui dicit, probatio incumbat. *l. 2. cum ſimilib. ff. de probationib. l. 39. titul. 2. l. 1. & 2. titul. 14. part. 3.* Quare nec bonam fidem præſumi patitur, niſi iuſta poſſidendi cauſa probetur.

Ego ex his rationibus à communi ſenten- 196
tia deuiandum non eſſe malim, cum pro eo, qui bonam fidem allegat, iuris adſit præſumptio. *c. 1. cum ſimilib. de præſcriptionib. libr. 6. cum alijs iuribus ab interpretibus adductis*, quæ probationis onus in aduerſarium transfert. *l. generaliter 24. § ſi petitum in fine, ff. de fideicommiſſar. libertatib.* cum alijs, quas, vt id probet enunciat Maſcard. poſt alios *lib. 3. de probationib. concluſio. 1221. numer. 4.* quamuis aduerſario negatiuæ probatio incumbat. *numer. 5.* diximus *in c. 2. de præſumptionib. numero 78. & 79.*

Præſertim cum bona fides, quæ in animo 197
conſiſtit, teſtibus, quibus interior hominis cogitatio non patet probari vix poſſit ex ijs quæ poſt alios late adnotat Maſcard. *de probationib. lib. 1. concluſio. 94.* nec iuſta poſſidendi cauſa, quæ ſola ad dominium acquirendum ſufficeret. *l. ex empior. 11. ff. de actionib. empti. l. 19. titul. 5. part. 5.* ad præſcriptionem deſideretur, ſed putatiua dumtaxat, ex ipſomet Fachineo *dicto lib. 8. c. 30. verſic. retuli ſingulatim in fine.* quam ius in poſſidente præſumit, ne is malus habeatur, vel dolum admiſiſſe iudicetur. *l. quotiens 18. §. qui dolo. ff. de probationib. l. merito 51. cum ſimilib. ff. pro ſocio. l. vltim. titul. 10. part. 5.* late poſt alios Farinac. *in praxi criminal. 3. parte titul. 9. de reo confeſſo, & conuicto, quæſt. 85. à numero 5.* Sebaſtian. Guazin. *de defenſio. reor. defenſio. 29. c. 1. num. 1. 2. & 5.* Buccaron. *de different iudic. ciuil. & criminal. differen. 60. à num. 2.*

Qua de cauſa Fachineus ipſe *dicto lib. 8. c.* 198
32. malam fidem non præſumi ait, adijcit tamen nec bonam præſumendam. Quod ex contrariorum natura *ſuperius* late comprobata *ex numero 20. ad 33.* eſſe non poteſt, mala enim ex præſumptione ſublata bonam adeſſe opus eſt, quinimo *ex noſtro textu* ſufficit, vt in nulla temporis parte rei adſit alienæ conſcientia, quæ cum *ex præacti* non præſumatur, neceſſario probanda non eſt, vt præſcriptio procedat, quæ, maxime longiſſima mala fide non data iure quoque canonico proficit. *c. 1. cum ſimilibus. de præſcriptionibus. lib. 6.* poſt alios Fachineus *dicto lib. 8. c. 33. verſicul. reſpondeo negando conſequentiam ad finem.*

Nec difficile eſt id ex iuris præſumptione 199
iudicare, quæ vera probationis ſpecies *paſſim* in iure habetur. Quod nos ex alijs late comprobauimus *in c. 2. de præſumptionib. ex nu. 78. per plures numeros.*

Quæ-

100 Quærit deinde Fachine. *dicto lib. 8. c. 33.* An præſcriptio temporis memoriam hominum excedentis corruat, vireſque amittat, ſi de titulo nullo, & vitioſo, puta locationis, emphiteoſis precarij, depoſiti, commodati, & ſimilium conſtiterit, ex quibus dominium non transfertur?

201 In qua contra Ferdinand. Vaſq. & alios à ſe relatos Fachin. ex Maſcardo & alijs acerrime iterum, præſcriptionem hanc hoc vitio detecto iniquam reddi ac rem priori, quidem olim vero domino reſtituendam, quia veritate manifeſtata cõſuetudo cedit veritati, vt verbis vtar Gratiani à diuo Auguſtino deſumptis *in c. veritate 4. diſtinctio. 8.* quod, & alijs iuribus confirmat Fachineus, tum maxime, quoniam ſecundum eum titulus vitioſus, & iniuſtus malam fidem inducit, quæ in nulla temporis parte ad præſcriptionem neceſſarij adeſſe debet *ex noſtro textu.*

202 Vnde ſuccedere inquit regulam iuris *expreſſa nocere*, quæ tacita non obfuiſſent. *l. ſi quis Sempronium. 67. ff. de hæredib. inſtituend. l. nonnunquam 51. ff de conditionib. & demonſtrationibus. l. actus legitimi. 78. l. expreſſa 156. cum ſimilib. ff. de regul. iur.* argumentiſque Mencha. affatim reſpondet.

203 Cuius tamen ſententiam in eo veram putarem, qui huius tituli vitioſi inſcius tempore à legibus definito *pro hærede, pro emptore, pro ſuo*, vel tempore longiſſimo ſine titulo acceſſione authoris non vtens rem præſcriptam poſſedit, eòque tendit iudicio meo conſulti conatus in *l. 1. ff. de vſucapionib. Bona* inquit *publico introducta eſt vſucapio, ne rerum dominia in incerto ſint*, ac iuuat deciſio noſtra, quæ malã ſolummodo fidem in poſſidente tempore ad præſcriptionem legitimo ad euitandum peccatum deteſtata eſt.

204 Quærit inſuper Fachine. *dicto lib. 8. c. 34.* an mala fides reſpectu vnius impediat præſcriptionem reſpectu alterius? exemplum proponit in Titio mihi bonæ fidei poſſeſſori intra præſcriptionis limites litem mouente, qui ſuccubuit, nunquid ex hac lite reſpectu Caij, qui ſe dominum putat, mala fides inducatur?

205 In qua quæſtione duplex à Fachineo ſententia recitatur altera alteri contraria, quarum fundamentis relatis negatiuam præfert, quoniam res inter alios acta alijs nec nocet, nec prodeſt, *toto titul. C. res inter alios, l. ſæpe 63. cum mille ſimilib. ff. de re iudica. l. 20. vbi* Grego. Lop. *ſchol. 4. & 8. titul. 22. part. 3.* nec ex litis
206 conteſtatione victoria poſtea conſecuta inducta eſt mala fides, ſed vacillatio quædam, ſeu dubitatio. *l nemo 10. C. de acquiren. poſſ. ſi.* Dubitatio autem poſt inchoatam præſcriptionem orta eam non impedit, quoniam in vſucapionibus veritas, *ex iuribus* à Fachineo *enunciatis*, non opinionis error ſpectatur.

Hæc tamen fundamenta infirma reddi 207
videntur. Primo nam ex litis conteſtatione præſcribens in mala fide ſimpliciter, & abſolute loquendo conſtituitur *l. ſed & ſi lege. 28. § ſi ante ff. de petitio. hæreditat. d. l. nemo*, cuius verba recitat Fachine. *dicto c. 34. in princip.* Deinde nam res hæc, vel mora lis obeſt ei, contra quem inſtituitur.

Quare in præſenti effigie nullam malæ fi- 208
dei ſpeciem, imo, nec dubitationem, ſeu vacillationem adfuiſſe mallem, ſed bonam vtique fidem, quamuis enim ex mota lite reſpectu eam mouentis mala conſiderari poſſet, eò enim relata iura ſpectant, ceſſat ex li-
tis victoria, imo reſpectu veri domini num- 209
quam bona deſijt, contra quam nihil conſtitit, ſed intacta potius, eoque firmior manſit, cum dominis etiam veris in re ſua paſſim quæſtio moueri ſoleat. Quod ſecus eſt, dum anceps eſt litis euentus, vel actor vincit reſpectu ipſius, contra quem tempus à lite mota tranſactum ob malam fidem ſuperuenientem imputari iura *ſuperius*, adducta vetant.

Nec Fachineo conſentio *in fine capitis* vo- 210
lenti, vt hic poſſeſſoris ſtatus initium præſcriptioni non tribuat, ad quod bona fides ſimpliciter ſumpta *ex prædictu numero 97. & 100.* deſideratur, cum hic ſecundum eum dubitet, ac vacillet.

Ego namque poſſeſſorem hunc, rem ſuam à ſe poſſideri ex inſtrumento emptionis teſtamenti, vel ſimilis cuiuslibet alterius tituli exiſtimaſſe conſidero, & poſt victoriam magis ac magis in cogitatione ſua confirmatũ, & ab hac quam fingit Fachineus, dubitatione alienum.

Niſi mauis, ne vlla dubitandi occaſio re- 211
linquatur, vt Fachinei ſententia obtineat, ex quauis animi incertitudine initium præſcriptionis iniri non poſſe, quæ ſecundum eum in litis initio, vel ipſius proſecutione adeſſe potuit, ſecus ſi à die victoriæ illud auſpicetur.

Quòd ſi ex hac litis conteſtatione poſſeſ- 212
ſor rem ſuam non eſſe ſciat, ſed alterius cuiuſdam, quem ignorat, præſcriptio retardatur ex Fachineo *dicto c. 34. verſic. tertio extra dictum exemplum*, cuius ſententia nedum in propoſita ſpecie, ſed regulariter *ex textu noſtro* vera eſt *l. 1. C. de præſcriptio. longi. tempor. l. penult. titul. 29. part. 3.*

Sed an, quando, & quos fructus conſe- 213
quatur bonæ, vel malæ fidei poſſeſſor? late diſcutit plures circa eos quæſtiones excitans

Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 54. *cum quinque ſequentib. c.* 70. diſputans vtrum præſcriptione ſeu vſucapione acquiratur dominium etiam directum, vel vtile tantum? quam quæſtionem diſcutit etiam Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. §. 2. hanc interpretum vtilis, ac directi dominij differentiam impugnans *à num.* 5.

Diſputat deinde Fachineus *libr.* 8. *c.* 3. vtrum fiſcus, princeps, ciuitas, & Eccleſia Romana centum annorum præſcriptione gaudeant? *c.* 13. vtrum agenti remedio recuperandæ poſſeſſionis exceptio, præſcriptionis obijci poſſit? *c.* 22. quomodo ſeruitutes reales præſcribantur? quod etiam late proſequitur Parlador. *dicto c.* 1. §. 8. Quibus quæſtionibus Fachinei, adde aliam eiuſdem *dicto libr.* 8. *c.* 23. de præſcriptione meri, & mixti Imperij *c.* 24. iuris patronatus eccleſiaſtici præſcriptio ſit ne laicis conceſſa? atque *ex c.* 25. *ad* 35. alias meminit quæſtiones Fachine. *ſuperius diuerſis in locis* tactas.

Demum quæſtionem mouet *dicto libr.* 1. 114
c. 69. vtrum aduerſus præſcriptionem maioribus viginti quinque annis in integrum reſtitutio ex capite iuſtæ, ac probabilis ignorantiæ competat?

In qua poſtquam adfirmatiuam ſententiam praxi admiſſam teſtetur, quam late, docte, ac vtiliter defendit dominus, atque auus meus Ioan. Matien. *in l.* 8. *ſchol.* 12. *à num.* 4. *titul.* 11. *lib.* 5. *recopilation.* Petr. Anton. Petra ſancta *de fideicommiß. quæſtio.* 14. *à numero* 183. Fachineus tamen ipſe in puncto iuris ex rationibus, & fundamentis iudicio meo fortiſſimis contrarium verius exiſtimauit.

Quas omnes, & ſimiles quæſtiones, quæ ad bonæ, vel malæ fidei elucidationem præcipuo iure non attinet, tetigiſſe ſufficiat, vt *ex locis* à nobis *adnotatis* earum ſubſtantiam, & veritatem curioſus lector depromat; hiſque diſputationi noſtræ vltima imponatur manus.

Ex c. magna pietas. 5. de pœnitent. diſtinctio. 1.

SVMMARIA.

1 *Concluſio ex ſerie textus elicitur.*
2 *Sine confeſſione nemo à peccato iuſtificatur.*
3 *Ad fructiferam pœnitentiam cordis contritio, oris confeſſio, in opere humilitas deſideratur.*
4 *Statim poſt peccatum confeſſionem inductam eſſe verumne ſit?*
5 *Confitendi norma à Iacobo Apoſtolo inſtituta non eſt.*
6 *Antiquorum Canoniſtarum ſententia reijcitur.*
7 *Confeſſio ſacramentalis à Deo, ſicut cætera Eccleſiæ ſacramenta inſtituta eſt.*
8 *Verbo ſilius Dei ſignificatur.*
9 *Sacerdos pro Deo, cuius vices gerit, beneficium abſolutionis impertitur.*
10 *Cum clericis pœnitentiæ ſacramenti iudicium ſit conceſſum, cauſa incognita exiſtere non poteſt.*
11 *In ſacra Scriptura nullum verbum ſuperfluum inuenitur.*
12 *Fruſtra lex conditor, niſi & miniſtri ſint, qui eam exequantur, & e conuerſo.*
13 *Verba cum effectu ſunt intelligenda.*
14 *Contritio ſola abſque confeſſione ad crimina remittenda ſufficit.*
15 *Contritionis proprius effectus eſt remiſſio.*
16 *Deo, qui cordium ſecreta nouit, implicitus in eis dolor eſt explicita pronunciatio.*
17 *Votum pro opere reputatur.*
18 *Contritione an peccata abſtergantur confeſſore tantum deficiente?*
19 *Contritionis effectus licet ſit maximus, via tamen tutior eſt confiteri.*
20 *Errores hæreticorum confeſſionem excludentium, vbi adeſt contritio damnantur.*
21 *Ex Tridentino Concilio remiſſio contritioni confitendi voto deſtituta non adſcribitur.*
22 *Promiſſionis verbo noſtro textui adiecto voluntas confitendi ſignificatur.*
23 *Ferrarienſis ſententia à patre Suarez impugnatur.*
24 *Ex Medina contrito etiam, qui confiteri non vult, peccata non remittuntur.*
25 *Quamuis votum pro opere reputetur, plus tamen prodeſt ad opus peruenire.*
26 *Baptiſmi, vel Euchariſtiæ ſuſceptio plus prodeſt, quam votum ea ſuſcipiendi.*
27 *Martyrij, aut confeſſionis votum ſæpe ad idem prodeſt, quod confeſſio ipſa, vel martyrium.*
28 *An confeſſione pœna condonetur, vt aliquid addat contritioni? remiſſiue.*
29 *Qui tempore ab Eccleſia ſtatuto non confitetur, lethaliter denuo peccat, licet ſibi contritus videatur.*
30 *Mortalis culpæ reum præhabita etiam contritione ad euchariſtiam ſine confeſſione accedere temerarium eſt.*
31 *Contritio abſque confeſſione data confeſſoris copia ad delenda peccata ex Antonio non ſufficit.*
32 *Quamuis contritioni cum voto confitendi promiſſa ſit peccati remiſſio, confeſſionem tamen fieri opus eſſe defendunt aliqui.*
33 *Ad erubeſcentiam, & humilitatem propriam eſt inſtituta confeſſio.*
34 *Per nuntium, vel ſcriptum an & quando liceat confiteri.*
35 *Erubeſcentia ipſa eſt pars remiſſionis.*
36 *Materia ſacramenti pœnitentiæ eſt oris confeſſio.*
37 *P. Suarez negat, ex præcepto quemquam ad oris confeſſionem teneri, & Concilio Florentino reſpondet.*
38 *Patris Suarez ſententia impugnatur.*
39 *Leges priores ad poſteriores intelligendas, & è conuerſo adducuntur.*
40 *Redacta in ſcriptis confeſſio amitti poteſt, & ſecretum illius inuito confitente patere, quod eſt indignum.*
41 *C. qualis 4. 30 quæſt. 5. in fine intellectus.*
42 *Adulterij pœnitentia vitium ingratitudinis delet.*
43 *Scribebantur peccata eorum, qui publicam pœnitentiam agebant.*
44 *Pœnitens parum memoriæ fidens peccata ſcribere poteſt, & ea legens voce propria confiteri.*
45 *Diuturna Eccleſiæ conſuetudo pro lege ſeruanda eſt.*
46 *Nullum inuenitur diuinum præceptum ore confitendi, niſi ad id referatur, Iſai. c. 23.*
47 *Eccleſiæ more, ac præcepto oris confeſſio inſtituta eſt.*
48 *Ad remittenda peccata neceſſaria eſt oris confeſſio habita Confeſſoris copia.*
49 *Chryſoſtomi authoritatem, vt intra ſe quiſquam de peccatis doleat, P. Suar. intelligit.*
50 *Patris Suarez intellectus non admittitur.*
51 *Oportet ex Chryſoſtomo, vt peccati conſcius, quam primum poſſit ſtatum damnationis egrediatur.*
52 *Neceſſitas confeſſionis ab Auguſtino deſcribitur.*

 53. Ca-

136 *in dicta authent. niſi tricennale.num.*40.*C.de bon. matern.* ex præactis *num.*41. inferens præſcriptionem nec iniquam, nec odioſam eſſe, nec naturali æquitati contrariam. Quod cum ipſe recte, ac erudite more ſuo explicet, ſciens omittam ipſi conſentiens, quicquid ex aduerſo contrarium doceat Anton. Petra Sancta *de fideicommiſſ. quæſtio.* 14. *numer.* 241. *& ſequenti.*

137 Sed profecto dubitari recte poteſt, quo pacto regiæ leges in dubitandi ratione adductæ defendi poſſint? quæ frequentiſſima admittuntur praxi, & à catholicis regibus noſtris ex ſenatorum ſuorum concilio promulgatæ ſunt: non enim libenter feram temporibus hiſce noſtris in Hiſpania, vbi Chriſti religio præcipua veneratione colitur, & totis viribus reges noſtri eorumque optimates in eius propagationem anhelant, quicquam contra fidem, conſcientiam ſeu bonos mores regijs ſanctionibus ſtatui, vel obſeruari.

138 Quare, vt hanc difficultatem euadam, illud imprimis certiſſimum adſero, regia nulla lege ſtatutum eſſe præſcriptionem cum mala fide admittendam, quamuis ex iuribus *in dubitandi ratione ſuperius* propoſitis ſecus videatur iudicandum, in quibus perſonales actiones viginti annorum ſpacio, quæ hipotecæ iure coadiuuantur, triginta, famulorum ſtipendia, & alia in ipſis legibus contenta triennij lapſu præſcribuntur, aduocatis, & procuratoribus ſalaria poſteriorum trium annorum, non vlterius debeantur. Cum tamen in debitore ſcientia præſumatur, qui factum ſuum, & ab eo manantem obligationem noſſe cogitur. *c. ab excommunicato.* 41. *in verbis ſuperius. numer.* 6. *relatu de reſcript.*

139 In qua difficultate Hoſtienſ. *in ſumma de præſcriptio rer. immobili.* §. *quæ res column.* 1. *verſic. actiones perſonales* præſcriptionem perſonalium actionum valere adſerit, etiam ſi debitor, qui præſcripſit ſe debere ſciat, cuius ſententiam probat Bartol. *in l. ſequitur.* 4. §. *ſi viam*, & *ibi* Roman. *ff de vſucapionibus.* Ægid. Vellame. *in præſent. numer.* 6. Bald. *conſil.* 437. *lib.* 1. Capella Toloſa. *deciſio.* 75. Corn. *conſil.* 206. *numer.* 5. *lib.* 2. Ferra. *in praxi crimina. in forma reſponſionis rei conuenti ſuper verb. præſcriptionis. numer.* 5. Cuman. *conſil.* 67. additio ad Alexand. *conſil.* 99. *num.* 1. *litte. A. & num.* 4. *litte. B. lib.* 4. & alii plures, quos referunt Couarru. *in dicta regul. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 11. *nu.* 3. *verſic. iccirco aliter*, Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. *ex.* §. 11. Fachin. *lib.* 2. *controuerſ. iur. c.* 13. *verſic. adſumptio facile probatur.*

140 Quos duplex ratio iuuat, Prima, quoniam debitor ſe debere ſciens non eſt in mala fide, quamuis ſolutionem differat, dummodo tamen à creditore poſtulatam non neget ex Adrian. *in* 4. *ſententiar. tractat. de reſtitut.* §. *hoc ſuppoſito.* Vnde dicendum videbatur, prædictas leges noſtri textus diſpoſitioni aduerſas non eſſe, in quo vt præſcripto non valeat, non ſolum rei alienæ ſcientia opus eſt, ſed & hanc cum peccato poſſidentis obtigiſſe. Quod in dictorum iurium ſpecie ſecundum dictos conſiderari nequit, non enim peccat debitor, qui non petenti debitum non offert.

Quòd ſi hoc diuturno tempore, quo completa ſit præſcriptio, illud non exigat, proderit etiam Canonico iure, cum à debitore mala fides adfuerit, atque in præſcriptionis curſum abſit, ita Panormitan *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ,* 10. *num.* 36. *de conſtitutionib. & in c. quod clericis.* 9. *numer.* 44. *de foro competent* quos adfert ſecutus Andr. Tiraquell. *in repetitio. L. ſi vnquam, vltim. numero* 310. *C. de reuocand. donationibus.* Socin. Iunior. *conſil.* 145. *n.* 64. *&* 65 *lib.* 1.

Secunda prædictæ opinionis ratio ex eo 141
deſumitur, quòd Pontifex *in præſenti* in iuſtam ſolummodo præſcribentis cauſam damnat. Quæ iniuſtitia in hac effigie non adfuiſſe videtur, cum debitor, qui actionem præſcripſit, toto præſcriptionis tempore ad ſoluendum præſto fuerit. Ex quibus, & alijs rationibus hanc tenuere ſententiam Raphael. Cuman. *dicto conſil.* 67. Angel. *in l.* 1. *verſicul penultim. C. de iudic.* Mencha. *lib.* 2. *controuerſiar. illuſtr. c.* 76. *num.* 9. ſecus vbi interpellatio facta fuiſſet, vel dies, & obligatio ſoluendi ceſſerint, prout ex Panormita. Felin. & alijs diſtinguit Aufrer. *in deciſ. Tholoſa.* 74.

Sed his non obſtantibus debitorem, qui 142
ſcit, ſe debere, propter malam fidem præſcribere minime poſſe defendunt Alexander. *conſil.* 99. *à num.* 5. poſt alios à ſe adductos. *nu.* 6 *lib.* 4. Stephan. Aufrer. *dicta deciſio. Tholoſa.* 74. *num.* 4. Couarru. *in dicta regul. poſſeſſor.* 2. *parte.* §. 11. *numer.* 3. *verſicul. verum aduerſus*, Didac. Pereci. *in l.* 1. *ſchol.* 1. *in princip. titul.* 2. *lib.* 1. *ordinamen.* Meneha. *de ſucceſſion. creatio. lib.* 1. §. 10. *verſicul. in ſumma illud dubium numer.* 26. Fortun. Garſ. *in tractat de vltimo fine illat.* 2. Andr. Fachin. *lib.* 1. *controuerſiar iur. c.* 63. *verſic. quinta, & poſtrema eſt opinio*, late Parlador. *in ſeſquicent. locor. different.* 12. *in princip. &* §. 2. *n.* 1. 3. *&* 4.

Quorum præcipua ratio ex noſtri textus diſpoſitione deſumitur, nam qui ſcit ſe debere, ſemper habet conſcientiam læſam, niſi ſit quotidie ad ſoluendum paratus, licet creditori non petenti ſub reatus mortalis pœna ſoluere ſeu pecuniam debitam offerre non teneatur.

Cum

143 Cum autem hæc debitori ſit iniuncta neceſſitas, nihil profecto poſſidet, aut quaſi poſſidet, ſine qua poſſeſſione præſcriptio non procedit. *c. ſine poſſeßione 3. cum ſimilib. de de regul.iur.lib. 6.* Quòd ſi non ſoluendi libertatem quaſi poſſideret in animum inducens, ſe non ſoluturum, poſſidebit quidem, ſed eum mala fide, propter quam *ex textu noſtro* inutilis erit, atque iniqua præſcriptio.

144 At è conuerſo negari nefas eſt debitum à debitore ſoluere detrectante quaſi poſſideri. *l. etiam.14.§.1. verſic. plane ſi accepta. ff. de petitio. hæreditat.* In qua Vlpianus docet, vero hæredi petitionem hæreditatis competere ad quantitatem exigendam ab eo, qui eam cauſa conditionis implendæ, tamquam hæres à fideicommiſſario accepit, cui reſtituenda erat hæreditas ſub conditione, *ſi decem hæredi dederit*, vel à ſeruo, cui ſub eadem conditione fuit relicta libertas, qui proprie ſtatu liber dicitur. *l. 1. cum alijs eius titul. ff. de ſtatu liber.*

145 Hic autem, qui tamquam hæres à prædictis vero hæredi quantitatem debitam accepit, debitor ipſi ex hoc facto efficitur, licet nolit ſoluere hæredem ſe appellans, ex cuius quaſi poſſeſſione hæredi vero hæreditatis petitio competere poteſt, non alio quoquam titulo teſte Vlpiano *in dicto §. 1.* factam à Sabino probante contradictionem ijs, qui hunc ſe pro hærede gerentem quaſi poſſidere negabant. Cuius ſententia vim recipit ex alia Vlpiani deciſione *in l. regulariter 9.* & Caij alia *in l. licet nummam 10. ff. de petitio hæreditat.* Quo in ſenſu ſuperius Vlpiani reſponſum *in dicta l. etiam 14. §. 1.* quamuis illud non induxerit accipit Couarru. *dicto §. 11. num. 3.*

146 Ex quibus adfirmare auſim, tunc ſolum debiti, ſeu actionis præſcriptionem locum habere, cum debitor ſe debere neſciebat, & non ſoluendi libertatem viginti vel triginta annorum ſpacio inſcius quaſi poſſedit. Quod in tertio poſſeſſore, vel hærede debitoris euenire facile potuit, qui iuſtam habent ignorandi cauſam, dummodo acceſſione temporis ab authore mala fide tranſacti non vtatur. *d. l. qui in alterius. 42. cum alijs ſuperius nu. 134. adductis ff. de regul. iur.* Quod ita probant interpretes præadducti, & alij, quos meminit huic adhærens ſententiæ Didac. Pereci. ad Seguram *in repetitione l. cohæredi 41. §. cum filia. num. 89. ff. de vulga.* Ioan. Aníbal. *in l. nemo poteſt 55. num 581. verſic. ſed aduerte, quia Bartolus ff. de legat. lib. 1.* Ioan. Oroſci. *in l. omnes populi 9. num. 75. ff. de iuſtit. & iure.* Petr. Doeñas *in reg. 6. incip. actio perſonalis*, Gregor. Lop. *in l. 22. ſchol. 2. titu. 29. part. 3.* Auguſtin. Veroi. *in Rubr. noſtra, num. 51.* Ferdinand. Vaſq. Menchac. *lib. 2. controuerſiar. illuſtr. toto c. 73.* Quorum & aliorum idem tenentium opinio in iudicijs, & conſultationibus eſt obſeruanda: quicquid contra eam adſtruat Fachan. *controuerſ. iur. lib. 1. c. 66. lib. 8. c. 27.*

Quod cum ita ſe habeat, difficillimum vi- 147
detur, regias huiuſmodi leges ad praxim deduci ſtante Innocentij noſtri ſaluberrima deciſione, cum perpetua in ipſis peccandi cauſa videatur adeſſe ex Balbo vanam hanc diſputationem adſerente, & Fachin. qui eum refert *lib. 2. controuerſ. iur. c. 13. in fine*, qui *toto eo capite* late hanc veritatem in ſpecie pacti redimendi abſolute ſine temporis præfinitione probat.

Vt hæc itaque quæſtio nimis ardua facilius expediatur, duo ſunt in præſenti diſputatione articuli examinandi. Primus vtrum regiæ leges iuſtæ ſint? & aduerſus creditores, qui debita intra ſtatutum ab ipſis terminum non exegerint, obſeruandæ? Secundus, An debitores ipſi, qui ſe debere norunt hac elapſa præſcriptione quoad Deum in foro conſcientiæ tuti ſint?

In primo audacter, & tute adſero leges re- 148
gias iuſtiſſimas eſſe, & in iudicijs prorſus obſeruandas, quoniam actiones omnes à iure ciuili fuiſſe inductas edocuit Accurſ. *in principio inſtitut. de actionib. verb. quamuis*, idem *in l. ex hoc iure 5. ſchol. penult. verſicul. obligationis ff. de iuſti. & iure, & in l. rerum quidem amotarum iudicium. 25. ſchol. vlt. ff. rer. amotar.* atque *alibi multotiens*, quem Iaſo. poſt alios ſequitur *in dicto princip. Inſtitut. de actionib. num. 39. cum ſequentib. num. 44.* communem dicens, latius *ibidem* Gomeci. *à numero 32.* licet hic contrariam veriorem adſerat.

Cuius ſententia contra communem minime probanda eſt, quoniam & ſi contractus ipſi à iure gentium deſcenderint. *d. l. ex hoc iure 5. ff. de iuſtit. & iure*, actiones tamen omnes iure ciuili ſunt inuentæ. *l. 2. §. deinde. ff. de origi. iur. l. actionum. 24.* cum Accurſ. *ibi ſchol. vltim.* & interpretibus *ff. de obligationib. & actionibus. & in §. ſed iſta quidem inſtitut. de actionib.*

Quod amplius non diſputamus, longum 149
enim eſſet vtriuſque partis fundamenta, proponere, & altera electa, contrarijs alterius reſpondere, ſententiam communiter receptam veram adfirmantes ex his quæ notant ſcribentes *in c. 1. de conſtitutionib. & in l. 1. ff. de reb. credit.* Deci *conſil. 518. num. 3. in fine*: ea enim eſt ſequenda ſententia, quæ plurium authoritate roboratur. *c. ſi tranſitus 10. diſtinctio. 79. c. licet de vitanda 6. ad fin. de electio. Eccleſiaſtes 6. in multitudine presbiterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniunge te vt omnem narrationem Dei audire poßis, c. ne innitaris 5. de conſtitutionib.*

150 Quod cum ſic ſe habeat, poterit princeps actiones ad libitum tollere, limitare, vel certis metis circumſcribere, vt iis elapſis ceſſent, iura enim ciuilia poteſt ex voto abrogare §. *ſed naturalia, inſtitut. de iure natura. gent. & ciuil. l. ſi imperialis vlt. C. de legib. l. 1. ff. de conſtitutionib. princip. authenti. de conſulib. in fi. collatio. 4. c. propoſuit. 4. cum ſimilib. de conceſſio. præben. l. 12. 14. 16. 17. ac 18. titul. 1. part. 1.* poſt alios in ſpecie Alexand. *in l. cum hæredes 23. in princip. num. 6. ff. de acquiren. poſſeſſio.* veteram hanc, & communem ſententiam appellans.

151 Ex his conſtatiure à Regibus noſtris leges promulgatas fuiſſe, ne poſt annos triginta actio vlla ſuperſit. Quod prius ciuili iure ſtatutum fuerat *in l. ſicut in rem. 3. l. omnes. 4. C. de præſcript. 30. vel. 40. annor.* cum multis aliis iuribus à Parlador. euocatis *lib. rer. quotidiana. 1. c. 1. §. 11. à n. 1. ad 14.* in actione redhibitoria ſex menſibus tranſactis, in actione quanto minoris anno elapſo *l. ſciendum. 19. l. redhibere. 21. ff. de ædilit. edicto. l. 2. C. de ædit. actionib.* in doli actione biennio continuo, in remedio *l. 2. C. de reſcinden. venditio.* quadriennio. poſt alios late dominus, & auus meus Ioan. Matien. *in l. 1. ex ea ſchol. 16. num. 1. 2. & 7. titul. 11. lib. 5. recopilatio.* Quæ omnia latius proſequitur Parlador. *lib. rer. quotidianar. 1. c. 1. §. 11. & ſequentib.* cum has retuliſſet ſpecies *in §. 1. & n. 12.*

152 Quod vtique magis probatur, quoniam, & ſi pactum nudum naturaliter obliget promittentem, iſque ſub reatu mortalis criminis promiſſum ſeruare teneatur *l. 1. ff. de pact. c. 1. c. qualiter in Sardinia. 3. eod. titul.* ius tamen ciuile ad illius implementum actionem denegabat. *l. iuris gentium. 7 §. ſed cum nulla. & §. quinimo in fi. vbi* Accurſ. & ſcribentes iura ſimilia

153 enumerant. *ff. de pact.* nec iudex poterat petentis preces admittere, cum nemo ſine actione poſſet in iudicio experiri. *l. ſi pupill. 6. §. videamus, verſicul. quoniam conuenien di eos. ff. de negot. geſt.* quod probat Couarr. *in c. cum in officiis. 7. n. 10 de teſtament.* atque ita intelligit Adrian. *quodlibe. 6. art. 3.*

154 Cui ſententiæ aduerſatur Fortun. Garſ. *de vltim. fi. illatio 2.* volens actionem realium, & perſonalium nunquam valituras. Quod ex plurimorum, quos refert, veriore ſecundum eum ſententia defendit Fachin. *lib. controuerſ. iur. 1. c. 63. verſicul. Quinta, & poſtrema eſt opinio.*

155 In reliquis autem actionibus, quæ ſecundum Fortunium lege duntaxat ciuili ſunt inductæ, & ab initio certa temporis definitione reſtrictæ, prout ſunt *redhibitoria, quanto minoris, doli, & ſimiles* actiones *ſuperius* traditam admittit doctrinam, quamuis debitor malam etiam fidem habeat, idque in his ſpeciebus ante eum tenuere Paul. Panormita. Felin. Franc. Balb. & alii, quos refert ipſis conſentiens Couar. *in dicta reg. poſſeſſor. 2. part. §. 11. num. 5.*

Differentiæ rationem adſignat Fortun. *vbi ſupra*, aliud enim eſt ex eo, à lege humana ob aliquam cauſam quæ abſque vllo dolo contigerit, vel ob ſolemnis ſtipulationis defectum legibus ad promiſſionis cautionem requiſitæ actionem denegari, vel certo tempore limitari. Aliud, ac longe diſſimile à lege fomentum exhiberi ad res alienas cum mala fide, & magna conſcientiæ læſione occupandas, idque retinendum, quod quis vere ſe alteri debere nouit. Quorum prius quamuis ad reipublicæ vtilitatem, ſedandaſque lites permitti queat, poſterius tamen in Chriſtiana republica admitti nulla iuris, aut facti ratio patitur. 156

Ego nullam video diſcriminis rationem inter eam ſpeciem, in qua nulla mihi eſt actio ab initio conceſſa ad conſequendum id, quod quis mihi iure naturæ debet, vt *in pacto nudo*, vel actio fuit ab initio ad certum tempus reſtricta, *vt in redhibitoria, & ſimilibus.* Atque illam, qua in rem, vel in perſonam prius actio nata, quopiam deinceps etiam ex interuallo termino clauditur. 157

In his namque omnibus læthale pariter admittit flagitium, qui extincta actione, (quia lex ab initio nullam conceſſit, vel quia eam ab initio certis limitibus clauſit, aut denique, quia poſt eam natam ipſius tempus limitauit) non ſoluit, vel implet illud, quod ante tempora elapſa, quibus actio finita eſt, ſoluere, vel implere iure cogente tenebatur, prout in redhibitoria, & ſimilibus docuit D. Thom. *2. 2. quæſtio. 77. art 3.* Ioan. Maior. *in 4. ſententiar. diſtinctio. 15. quæſtio. 40. articul. 3.* Silueſt. Conrad. Caietan. & alii, quos iungit Couarru. *in dicto §. 11. num. 5.* & indiſtincte Fachin. *controuerſ. iur. dicto libr. 1. c. 63. verſicul. ſed obſtant huic expoſitioni. c. 68. lib. 4. c. 5. verſic. primum argumentum.* 158

Idemque iuris eſſe in eo, qui pactum ciuili iure non implebat probat ipſe Couarru. *in d. §. 11. numer. 4.* idem *in dicto c. cum in officiis 7. num. 10. de teſtamen.* à fortiori volens, id ipſum in reliquis actionibus in rem, vel in perſonam procedere, cui reliqui *ſuperius proxime* adducti conſentiunt. 159

Quod cum omnes maxime in hac vltima ſpecie concordes admiſerint Fortunii diſcrimen non probo, quin potius adfirmare auſim, vel omnes eas cum Fachineo *proxime* relatoiniuſtas, quod fatendum non eſt, vel plane iuſtas, & obſeruandas, quod verius cenſeo ex his, quæ *ſuperius* adnotata manent ſiquidem vnaquæque ipſarum 160

pro-

propria ratione alijs conſimili munita eſt.

161 Pactum nudum legumlatores facilitate potius quadam, quam deliberara voluntate fieri præſumpſerunt. Quod ſi ita factum conſtaret, nulla ex eo etiam in foro interiore oriretur obligatio *l. cum de indebito* 25. §. *vlt. ff. de probationib.* canonizata *in c. ſi cautio.* 14. *de fide inſtrumentor. l. vlt. tit.* 13. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilation.* poſt alius duminus & auus meus Ioan. Matien. *in l.* 2. *ſchol* 1. *ex num.* 7. *tit.* 15. *eod. lib.* 5. *recopilation.* ita eam legem interpretatus. Quoniam ſi cauſa nudi pacti, ac deliberata paciſcentis voluntas probareretur, ciuilis ex eo oriretur actio *d. l. iuris gentium.* 7. §. *ſed & ſi, &* §. *adeo ff. de pact.* Imola *in c. quæ in Eccleſiarum* 7. *nu.* 3. *de conſtitutionib.* Fachin. autem iure quoque canonico hæc omnia comprobat *lib. controuerſ. iur.* 2. *c.* 100.

162 Nec diſſimilis in redhibitoria, quanto minoris, doli, læſionis vltra dimidiam, & alijs huiuſce generis actionibus legis præſumptio viget. Is enim, qui intra conſtitutum præſcriptioni tempus non petijt, eo elapſo dolo petere videtur. Idque in cæteris actionibus in rem, & in perſonam fortius obtinet, in quibus poſt terminum adſignatum ſolutio à lege facta præſumitur ex his quæ adnotat Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 1. *c.* 68.

163 Quod in *regiarum legum* ſerie ſatis deprehenditur, præſumptionesque huiuſmodi iuris, ac de iure ſunt, eum lex eas veras iudicans ius firmum ſuper ipſis ſtatuat, argumẽto textus, & eorum, quæ in eo interpretes adnotant *in c. is qui fidem.* 30. *de ſponſal.* Accurſ. *in l. ſiue poſſidetis.* 16. *verb. facti. C. de probationibus.* Panormita. & Felin. *in c. quanto* 8. *de præſumptionib.* Alciat. poſt alios recte declarans *in tract. præſumption.* 2. *part. num.* 3.

164 Contra quam præſumptionem nulla admittitur probatio contraria. *l. antiqua* 23. *C. ad Velletan. l. vlt. C. ad Macedonian l. vlt. C. arbitr. tut.* quod latius explicat Alexand. *in l. inter ſtipulantem.* 83. §. 1. *ff. de verbor. obligationib.* Hippolit. Marſill. *in l.* 1. §. *ad quæſtionem in fine. ff. de quæſtionib.* nos in repetitione. *c.* 2. *num.* 86. *de præſumptionib.* Præter eam; quæ partis confeſſione fit ex Accurſ. *in authent. de æqualita dot.* §. *aliud verb. ſcribat, collatio.* 8. eodem *in l. in contractibus* 14. *verb. nullo modo c. de non numera. pecun.* Felin. *in præſen. num.* 7. Roman. *conſil.* 107. *num.* 3. Hieronym. Grato *conſil.* 41. *nu.* 29. *lib.* 1. Alciat. *vbi ſupra num.* 5. diximus *in d. c.* 2. *de præſumptionib. n.* 87.

165 Sed quamuis hæc ita ſe habeant, æquius in propoſita præſcriptionum effigie iudicarem; alias etiam omnes probationes, quæ euidentes ſint, de quibus recte Maſcard. *de probationib. lib.* 1. *quæſt.* 8. aduerſus hanc iuris, & de iure præſumptionem admittendas fore, ſi ex ipſis nullam, vel non integram ſolutionem adfuiſſe conſtiterit, his enim nunquam derogatum cenſetur ſecundum Maſcard. alios adferentem *dicto lib.* 1. *queſt.* 10. *à numer.* 55. *ad* 63. Imo & leuiorem in hac ſpecie probationem admitti conſentiam, nam præſumptio hæc iure dumtaxat ciuili adprobatur, quod in ſpecie noſtra non eſt obſeruandum, vbi mala fides ex veris probationibus deregitur propter iuris canonici diſpoſitionem, cui eſt omnino ſtandum *ex textu noſtro* cum de peccato vitando agitur, idque vnico verbo ſenſit Couarru. *in dicta regula poſſeſſor.* 2. *part.* §. 11. *num.* 4. *verſic. tertio infertur in fine*, & latius defendit Fachin. *dicto lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 68. Cæterum hac contraria probatione non facta fatendum eſt *legum regiarum* decisiones omnino ſeruandas eſſe, cum *ex ſuperioribus* iuſtiſſimæ ſint, neceſſaria iuris, & de iure præſumptione munitæ, debitique probationem infringentes, vel infirmantes, vt verbis vtar Fachinei *in dicto c.* 68. qui rem hanc erudite, vt ſolet, concluſiunibus abſoluit, latiſſime Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. *ex* §. 11. *à numero* 14.

Secundus articulus (An debitores ſe non 166
ſoluiſſe ſcientes è lapſis temporibus, quibus actio finitur, quo ad Deum tuti ſint, & à peccato immunes?) facili negotio expeditur, ſiquidem hi cum peccato rem alienam conſcij præſcripſerunt. Quod vnum Innocentius *in præſen.* damnat, etiamſi iudicis ſententia, qui occulta non iudicat, ſint abſoluti. Quod vltra eos, quos *ſuperius* retulimus enixe contendunt frater Alphonſus Caſtro *lib.* 2. *de poteſta. legis pœna. c.* 10. *fallent.* 5. Corn. *conſ.* 269. *num.* 15. *conſil.* 328. *num.* 14. *&* 32. *lib.* 1. Guillielm. Rouille *in ſchol. ad conſuetudin. Cenomanenſ. artic.* 35. Petr. Dueñas *reg.* 6. *num.* 2. *reg.* 206. *nu.* 6. & alij plures, quos adferunt ſecuti Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 64. *in princip.* & in ſpecie *dicto c.* 68. *lib.* 4. *c.* 5. *verſ. primum argumentum contrariæ ſententiæ* Parlador. *dicto lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. §. 11. *num.* 18.

Quamobrem idem Parlador. *in ſeſquicentur. lotor. differen.* 12. *in princip. numer.* 1. *& in* §. 2. *num.* 1. commune ſecundum eum axioma indubitarum ex alijs conſtituit, leges omnes, quæ præſumptioni, aut fictioni nituntur in foro poli obſeruandas non eſſe, quamuis in contentioſo neceſſaria obſeruatione indigeant, ſecus iudicans in legibus ſuper veritate, ac certitudine conſtitutis, vt hæ in vtroque foro æquo iure obligent. Illarum exempla proponit *num.* 3. *&* 4. in actionum realium, & perſonalium, mercedumque opificum, famulorum, & aduocatorum præſcriptionibus quamuis ſententia, vel re iudicata ſint abſoluti. *numero* 6. hanc in hæredibus dubi-

dubitantibus adſumptionem, *numero* 5. limi-
tans.

167 Quæ tamen veriſſima opinio in eo non
obtinet, qui ad pœnam ex aliqua cauſa tene-
tur, quæ tempore actionis elapſo ceſſat. *l.*
querela 12. vbi Accurſ. *ſchol.* 1. & 2. exempla
huiuſmodi præſcriptionem profert *C. ad leg.*
Cornel. de falſ. l. 5. *tit.* 7. *part.* 7. Panor. Felin. &
reliqui ſcribentes *in præſen.* Balb. *de præſcri-*
ptionib. 2. *part.* 3. *part. principal. quæſtio.* 13. & 14.
Couarru. *de ſponſalib.* 2. *part. c.* 6. §. 8. *numer.* 16.
Anton. Theſaur. *deciſio.* 208. cum pluribus
alijs adductis à Farinac. *in praxi crimin. tom.* 1.
1. *part. tit.* 1. *de inquiſitio, quæſt.* 1. *num.* 68. & *tota*
quæſt. 10.

168 Secundo prædicta ſententia limitatur,
quoties agitur de præſcribendo aliquo iure,
quod ab acceptatione illius effluit, contra
quem præſcriptio inſtituta fuit, vt in legatario
accidit, tranſacto enim tempore, quod huius
petitioni legumlatores adſignarant, hære-
dem ad illud ſoluendum nulla etiam diuina
lege teneri docent Ancharran. *in regu. ſine poſ-*
ſeßione 3. *colum.* 3. *verſic. item intelligas de reg. iur.*
lib. 6. Socin. *conſil.* 2. *ad fin. lib.* 3. Decius. *conſil.*
554. & alij quos adfert eorum veſtigia ſecu-
tus Couarru. *in dicta reg. poſſeſſor.* 2. §. 11. *num.* 5.
verſic. Nono legum ciuilium & *lib. variar.* 1. *c.* 9.
num. 5. & 6. Gregor. Lop. *in l.* 42 *ſchol.* 1. *tit.* 5.
part. 5. Fachin. *lib controuerſ. iur.* 2. *c.* 13. *verſic.*
cæterum hæc reſponſio.

169 Inter quos regnicolæ noſtri volunt in hac
ſpecie viginti annorum præſcriptionem ſuf-
ficere moti deciſione *l.* 63. *Taurr*, hodie *l.* 6.
tit. 15. *lib.* 4. *recopilation.* qua ſtatuitur perſona-
les actiones viginti annis præſcribi, de qua
recte Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *dicto c.* 1. §.
11. *cum ſequentib.*

Eorum tamen ſententia mihi ſuſpecta
redditur, cum pro legato actio etiam hypo-
tecaria competat. *l.* 1. §. *omnibus vero C. commun.*
de legat. l. 26. *verſic. otroſi decimor titul.* 13. *part.* 6.
Quæ triginta annis elapſis etiam iure regio
ex dicta *l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopilation.* non antea
extinguitur.

170 Mouentur ſcribentes, quoniam legata-
rius, qui tam longo tempore legatum ſuum
diſtulit petere, non acceptaſſe, ſed repudiaſ-
ſe potius viſus eſt, quamuis hæc limitatio dif-
ficilis videatur, prout ex *l. licet* 8. vbi Accurſ.
& ſcribentes *C. de iure deliberandi* tenuit An-
ton. Perra ſancta *de fideicommiß. quæſt.* 11. *n.* 597.
& *quæſtio.* 14. *à num.* 159. Fachin. *vbi proxime:*
cum nulla lex huic hæredis acceptationi
tempus adſignauerit, & legatarius ante illam
à morte teſtatoris dominus ſit legati effe-
ctus *l. à Titio* 86. *cum ſimilib. ff. de furt.* nec ad-
huc tacens acquirendi, vel repudiandi vo-
luntatem expreſſerit. Niſi ex aduerſo obij-
cias ſilentium hoc longiſſimo diffuſum tem-
pore tacitam remiſſionem, ſiue mauis repu-
diationem videri, cui ni fallor præſumptioni
leges nituntur ob eam ius ſiue actionem ad
legatum deinceps petendum legatario de-
negantes *ex adnotatis* à Fachin. *dicto c.* 13. *verſic.*
reſpondent contrariæ ſententiæ authores, & *ſe-*
quenti.

Tertio limitatur in pacto redimendi, vel 171
reuendendi etiam perpetuo, in quo vendi-
tor pretium offerre tenetur, quod ſi intra tri-
ginta annos non obtulerit, iuſte videri præ-
ſcriptum docet Angel. *conſil.* 55. Cuius opi-
nionem ſcribentes communi ſuffragio ad-
miſerunt teſte Couarru. *dicto lib. variar. reſolu-*
tion. 1. *c.* 9. *num.* 1. & 6. Socin. Iun. *conſil.* 145. *nu.*
70. *cum trib. ſequentib. libr.* 1. Anton. Gomez.
tomo variar. 2. *c.* 2. *n.* 27. Greg. Lop. *in l.* 40 *ſchol.*
1. *tit.* 5. *part.* 5. Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 2. *c.* 13.
in princip. quamuis contra ſentiant Couarru.
dicto num 6. *verſic. ſecundum*, & multi alij, quos
ſecutus adfert Fachin. *dicto c.* 13. *verſic. ſed con-*
traria ſententia videtur mihi longe probabilior. qui-
bus adſentior.

Quarto communem fallere ſententiam 172
in eo, cui mala fides ſuperuenit poſt præſcri-
ptionem bona fide impletam tenuit ex alijs
Balbus dicens communem *de præſcriptionib.* 2.
parte 3. *part. principal. quæſt.* 9. Tiraquel. *de ceſſan.*
cauſa limitatio. 12. *num.* 16. Menoch. *de recupe-*
peran. poſſeßio. remed. 16. *num.* 17. Mencha. *lib.* 2.
controuerſ. illuſtr. c. 74. *num.* 1. Fachin. *lib. contro-*
uerſ. iur. 1. *c.* 64. Nec contra eum, qui præ- 173
ſcripſit Euangelicæ denunciationis reme-
dium admittit Abbas Panormitan. *in c. quia*
plerique 8. *num.* 25. ex Innocentio à ſe relato,
& ex alijs Mencha. *dicto c.* 74. *num.* 5. cum ex 174
vſucapione, aut præſcriptione vtile, ac dire-
ctum dominium præſcribenti acquiratur ex
veriore ſententia, quam poſt longam ſen-
tentiam defendit Fachin. *lib. controuerſ. iur.* 1.
c. 70.

Reliquæ leges ab imperatoribus olim, 175
& ſeptem partiti iuris conditore promulga-
tæ triginta, vel quadraginta annorum præ-
ſcriptionem cum mala fide permittentes iam
hodie peccati vitandi cauſa ab Innocentio
tertio antiquatæ ſunt, cuius ideo deciſioni
ſtandum rectius, quam alij comprobat Fa-
chin. *dicto lib.* 1. *c.* 67.

Multis tamen è conuerſo probare nititur 176
Mencha. *dicto lib. controuerſiar. illuſtr. c.* 76. *à n.* 1.
ad 9. triginta annorum præſcriptionem iure
quoque canonico cum mala fide admitti.
Cuius ſententiam nemo alius vnquam ad-
probauit, quæ deciſioni noſtræ nominatim,
& expreſſe aduerſa eſt nullam cum mala fide
præſcriptionem in iure canonico, vel ciuili
admittenti ex Fachineo alios referente *libro*
controuerſ. iur. 8. *c.* 26.

Cum

177 Cum itaque ex deciſione noſtra peeca-
tum à quacumque præſcriptione longe ab-
eſſe debeat. Quærunt interpretes, an ma-
la fides authoris bonæ fidei ſucceſſori obſit?
in qua quæſtione communis eſt ſententia
teſte Ferdinan. Vaſquio. Menchac. *dicto lib.
2. controuerſ. illuſtr. c. 73.* & Fachin. *controuer-
ſiar. iur. lib. 1. c. 66.* ſucceſſorem hunc poſſe
præſcribere, ſi poſſeſſionis à ſuo authore in-
choatæ acceſſione non vtatur. Quæ ſen-
tentia ſequenti ſyllogiſmo fundatur. omnis
poſſeſſor, qui eſt in bona fide præſcribe-
re poteſt, hæres eſt in bona fide, ergo præ-
ſcribet.

178 Sed Fachineus *dicto lib. 1. dicto c. 66. & lib. 8.
c. 27.* contra communem hanc contendit,
malam defuncti fidem hæredi in bona exi-
ſtenti nocere, quamuis acceſſione temporis
179 à defuncto tranſacti. vti nolit. Mouetur de-
ciſione *l. cum hæres 11. ff. de diuerſ. & temporalib.
præſcriptionib. l. vitia. 11. C. de acquiren poſſeſſio. l.
neque fructuarium 8 C. de vſufruc.* quibus proba-
tur vitia primi poſſeſſoris in hæredem, vel
ſucceſſorem tranſire.

180 Vnde infert Fachineus malam defuncti
fidem in hæredem deſcendere, qui eam ſe-
cundum cum ignorantia ſua excludere non
poteſt, in iure ſiquidem defunctus, & hæres,
author, & ſucceſſor vna, & eadem perſona
reputantur *authentic. de iure iuran. à morien. præ-*
181 *ſtito in princip. collatio. 5.* Præſertim, cum ex
iuris canonici regula hæres defuncti con-
ſcientiam potius exonerare teneatur *c. vltim.
de ſepultur.* cum alijs iuribus, quæ adfert
Fachine. *dicto libr. 1. c. 66.* & rem domino
reſtituere, quam vſucapione ſuam face-
re.

182 Ego tamen communi contra Fachineum
ſententiæ adhæreo, quoniam iura *ſuperius* ad-
ducta, ni fallor, loquuntur, quando hæres
acceſſione temporis ex defuncti perſona v-
titur, prout eleganter notat Menchac. *dicto
c. 73. numero 1.* quia in nulla temporis parte
alienæ rei *ex textu noſtro* debet adeſſe conſci-
entia, quæ in integra hæredis ignorantis, &
bona fide poſſidentis præſcriptione depre-
hendi non poteſt.

183 Quod iudicio meo probant expreſſa ver-
ba *l. an vitium. 5. ff. de diuerſ. & temporalib. præ-
ſcriptionib. An vitium*, inquit Vlpianus, *au-
thoris, vel donatoris, eiuſue, qui mihi rem legauit,
mihi noceat, ſi forte author meus initium poßidendi
non habuit? videndum eſt, & puto neque nocere,
neque prodeſſe: nam denique & vſucapere poſſum,
quod author meus vſucapere non potuit.*

Quare Accurſ. *in ea lege ſchol. 1.* hac diſtin-
ctione vtitur, vt hæres defuncti acceſſione
vtens in vitia ipſius ſuccedat, ſecus, ſi ea
non vtatur. *l. Pomponius 13. in fine, nec vitioſæ*,
inquit Paulus, *poſſeßioni vlla poteſt accedere, ſed
nec vitioſa ei, quæ vitioſa non eſt.*

Reliquis argumentis ad ſaturitatem ſatiſ- 184
facit Mencha. *dicto c. 73.* Diſtinctio autem,
quam ipſe inter malam fidem veram, & fi-
ctam meminit *numer. 9. 10. & 20.* non mihi
admodum probatur *ex deciſione noſtra*, quæ
omnem malæ fidei ſpeciem remouet, vt nul-
lam, quæ hac ſit infecta labe, à prædicta exi-
mi prohibitione fas ſit. *l. de pretio. 10. ff. de pu-
blicia. in rem actio. l. 1. §. & generaliter cum ſimilib.
ff. de legat. præſtand.* prout contra eum eleganter
adnotant Fachin. *dicto lib. controuerſiar. iur. 8. c.
27. ad finem.*

At qui poſſeſſionis à ſuo authore malam 185
fidem habente inchoatæ acceſſione non vti-
tur, malæ fidei, quam ipſe habuit, particeps
non eſt, quin imo bonam ſucceſſoris fidem
titulus *pro hærede, pro emptore, pro ſuo iuuat*, vt
hoc facti errore à ſe rite inceptam tempore
legibus definito præſcriptionem abſoluat,
dicta *l. an vitium. 5. ff de diuerſ. & temporalibus,
præſcriptionib. l. Pomponius 13. ff. de vſucapio. pro
hærede.*

Huc pertinet alterius quæſtionis reſolu- 186
tio, quam Fachineus excitat *dicto lib. contro-
uerſ. iur. 8. c. 25.* vt ciues bonam fidem ha-
bentes rem alienam præſcribere poſſint,
quam cum mala fide præteriti ciues poſſe-
derunt ex veriore ſententia Innocentij, Bar-
toli, & aliorum quos ipſe adducit, eam im-
probans, quæ ex præhabita diſtinctione vera 187
dignoſcitur, quando acceſſione poſſeſſionis
à prioribus ciuibus inchoatæ ſequentes non
vtuntur, quamuis ciuitas eadem ſit. *l. pro-
ponebatur 76. ff. de iudic.* Fachineus *dicto c. 25.*
adnotat. Vbicumque enim bona fides in- 188
tra tempus à lege ſtatutum inuenitur, præ-
ſcriptio rite procedit ex ipſamet illius defini-
tione, de qua ex Alciato, & alijs *ſupra num. 16.*
dum tamen, vt noſter Pontifex ait: *In nulla
temporis parte præſcribens rei habeat conſcientiam
alienæ.* Quæ à longiſſima etiam præſcriptio- 189
ne abeſſe debet, ex recepta omnium ſenten-
tia, quam ſiue iure, ſiue ratione, aut authori-
tate certetur, veriorem merito dixit Fachine.
alios eius adſertores enarrans *dicto lib. 8. c. 26.
in fine.*

In ordinaria autem præſcriptione, ad 190
quam præter bonam fidem titulus deſidera-
tur. *l. 1. cum ſimilib. C. de vſucapio. transforman.*
de quarum intellectu, & effectibus contra
alios Ioan. Parlador. *libr. rerum quotidianar. 1.
c. 1. §. 9. & 10.* Nunc quid ſufficiat tituli hu-
ius allegatio, vt præſumatur? an probatio-
ne ad obtinendum opus ſit? diſſerit Fachin.
dicto lib. controuerſiar. iur. 8 c. 30. contra Fer-
dinand.

dinand, Vaſq. à ſe relatum adſerens titulum
probandum eſſe.
191 Quod vtique verius ex rationibus, quas
Fachineus ipſe conſiderat, & aduerſarum
refutatione cenſeo, cum titulus hic ad fa-
ctum referatur, quod eget probatione. *l. in
bello. 12. §. facta. ff. de captiu. & poſt limin. reuerſ. c.
quoniam contra 11. cum ſimilib. de probationib.* text.
in ſpecie *in l. Celſus 27. ff. de vſucapio. l. diutina.
4. C. de præſcriptio. longi tempor. l. nulla. 24. C. de
rei vendicatio.* Quorum iurium verba refert
in hunc ea ſenſum inducens poſt alios Fa-
chin. *dicto c. 30. verſic. non eſt iuri conſentanea,
& ſequenti*, argumenta Vaſquij ab hac ſpecie
abeſſe defendens in *verſic. dixi ſecundo Vaſquij
argumenta non pertinere*, à quo vſque in finem
capitis optime ſatisfacit, duas à Balbo con-
trarias opiniones referri adſerens, ex quibus
eam ipſe præfert, quæ tituli probationem exi-
git.
192 Tituli tamen huius ignorantia bonæ fidei
poſſeſſori reuera illum habenti, & probanti
non officit, quominus longo tempore præ-
ſcribat ex veriore opinione, quam ex Men-
cha. & alijs à ſe relatis defendit idem Fachin.
dicto lib. 8. c. 31. Quandoquidem ſubſtantia
193 rei potius, ac veritas, quam poſſeſſoris opi-
nio ſpectanda eſt. *l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. de
vſucapio. pro empto.* cuius, & ſimilium iurium
verba ad id probandum recitat Fachineus
dicto c. 31.

Nec Parladoro conſentiam *dicto lib. rerum
quotidianar. t. c. 1. §. 9. ac 10.* volenti, ad præ-
ſcriptionem etiam longi temporis titulo o-
pus non eſſe. Transformatio ſiquidem v-
ſucapionis in præſcriptionem, quam ipſe ad-
mittit *in d. §. 10. primis numeris ex l. vn. C. de vſu-
cap. transforman. l. ſi quis emptionis. 8. c. de præſcri-
ptio. 30. vel 40. annor. §. 1. Inſtitut. de vſucap. l. 9.
titul. 29. part. 3.* qualitates vſucapionis om-
nes præſcriptioni applicuit, etiam ſi ea-
rum ſingulas non expreſſiſſet, quas tamen,
maxime tituli neceſſitatem iura, quæ profert
Fachineus, exigunt, eaſque hac tituli expreſſa
neceſſitate confirmat regia *l. 9. ac 18. titul. 29.
part. 3.*
194 Vlterius differit Fachineus *dicto lib. 8. c. 32.*
nunquid ſemper bona fides præſumatur,
niſi contrarium probetur? Et quidem con-
tra communem, cuius ſingulis argumentis
ex profeſſo reſpondet, bonam fidem non
præſumi contendit, niſi probetur adducens
pro hac ſententia Innocentium, & Bald. *in c.
perpetuas de teſtib.* Imol. *in præſent. numero* 20.
Felin. *in c. ſi diligenti. 17. poſt numer. 4. ſupra hoc
titul.* Ruin. *conſil. 41. numero 21. lib 1.* illam vl-
195 tra aliorum fundamenta ex eo veriorem ra-
tus, quòd ei, qui dicit, probatio incumbat.
*l. 2. cum ſimilib. ff. de probationib. l. 39. titul. 2. l. 1.
& 2. titul. 14. part. 3.* Quare nec bonam fidem
præſumi patitur, niſi iuſta poſſidendi cauſa
probetur.
Ego ex his rationibus à communi ſenten- 196
tia deuiandum non eſſe malim, cum pro eo,
qui bonam fidem allegat, iuris adſit præ-
ſumptio. *c. 1. cum ſimilib. de præſcriptionib. libr. 6.
cum alijs iuribus ab interpretibus adductis*, quæ
probationis onus in aduerſarium transfert.
*l. generaliter 24. §. ſi petitum in fine, ff. de fidei com-
miſſar. libertatib.* cum alijs, quas, vt id pro-
bet enunciat Maſcard. poſt alios *lib. 3. de pro-
bationib. concluſio. 1221. numer. 4.* quamuis ad-
uerſario negatiuæ probatio incumbat. *numer.
5.* diximus *in c. 2. de præſumptionib. numero. 78.
& 79.*
Præſertim cum bona fides, quæ in animo 197
conſiſtit, teſtibus, quibus interior hominis
cogitatio non patet probari vix poſſit ex ijs
quæ poſt alios late adnotat Maſcard. *de pro-
bationib. lib. 1. concluſio. 94.* nec iuſta poſſiden-
di cauſa, quæ ſola ad dominium acquiren-
dum ſufficeret. *l. ex emptor. 11. ff. de action. b.
empti. l. 19. titul. 5. part. 5.* ad præſcriptionem
deſideretur, ſed putatiua dumtaxat, ex ipſo-
met Fachineo *dicto lib. 8. c. 30. verſic. retuli ſin-
gulatim in fine.* quam ius in poſſidente præ-
ſumit, ne is malus habeatur, vel dolum ad-
miſiſſe iudicetur. *l. quotiens 18. §. qui dolo. ff. de
probationib. l. merito 51. cum ſimilib. ff. pro ſocio. l.
vltim. titul. 10. part. 5.* late poſt alios Farinac.
*in praxi criminal. 3. parte titul. 9. de reo confeſſo, &
conuicto, quæſt. 85. à numero* 5. Sebaſtian. Gua-
zin. *de defenſio. reor. defenſio 29. c. 1. num. 1. 2. & 5.*
Buccaron. *de different iudic. ciuil. & criminal. diſ-
feren. 60. à num. 2.*
Qua de cauſa Fachineus ipſe *dicto lib. 8. c.* 198
32. malam fidem non præſumi ait, adijcit
tamen nec bonam præſumendam. Quod
ex contrariorum natura *ſuperius* late com-
probata *ex numero 20. ad 33.* eſſe non poteſt,
mala enim ex præſumptione ſublata bonam
adeſſe opus eſt, quinimo *ex noſtro textu* ſuffi-
cit, vt in nulla temporis parte rei adſit alienæ
conſcientia, quæ cum *ex prædictis* non præſu-
matur, neceſſario probanda non eſt, vt præ-
ſcriptio procedat, quæ, maxime longiſſima
mala fide non data iure quoque canonico
proficit. *c. 1. cum ſimilibus. de præſcriptionibus.
lib. 6.* poſt alios Fachineus *dicto lib. 8. c. 33.
verſicul. reſpondeo negando conſequentiam ad fi-
nem.*
Nec difficile eſt id ex iuris præſumptione 199
iudicare, quæ vera probationis ſpecies *paſ-
ſim* in iure habetur. Quod nos ex alijs late
comprobauimus *in c. 2. de præſumptionib. ex nu.
78. per plures numeros.*

Quæ-

100 Quærit deinde Fachine. *dicto lib.* 8. *c.* 33.
An præſcriptio temporis memoriam homi-
num excedentis corruat, vireſque amittat, ſi
de titulo nullo, & vitioſo, puta locationis,
emphiteoſis precarij, depoſiti, commodati,
& ſimilium conſtiterit, ex quibus dominium
non transfertur?
201 In qua contra Ferdinand. Vaſq. & alios à
ſe relatos Fachin. ex Maſcardo & alijs acer-
rime tuetur, præſcriptionem hanc hoc vitio
detecto iniquam reddi ac rem priori, quidem
olim vero domino reſtituendam, quia veri-
tate manifeſtata cõſuetudo cedit veritati, vt
verbis vtar Gratiani à diuo Auguſtino de-
ſumptis *in c. veritate 4. diſtinctio.* 8. quod, & alijs
iuribus confirmat Fachineus, tum maxime;
quoniam ſecundum eum titulus vitioſus, &
iniuſtus malam fidem inducit, quæ in nulla
temporis parte ad præſcriptionem neceſ-
ſarij adeſſe debet *ex noſtro textu*.
202 Vnde ſuccedere inquit regulam iuris *ex-
preſſa nocere*, quæ tacita non obfuiſſent. *l. ſi quis
Sempronium.* 67. *ff. de hæredib. inſtituend. l. nonnun-
quam* 51. *ff de conditionib. & demonſtrationibus. l.
actus legitimi.* 78. *l. expreſſa* 156. *cum ſimilib. ff. de
regul. iur.* argumentiſque Mencha. affatim re-
ſpondet.
203 Cuius tamen ſententiam in eo veram pu-
tarem, qui huius tituli vitioſi inſcius tem-
pore à legibus definito *pro hærede, pro emptore,
pro ſuo*, vel tempore longiſſimo ſine titulo ac-
ceſſione authoris non vtens rem præſcri-
ptam poſſedit, eòque tendit iudicio meo
conſulti conatus in *l.* 1. *ff. de vſucapionib. Bona
inquit publico introducta eſt vſucapio, ne rerum do-
minia in incerto ſint*, ac iuuat deciſio noſtra,
quæ malã ſolummodo fidem in poſſidente
tempore ad præſcriptionem legitimo ad cui-
tandum peccatum deteſtata eſt.
204 Quærit inſuper Fachine. *dicto lib.* 8. *c.* 34.
an mala fides reſpectu vnius impediat præ-
ſcriptionem reſpectu alterius? exemplum
proponit in Titio mihi bonæ fidei poſſeſſori
intra præſcriptionis limites litem mouente,
qui ſuccubuit, nunquid ex hac lite reſpectu
Caij, qui ſe dominum putat, mala fides in-
ducatur?
205 In qua quæſtione duplex à Fachineo ſen-
tentia recitatur altera alteri contraria, qua-
rum fundamentis relatis negatiuam præfert,
quoniam res inter alios acta alijs nec nocet,
nec prodeſt, *toto titul. C. res inter alios, l. ſæpe* 63.
cum mille ſimilib. ff. de re iudica. l. 20. *vbi* Grego.
Lop. *ſchol.* 4. *&* 8. *titul.* 22. *part.* 3. nec ex litis
206 conteſtatione victoria poſtea conſecuta in-
ducta eſt mala fides, ſed vacillatio quædam,
ſeu dubitatio. *l nemo* 10. *C. de acquiren. poſſ. ſio.*
Dubitatio autem poſt inchoatam præſcri-
ptionem orta eam non impedit, quoniam in
vſucapionibus veritas, *ex iuribus* à Fachineo
enunciatis, non opinionis error ſpectatur.
Hæc tamen fundamenta infirma reddi 207
videntur. Primo nam ex litis conteſtatione
præſcribens in mala fide ſimpliciter, & abſo-
lute loquendo conſtituitur *l. ſed & ſi lege.* 28.
§ ſi ante ff. de petitio. hæreditat. d. l. nemo, cuius ver-
ba recitat Fachine. *dicto c.* 34. *in princip.* Deinde
nam res hæc, vel mora lis obeſt ei, contra
quem inſtituitur.
Quare in præſenti effigie nullam malæ fi- 208
dei ſpeciem, imo, nec dubitationem, ſeu va-
cillationem adfuiſſe mallem, ſed bonam
vtique fidem, quamuis enim ex mota lite re-
ſpectu eam mouentis mala conſiderari poſ-
ſet, eò enim relata iura ſpectant, ceſſat ex li-
tis victoria, imo reſpectu veri domini nun- 209
quam bona deſijt, contra quam nihil conſti-
tit, ſed intacta potius, eoque firmior manſit,
cum dominis etiam veris in re ſua paſſim
quæſtio moueri ſoleat. Quod ſecus eſt,
dum anceps eſt litis euentus, vel actor vincit
reſpectu ipſius, contra quem tempus à lite
mota tranſactum ob malam fidem superue-
nientem imputari iura *ſuperius*, adducta ve-
tant.
Nec Fachineo conſentio *in fine capitis* vo- 210
lenti, vt hic poſſeſſoris ſtatus initium præſcri-
ptioni non tribuat, ad quod bona fides ſim-
pliciter ſumpta *ex præallu numero* 97. *&* 100.
deſideratur, cum hic ſecundum eum dubi-
tet, ac vacillet.
Ego namque poſſeſſorem hunc, rem ſuam
à ſe poſſideri ex inſtrumento emptionis te-
ſtamenti, vel ſimilis cuiuſlibet alterius tituli
exiſtimaſſe conſidero, & poſt victoriam ma-
gis ac magis in cogitatione ſua confirmatũ,
& ab hac quam fingit Fachineus, dubitatio-
ne alienum.
Niſi mauis, ne vlla dubitandi occaſio re- 211
linquatur, vt Fachinei ſententia obtineat, ex
quauis animi incertitudine initium præſcri-
ptionis iniri non poſſe, quæ ſecundum eum
in litis initio, vel ipſius proſecutione adeſſe
potuit, ſecus ſi à die victoriæ illud auſpice-
tur.
Quòd ſi ex hac litis conteſtatione poſſeſ- 212
ſor rem ſuam non eſſe ſciat, ſed alterius cu-
iuſdam, quem ignorat, præſcriptio retarda-
tur ex Fachineo *dicto c.* 34. *verſic. tertio extra di-
ctum exemplum*, cuius ſententia nedum in
propoſita ſpecie, ſed regulariter *ex textu noſtro*
vera eſt *l.* 1. *C. de præſcriptio. longi. tempor. l. penult.
titul.* 29. *part.* 3.
Sed an, quando, & quos fructus conſe- 213
quatur bonæ, vel malæ fidei poſſeſſor? late
diſcutit plures circa eos quæſtiones excitans

Z Fachin.

Fachin. *lib. controuerſiar. iur.* 1. *c.* 54. *cum quinque ſequentib. c.* 70. diſputans vtrum præſcriptione ſeu vſucapione acquiratur dominium etiam directum, vel vtile tantum? quam quæſtionem diſcurit etiam Parlador. *lib. rer. quotidianar.* 1. *c.* 1. §. 2. hanc interpretum vtilis, ac directi dominij differentiam impugnans *à num.* 5.

Diſputat deinde Fachineus *libr.* 8. *c.* 3. vtrum fiſcus, princeps, ciuitas, & Eccleſia Romana centum annorum præſcriptione gaudeant? *c.* 13. vtrum agenti remedio recuperandæ poſſeſſionis exceptio, præſcriptionis obijci poſſit? *c.* 22. quomodo ſeruitutes reales præſcribantur? quod etiam late proſequitur Parlador. *dicto c.* 1. §. 8. Quibus quæſtionibus Fachinei, adde aliam eiuſdem *dicto libr.* 8. *c.* 23. de præſcriptione meri, & mixti Imperij *c.* 24. iuris patronatus eccleſiaſtici præſcriptio ſit ne laicis conceſſa? atque *ex c.* 25. *ad* 35. alias meminit quæſtiones Fachine. *ſuperius diuerſis in locis* tactas.

Demum quæſtionem mouet *dicto libr.* 1. *c.* 69. vtrum aduerſus præſcriptionem maioribus viginti quinque annis in integrum reſtitutio ex capite iuſtæ, ac probabilis ignorantiæ competat? 214

In qua poſtquam adfirmatiuam ſententiam praxi admiſſam teſtetur, quam late, docte, ac vtiliter defendit dominus, atque auus meus Ioan. Matien. *in l.* 8. *ſchol.* 12. *à num.* 4. *titul.* 11. *lib.* 5. *recopilation.* Petr. Anton. Petra ſancta *de fideicommiſſ. queſtio.* 14. *à numero* 183. Fachineus tamen ipſe in puncto iuris ex rationibus, & fundamentis iudicio meo fortiſſimis contrarium verius exiſtimauit.

Quas omnes, & ſimiles quæſtiones, quæ ad bonæ, vel malæ fidei elucidationem præcipuo iure non attinet, tetigiſſe ſufficiat, vt *ex locis* à nobis *adnotatis* earum ſubſtantiam, & veritatem curioſus lector depromat; hiſque diſputationi noſtræ vltima imponatur manus.

Ex c.

Ex c. magna pietas. 5. de pœnitent. diſtinctio. 1.

S V M M A R I A.

1 *Concluſio ex ſerie textus elicitur.*

2 *Sine confeſsione nemo à peccato iuſtificatur.*

3 *Ad fructiferam pœnitentiam cordis contritio, oris confeſsio, in opere humilitas deſideratur.*

4 *Statim poſt peccatum confeſsionem inductam eſſe verumne ſit?*

5 *Confitendi norma à Iacobo Apoſtolo inſtituta non eſt.*

6 *Antiquorum Canoniſtarum ſententia reijcitur.*

7 *Confeſsio ſacramentalis à Deo, ſicut cætera Eccleſiæ ſacramenta inſtituta eſt.*

8 *Verbo filius Dei ſignificatur.*

9 *Sacerdos pro Deo, cuius vices gerit, beneficium abſolutionis impertitur.*

10 *Cum clericis pœnitentiæ ſacramenti iudicium ſit conceſſum, cauſa incognita exiſtere non poteſt.*

11 *In ſacra Scriptura nullum verbum ſuperfluum inuenitur.*

12 *Fruſtra lex conditor, niſi & miniſtri ſint, qui eam exequantur, & è conuerſo.*

13 *Verba cum effectu ſunt intelligenda.*

14 *Contritio ſola abſque confeſsione ad crimina remittenda ſufficit.*

15 *Contritionis proprius effectus eſt remiſsio.*

16 *Deo, qui cordium ſecreta nouit, implicitus in eis dolor eſt explicita pronunciatio.*

17 *Votum pro opere reputatur.*

18 *Contritione an peccata abſtergantur confeſſore tantum deficiente?*

19 *Contritionis effectus licet ſit maximus, via tamen tutior eſt confiteri.*

20 *Errores hæreticorum confeſsionem excludentium, vbi adeſt contritio damnantur.*

21 *Ex Tridentino Concilio remiſsio contritioni confitendi voto deſtituta non adſcribitur.*

22 *Promiſsionis verbo noſtro textui adiecto voluntas confitendi ſignificatur.*

23 *Ferrarienſis ſententia à patre Suarez impugnatur.*

24 *Ex Medina contrito etiam, qui confiteri non vult, peccata non remittuntur.*

25 *Quamuis votum pro opere reputetur, plus tamen prodeſt ad opus peruenire.*

26 *Baptiſmi, vel Euchariſtiæ ſuſceptio plus prodeſt, quam votum ea ſuſcipiendi.*

27 *Martyrij, aut confeſsionis votum ſæpe ad idem prodeſt, quod confeſsio ipſa, vel martyrium.*

28 *An confeſsione pœna condonetur, vt aliquid addat contritioni? remiſsiue.*

29 *Qui tempore ab Eccleſia ſtatuto non confitetur, lethaliter denuo peccat, licet ſibi contritus videatur.*

30 *Mortalis culpa reum prehabita etiam contritione ad euchariſtiam ſine confeſsione accedere temerarium eſt.*

31 *Contritio abſque confeſsione data confeſſoris copia ad delenda peccata ex Antonio non ſufficit.*

32 *Quamuis contritioni cum voto confitendi promiſſa ſit peccati remiſsio, confeſsionem tamen fieri opus eſſe defendunt aliqui.*

33 *Ad erubeſcentiam, & humilitatem propriam eſt inſtituta confeſsio.*

34 *Per nuntium, vel ſcriptum an & quando liceat confiteri.*

35 *Erubeſcentia ipſa eſt pars remiſsionis.*

36 *Materia ſacramenti pœnitentiæ eſt oris confeſsio.*

37 *P. Suarez negat, ex præcepto quemquam ad oris confeſsionem teneri, & Concilio Florentino reſpondet.*

38 *Patris Suarez ſententia impugnatur.*

39 *Leges priores ad poſteriores intelligendas, & è conuerſo adducuntur.*

40 *Redacta in ſcriptis confeſsio amitti poteſt, & ſecretum illius inuito confitente patere, quod eſt indignum.*

41 *C. qualis 4. 30. quæſt. 5. in fine intellectus.*

42 *Adulterij pœnitentia vitium ingratitudinis delet.*

43 *Scribebantur peccata eorum, qui publicam pœnitentiam agebant.*

44 *Pœnitens parum memoriæ fidens peccata ſcribere poteſt, & ea legens voce propria confiteri.*

45 *Diuturna Eccleſiæ conſuetudo pro lege ſeruanda eſt.*

46 *Nullum inuenitur diuinum præceptum ore confitendi, niſi ad id referatur, Iſai. c. 23.*

47 *Eccleſiæ more, ac præcepto oris confeſsio inſtituta eſt.*

48 *Ad remittenda peccata neceſſaria eſt oris confeſsio habita Confeſſoris copia.*

49 *Chryſoſtomi authoritatem, vt intra ſe quiſquam de peccatis doleat, P. Suar. intelligit.*

50 *Patris Suarez intellectus non admittitur.*

51 *Oportet ex Chryſoſtomo, vt peccati conſcius, quam primum poſsit ſtatum damnationis egrediatur.*

52 *Neceſsitas confeſsionis ab Auguſtino deſcribitur.*

53 Cauilonenſis Concilii decretum de modo confitendi quomodo ſit accipiendum?

54 Delicti occulti publica confeſſio neceſſaria non eſt.

55 Chryſoſtomi authoritas ſoli Deo confitendum ſacerdotem Dei vicarium non excludit.

56 Præceptum confitendi ſolum obligat temporibus ab Eccleſia definitis.

57 Quanto quis frequentius fatetur, tanto plus Deum diliget.

58 Clauium miniſtri ſunt ſacerdotes, qui vero hanc eis poteſtatem negat hæreſis labe notatur.

59 Peccata remitti poſſunt ex pœnitentia ſacramento in re, vel in voto.

60 Veræ conuerſioni in Deum promiſſa eſt peccati remiſſio, nam voluntas pro opere reputatur.

61 Medinæ ſententia ex verbis Concilii Tridentini reiicitur.

62 Ad intelligendum Concilii locum emptionis exemplum proponitur.

63 Prædio emptori tradito in ordine ad ſolutionem vera eſt venditio, ex ſolutione tamen completur.

64 Contritioni cum voto confitendi promiſſa remiſſio eſt, completur ex confeſſione prior iuſtificatio.

65 Reiicitur ſententia volentium, remiſſionem contrito cum voto confitendi ſub conditione ſacramenti ſuſcipiendi conceſſam.

66 Contritione cum voto confitendi vera fit remiſſio ex Concilio Tridentino.

67 In homine iuſtificato damnationis nihil manet.

68 Si poſt contritionem ad remiſſionem confeſſio, vt conditio deſideraretur, eamdem vim haberet attritio.

69 Differentia contritionis ab attritione ex Concilio Tridentino.

70 Cauſa proponitur, ob quam mortalis culpæ conſcius ante Euchariſtiam debet confiteri.

71 Præcepto Eccleſiæ iubemur certis annis temporibus confiteri.

72 Gratiani, Medinæ, & aliorum ſententia quando locum habeat?

73 Vitium Typographi detegitur.

74 Ad confeſſionem attritio prodeſt.

75 Contritio cum voto confitendi ad peccata delenda ſufficit.

76 Non remittuntur peccata ei, qui etiam contritus tempore ab Eccleſia definito non fatetur.

77 Duobus modis peccata remittuntur, contritione, & confeſſione.

78 Pœnitentia duplex eſt, virtus, & ſacramentum, & vtriuſque effectus.

79 Ex Nauarro & Suarez lachrymis eſt lauandum delictum, quod ore pudor eſt confiteri.

80 Verbo ſatisfactionem in Petri lachrymis quid ſignificetur?

81 Petrus peccatum ſuum non excuſauit, & confitendi votum habuit.

82 Sanctorum doctrina contritioni promiſſam eſſe remiſſionem intelligitur.

BEATVS

BEATVS AVGVSTINVS PSALMO XXXI. EX GRATIANO. EX MAGISTRO AVTEM SENTENTIAR. ET LYRA IN D. PSALM. XXXI. CASSIODORVS. ET B. AVGVSTINVS SIMVL.

MAgna pietas Dei, vt ad ſolam promiſsionem peccata dimiſerit; nondum peccator pronunciat ore, & iam Deus audit in corde; quia ipſum dicere, quaſi quoddam pronunciare eſt, votum enim pro opere reputatur.

QVæ littera, vt eius ſententia percipiatur longiori facti effigie, aut diuiſione non indiget, ex qua ſequens concluſio diſputanda colligitur.

CONCLVSIO:

1 *Contritione cum voto confitendi peccata remittuntur, verum vocali confeſſione temporibus ſaltem ab Eccleſia ſtatutis ſub noua reatus mortalis pœna opus eſt.*

2 Contra euius concluſionis primum membrum pro dubitandi ratione primo ſic argumentor. Non poteſt quiſquam iuſtificari à peccato, niſi prius fuerit peccatum confeſſus. *c.non poteſt.* 38. *infra hac diſtinctio.* ex B.Ambroſ. *lib.de paradiſo.c.* 14.

Cui propoſitioni non parum ſuffragatur Iſaias *c.* 23. *Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris:* teſte eodem D. Ambroſ. *ſermon.*1. *Quadrageſima*, quaſi omnino ſit aperta confeſſione opus, vt peccata remittantur. *c.Ecce nunc tempus* 39. *infra eadem diſtinctio.* male igitur *in præſenti concluſione* adſeritur contritionem ſolam ad peccata remittenda ſufficere.

3 Secundo aduerſus eamdem concluſionis partem obijcio, ad fructiferam pœnitentiam teſte Chryſoſtomo *homil. de pœniten. qua incipit Prouida mente*, cordis contritionem, in ore confeſſionem, in opere totam humilitatem deſiderari. *c.perfecta* 40. *infra hac diſtinction. c. perfecta* 8. *de pœniten.diſtinctio.*3 Ceu velit Chryſoſtomus ad peccata remittenda confeſſionem requiri. Quod exprimit ex Gratiano in *c.non poteſt* 41. *infra hac diſtinctio. Non poteſt*, inquit, *quis gratiam doni cœleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per pœnitentiæ confeſſionem.* Qua igitur ratione contrito peccata remittentur, niſi & confeſſio ſecuta ſit, quæ ad peccata delenda virtute clauium *ex latius in ſequenti argumento adnotandis* neceſſaria eſt.

Tertio non minus contra prædictam con- 4
cluſionem vrget, iure diuino oris confeſſionem inductam eſſe. Quod aliqui probari exiſtimant *Geneſ.*2. vbi poſt patratum peccatum veniens ad Adam dominus, quærebat eum, vbi eſſet interrogans, non alia de cauſa, quam vt peccatum proprium Adamus aperiret. Quod & accidit cum Cain, quem Dominus interrogauit, vbi eſt frater tuus Abel? non quia locum vbi eſſet, ignoraret; Deo enim omnia patebant, patent, & patebunt, ſed vt Cain peccatum ſuum confiteretur.

In quam interpretationem aliqui ex antiquis ſcriptoribus conſenſerunt teſte Bernar. *in princip.huius diſtinction.* Quorum tamen opinio vera non habetur, vt ex ea inferri ad noſtram quæſtionem poſſit ex ijs quæ Bernard. *in præſenti* notat, & latius Ioan.Medi. *in Codice de pœnitent.tractat.*2. *de confeſſio. quæſt.*1. *in princip.* quæ ſciens omitto.

Nec refert confitendi normam ſecun- 5
dum aliquos à Ioſue, vel Iacobo Apoſtolo

inſtitutam fuiſſe *iuxta c. 5. ſua canonica Confite-
mini alterutrum peccata veſtra:* Sacramenta
enim nouæ legis, inter quæ pœnitentia nu-
meratur à Chriſto Domino inſtitota, velut
notum edocet poſt alios Nauar. *in manua. con-
feſſor. c. 2. de conf ſſio. ſacramenta. nu. 3.* Martin.
Alphonſ. Viual. *in ſuo candelab. aureo. 1. parte de
confeſſ. num. 3.*

6 Quare rectius ſentientes diuum Iacobum
praadductis verbis pœnitentiæ ſacramentum
promulgaſſe adfirmant teſte Medina *vbi ſu-
pra*, qui contrariam ſententiam euertit, ſicut
& illam, quam immerito antiqui Canoniſtæ
communi ferme omnium ſuffragio admiſe-
rant, cui cauſam dedit Bernard. *vbi ſupra*,
præceptum ſcilicet confitendi non imme-
diate à Deo, ſed ab Eccleſia, eiuſque principi-
bus apoſtolis emanaſſe.

7 Quamobrem ipſe Medina veriorem ſe-
cutus eſt ſententiam à priſcis, & recentibus
Theologis indiſtincte admiſſam, confeſſio-
nem ſcilicet ſacramentalem ab ipſo Deo, ſi-
cut & reliqua gratiæ ſacramenta, inſtitutam
eſſe, ſuam opinionem probans Ioan. cap. 20.
*Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis pec-
cata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, re-
tenta ſunt.* Quod idem probatur *Matth. 5. cap.*
atque indicant B. Ambroſij verba *libr. 2. de
Cain & Abel c. 4.* quæ recitat Gratian. *in c. ver-
8 bum 51. infra hac diſtinctio. Verbum*, inquit, *Dei
dimittit peccata, ſacerdos eſt iudex*, vbi Beroard.
verbum filium Dei nominat, ſicut enim ver-
bo interior loquentis voluntas oſtenditur,
ita in filio voluntas patris *argumento textus in
c. is autem 4. 22. qu. 2.* idque clarius ex Iuannis
euangelio *In princip.* conſtat.

9 Si Deus dimittit, ſacerdos autem ab ipſo
Deo, vt nudus miniſter conſtituitur, nulla
poteſtate propria, ſed Dei, cuius vicem gerit,
abſolutionis beneficium impertiens. *c. aliud
39. de conſecratio. diſtinctio. 4. dicto c. Is autem*,
Concil. Tridentin. ſeſſio. 14. c. 6. verſicul. quamuis.
Oris igitur confeſſio à Deo immediate inſti-
tuta fuit.

10 Quod clarius hodie idem Trident. in *dicta
ſeſſion. 14. c. 5.* his & alijs rationibus compro-
bat, quarum potiſſima mihi videtur, quòd
cum ſacerdotibus hoc ſit iudicium verbo
Dei commiſſum, cauſa incognita exiſtere
non poteſt. Ob quam hæc poteſtas à do-
mino tradita inanis videretur, ſi cordis con-
tritio abſque oris confeſſione ad peccata de-
lenda ſufficeret.

11 Quod ſane abſurdum videtur tam di-
uino, quam humano iure: diuino ſiqui-
dem in ſacra ſcriptura nullum ſuperuaca-
neum verbum inueniri poteſt. Quocirca,
niſi ad remiſſiooem peccatorum oris omni-
no confeſſione opus eſſet, iudicium hoc
confitendi Apoſtolis, & eorum ſucceſſori-
bus Deus non conceſſiſſet.

Humano, ſicut enim fruſtra lex condi- 12
tur, niſi, & miniſtri adſignentur, qui eam
exequantur *l. 2. §. poſt originem, ff. de origi. iur.
c. vbi periculum, 3. §. præterea de electio. lib. 6. c. vni.
de ſtatu regular. eod. lib. l. 15. titul. 1. part. 1.* ita è
conuerſo adſignatis miniſtris iuriſdictionem
omniaque ad eam exercendam neceſſaria 13
concedi oportuit. *l. 2. cum ſimilib. ff. de iuriſdi-
ctio. omn. iudicum*, vt verba cum effectu in-
telligantur, *c. relatum 4. de cleric. non reſidentib.
c. hac autem verba. 17. infra hac diſtinctio l. 1. §.
hac autem verba, cum alijs eiuſmodi, & vbi vbique
notatis, ff. quod quiſque iur.* Quamobrem
concluſio noſtra io prima ipſius parte
non ſatis tuta videtur, cum *ex prædictis*
ad mortalia peccata delenda quotiens
his homo infectus ſit confeſſio deſide-
retur. *c. adhuc inſtant. 32. de pœniten. diſtin-
ctio. 3.*

Quarto aduerſus vltimam concluſio- 14
nis partem, qua defenditur data confeſſo-
ris copia ſub pœna mortalis peccati omnino
requiri, vt ſtatutis ab Eccleſia temporibus
ore crimina aperiantur, quantumcumque
pœnitens ſibi contritus videatur oppono
text. *in c. 1. 2. 3. & 4. hac diſtinctio. ſupra*, vbi
Ambroſij dicta referuntur, probantis, con-
tritionem ſolam abſque confeſſione ad re-
miſſionem criminum ſufficere. *Petrus*, in-
quit, *doluit, & fleuit, quia errauit, vt homo, non
inuenio quid dixerit, inuenio, quòd fleuerit, lachry-
mas eius lego, ſatisfactionem non lego.* Quocirca
ait ipſe Ambroſius, *lachryma lauent delictum,
quod voce pudor eſt confiteri.* Quæ iura recte in
hunc ſenſum *in eorum expoſitione* Nauarrus in-
tellexit.

Contritio igitur quocumque tempore 15
habita peccatorum omnium remiſſionem
abſque alio adminiculo operabitur. *Sacri-
ficium enim* (Rex Propheta Pſalm. 50. inquit)
Deo ſpiritus contribulatus, & in Pſalm. 31. *Dixi,
confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino,
& tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Quæ ver-
ba exponens Augoſtinus *hoc in capite*, inquit,
*Magna pietas Dei, vt ad ſolam promiſſionem pecca-
ta dimiſerit.* Ergo dummodo contritio adſit
omitti ſemper confeſſio poſſe videtur.

Quod in diua Magdalena clare conſpici-
tur Lucæ 7. *Remiſſa ſunt*, ait, *illi peccata multa,
quoniam dilexit multum*, dilectione ſcilicet,
qua ſua fuit crimina deteſtata, quaſi proprius
contritionis effectus ſit remiſſio ex commu-
ni Theologorum omnium concluſiooe.
Quam negare in ſenſu proprio erroneum eſ-
ſe contendit Fr. Dominicus Sot. *in 4. diſtin-
ctio. 15.*

ctio. 15. quæſtion. 1. articul. 6. parum ante med. & in ſacro Tridentino Concilio definita inuenitur *ſeſſio. 6. c. 14 ſeſſio. 14. c. 4.* vt vtrumque probat Pater Franciſcus Suarez *diſputatio. 17. de neceſſitat. ſacrament. pœniten. ſectio. 3.* concluſio igitur hac in parte deficere videtur, dum confeſſionem præter contritionem ad peccata remittenda neceſſariam eſſe adfirmat.

16 Sed his non obſtantibus concluſio noſtra veriſſima eſt, cuius decidendi rationem Auguſtinus ipſe nobis adſignat, ideo Dei pietatem laudans, *quia ad ſolam promiſſionem peccata dimittit, & cum nondum adhuc peccata ſua peccator ore pronunciet, iam ipſe audit in corde.* Quoniam videlicet cum Deus cordium intima ſecreta norit, implicitus in corde de peccatis dolor quædam eſt explicita pronunciatio.

Vnde ſi perfecta pœnitentia eſt, quæ in cordis contritione, & oris confeſſione conſiſtit. *c. perfecta 40. infra hac diſtinctio. c. perfecta. 8. de pœniten. diſtinctio. 3.* pœnitere in corde quoad Deum, idem profecto, quod vocalis confeſſio operabitur. Deus enim ad cor reſpicit, vt verbis vtar Gratiani id ſacræ ſcripturæ locis & ſanctorum authoritatibus comprobantis *in c. 1. verſicul. vnde patet de pœnitent. diſtinctio. 6.* Quamobrem *contritum cor, atque humiliatum Deus non deſpiciet, Pſalm. 50.*

17 Confirmat autem D. Auguſtinus prædictam rationem alia vehementiore, *votum enim*, inquit, *pro opere reputatur dicto c. 1. de pœniten. diſtinctio. 6. c. quod Deo. 3. 33. quæſtion. 5.* Quæ quidem certa eſt, & communis concluſio à theologis, & canoniſtis catholicis vno omnium conſenſu adprobata teſte Nauarro *in manuali confeſſor. c. 1. de contritio. numero 24.* Quam tamen quidam ex illis limitandam cenſent, alij indiſtincte amplectuntur.

18 Prima eſt opinio dicentium, rationem hanc, & ab ea manantem deciſionem intelligendam eſſe vbi tempus operandi defuerit, ita ſenſit Bernard. *hic verb. pro opere, & verb. reputatur*, etenim ſi confeſſoris copia haberi potuit, cum *ex prædictis in tertio argumento* conſtiterit, iure diuino vocalem confeſſionem, ad quam votum in contritione habitum refertur inſtitutam fuiſſe, non ſane prius peccata remitti cenſuerunt, quam ore confeſſio facta ſit. *c. quis aliquando 87. §. votum pro opere infra hac diſtinctio.* Medina *in Cod. de pœnitent. tract. 2. de confeſſio. quæſt. 4.*

19 Quamuis enim intenſus propter Deum dolor quæ perfecta ex Theologis, & Canoniſtis contritio eſt, peccatorum remiſſionem efficiat, ex his, quæ alios adferens erudite notat Martin. Alphonſ. Viuald. *in ſuo candelab. aureo. 1. part. de contritio. numero 24.* Ledeſma *in ſumma tomo 1. de pœnitent. c. 6. concluſio. 11.* via tamen tutior ac certior eſt, & ab Eccleſia certis ſaltem temporibus ſub pœna reatus mortalis ſtatuta peccata ſacerdoti confiteri *c. omnis vtriuſque ſexus 12.* vbi late Bernard. & interpretes *de pœnitent. & remiſſionib. l. regia 5.* vbi nos latius *titul. 1. lib. 1. recopilation.* poſt alios Nauarr. *in manua. confeſſo. c. 2. de confeſſio. ſacramenta. num. 9. ac* 10. recte Viuald. *vbi ſupra de confeſſio.* tempora neceſſariæ confeſſionis diſtincte deſcribens *numero 12. 13. 16. & 17.* Non enim adeo notum eſſe homini poteſt, cor ſibi ſatis contritum eſſe, prout ex Scoto tenuit Medina *dicto tractat. 2. de confeſſio. in quæſtione vtrum obligatio confitendi ſit inducta iure diuino?* ex alijs Viuald. *de confeſſ. num. 5. & 6.* Ledeſma *in ſumma tomo 1. de pœniten. c. 8.*

Quod ſane ſecundum Medinam Conſtantienſe Cócilium expreſſe decidit *ſeſſio. 8. & 15.* in quo ex eo damnatus fuit Ioannes Hus, qui adſeruit intrinſecum cordis dolorem contritioni neceſſarium vocali confeſſione pœnitus excluſa, ad peccata delenda ſufficere, eademque ratione *in extrauaganti quadam* à Sixto quarto Petrus Oxomenſis damnatus eſt teſte patre Domini Soto *in 4. diſtinctio. 18. quæſt. 2. artic. 6. verſicul. de hac re iam.* 20

Quorum errores clarius impugnat ſacroſanctum Concil. Tridentinum *ſeſſion. 14. c. 5.* ſacramentalem confeſſionem omnibus poſt baptiſmum lapſis neceſſarium eſſe adfirmans, cum prius *in præceden. c. 4.* hæc verba protulerit. *Docet præterea, & ſi contritionem aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare, priuſquam hoc ſacramentum actu ſuſcipiatur, ipſam nihilominus reconciliationem ipſi contritioni ſine ſacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam,* quaſi contritio ſine voto confitendi reconciliationem non inducat. 21

Quod ante Concilium iudicio meo aperte indicant Auguſtini verba noſtro textui adſcripta, *vt ad ſolam promiſſionem peccata dimiſerit*, ſi attente conſiderentur. Quod verbum *promiſſionem* iuſte *ibi* Bernardus interpretatur, id eſt confitendi voluntatem, quia ſecundum Auguſtinum non ſoli contritioni per ſe, quæ cum ſacramentum in actu non ſuſcipitur, ſemper requiritur. Vt peccata deleantur, ſed adiutæ cum voto confitendi, quod in illa includitur, remiſſio adſcribitur. 22

Imo idem videtur ſcripturæ locus, quem his verbis Auguſtinus interpretatur

præ ſe ferre. Dixi, *confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*, quaſi Rex propheta remiſſam ſibi impietatem peccati ſui ideo fateatur, quia ipſe dolore cordis actus dixit, *confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino*, cum tamen eo tempore ſacramentalis non fuiſſet inſtituta confeſſio teſte ex alijs Nauarro *in manu. confeſſor. dicto c. 1. de contritio. n. 24.* Viuald. *in ſuo candelab. aureo 1. part. de confeſſio. num. 5. ad finem.*

23 Quare Ferrarien. *contra gentes lib. 4. c. 72.* adſerit virtute huius ſacramenti, & per votum eius contritionem, vel auxilium ad ipſam imo & remiſſionem concedi, cuius ſententia ex ijs, quæ in ſpecie poſt alios adnotat Viuald. *dicta 1. part. de contritio, numero 15 ac 18.* Ledeſma *in ſumma 1 part. de pœnitent. c. 6. colum. 3. verſic. paſſemos adelante a declarar.* Fr. Ludouic. Sancti Ioan. Euangeliſtæ *in ſumma tomo 1. de pœnitent. quæſtion. 3. articul. 2. dub. 1. difficulta. 1. concluſio. 3.* & *ſupra* traditis adiuuari videtur. licet à parte Suarez *diſputatio. 17. de neceſſita. ſacramen. pœnitentiæ ſectio. 3. quæſt. 2* ſuperior Ferrarienſis illatio iuſtis de cauſis impugnetur.

24 Quo fit, vt habita copia confeſſoris vir quantumcumque contritus, ipſi peccata ſua iuxta Dei præceptum pandere nolens, Deo vere reconciliatus non ſit, maneat etiam nouo crimini mortali obnoxius ſecundum Medin. *in dicto tractat. de confeſſion. quæſtione de obligatione confitendi ſub nou. peccati pœna.*

25 Vnde recte D. Ambroſi. docet *non poſſe quemquam à peccato iuſtificari, niſi prius fuerit peccatum confeſſus, c. non poteſt, 38. & 41. infra hac diſtinctio.* Quamuis enim votum pro opere reputetur, tamen in quibuſdam caſibus ſecundum Bernard. *in præſen. verb. pronunciare*, plus prodeſt ad factum peruenire.
26 te. Verbi gratia in Baptiſmo, cuius executio, inquit ipſe longe melior eſt quacumque cordis contritione etiam vehementiſſima. Quod in eucharistia ob eamdem rationem obtinere ait, eam enim digne ſumenti peccata venialia remittuntur, quæ nullo modo ex voto euchariſtiæ ſuſcipiendæ delebuntur.
27 Idemque in martyrio ſenſit, licet ſtatim *in verb. reputetur*, dicat, in hoc rem aliter ſe habere, quia martyrij votum, quod ad libitum ſuſcipi non poteſt, cum ex alterius etiam voluntate pendeat, ſæpe ad idem prodeſt, quod martyrium ipſum. Atque idem tempore ab Eccleſia ſtatuto non exiſtente in pœnitentiæ ſacramento procedere cenſet, cum ex deſiderio ipſius erubeſcentiam à pœnitente haberi velit, quæ pars eſt huius ſacramenti, *c. quem pœnitet. 88. infra hac diſtinctio. l. 30. ti. 4. part. 1.* Quod tamen in hac ſpecie ſecus eſt.

Quamuis autem in hoc vltimo puncto 28
quæſtio illa ſatis controuerſa diſputari poſſet, vtrum confeſſione pœna condonetur? vt aliquid addat contritioni, tamen quia nec illa, nec alia exempla à Bernardo tradita *textus noſtri* explicationi neceſſaria mihi viſa ſunt, ideo amplius in illis examinandis non immorabor, vt ad proprium ipſius materiam diſputandam me totum conferam.

In ſpecie itaque noſtra habita confiten- 29
di facultate læthaliter denuo peccat, qui tempore ſibi ab Eccleſia præfinito non confitetur, quantumcumque antea contritus extiterit, vel tunc, ſi poteſt abſque vocali confeſſione, conteri, conteratur *c. omnis vtriuſque ſexus 12.* vbi late Bernard. & interpretes omnes *de pœnitent. & remiſſionib. l. 14. tit. 14. part. 1.* Quod nos latius *iuribus & interpretibus in l. 5. verb. la ſancta madre ygleſia, tit. 1. lib. 1. recopilation.* confirmauimus.

Imo ſola præhabita contritione morta- 30
lis culpæ reum ad ſacroſanctum euchariſtiæ Sacramentum accedere temerarium eſt illudque adſcribere hæreſi proximum, maxime hodie poſt concilium Tridentinum, quo præfata opinio tanquam ſuperſtitioſa damnatur *ſeſſio 13. Cano. 11. ſtatuit*, inquit, *atque declarat ipſa Sancta Synodus, illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris neceſſario præmittendam eſſe confeſſionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter adſerere, ſeu etiam publice diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat.* Idque omnes de pœnitentia, vel euchariſtia tractantes indifferenter adfirmant teſte Belarmin. *3. tomo de ſumptio. euchariſt.* Syluest. *in ſumma verb. confeſſio. 1. in quæſtio. 2. verſic. Primum, ſi habet communicare.* Couarru. *in c. alma mater. 24. 1. part. §. 1. verſic. eamdem opinionem de ſentent. excommunicat. lib 6.*

Imo ſecundum Anton. Butr. *in dicto c. om-* 31
nis vtriuſque ſexus numero 53. contritio abſque confeſſione ad peccata delenda non prodeſt, vbi peccator habuit ad confitendum tempus. *c. quis aliquando. 81. §. votum pro opere infra hac diſtinctio. l. 5.* vbi nos ex alijs *verb. pudiendolo hacer tit. 1. lib. 1. recopilation.* Medina *in Codice de pœniten. tractat. 2. de confeſſio. quæ. quæſtion. 4.* & alij Theologi, & Canoniſtæ, quos adducunt Didac. Perez. *in l. 8. tit. 1. lib. 1. ordinamen.* Azebed. *in dicta l. 5. tit. 1. lib. 1. recopilation.*

Nam

32 Nam & ſi veræ conuerſioni in Deum promiſſa ſit peccati remiſſio, & propoſitum ſuſcipiendi Sacramenti ſufficiat, ſi ſtatim illud adhiberi nequeat, quia apud Deum voluntas pro facto reputatur *ex textu noſtro, & ſimilibus.* teſte Suarez *in dicta ſectio. 3. verſicul. vera reſponſio*, Viuald. vtramque adſumptionem ex alijs comprobante *in ſuo candelab. aureo.1. parte de contritio. numero* 15.18. *&* 24. Ledeſma *in ſumma.1. parte de pœniten. capit. 6. colum. 3.verſicul. paſſemos adelante. & conclusio.* 11. Fr. Ludouic. Sancti Ioan. euangeliſtæ *in ſumma tomo 1.de pœniten. quæſtio. 3. articul. 2. dub. 1.difficulta.1.concluſio. 3.* copia tamen confeſſoris data confeſſio deſideratur, vt perfecta pœnitentia ſit, quæ hoc nomine donari, hoc iure cenſeri non debet niſi oris confeſſio, in opere tota humilitas oſtendatur, *dicto c. perfecta.40. infra hac diſtinctio. c. perfecta. 8. diſtinctio. 3.*

33 Illud autem eſt notiſſimum, ad erubeſcentiam, & humilitatem propriam confeſſionem inſtitutam, vt qui peccare non eſt veritus, plagam ſuam ſacerdoti. Dei vicario patefaciens erubeſcat. *c.quem pœnitet.88.infra hac quæſt.*

34 Quare *in eo textu*, qui à Gratiano Auguſtino adſcribitur *in lib. de vera, & falſa pœniten. capit.* 10. adeo neceſſariam eſſe oris confeſſionem decidit, vt corporali omnino præſentia peccata confitenda ſint, *non per nuntium, vel ſcriptum manifeſtanda*, vt qui per ſe peccarunt, per ſeipſos erubeſcant. *Erubeſcentia* enim ipſa inquit Auguſtinus,
35 *partem habet remiſſionis.* quem textum ita intelligit ex Aretino, & alijs eius deciſionem ſimpliciter amplexus Didac. Couarru. *lib. variar. 2. capit. 13. numero 6. verſicul hinc obiter*, Azebed. alios adferens *in l. 5. numero 8. titul. 1 lib. 1. recopilation.* Alphonſ Viuald. *in ſuo candelab. aureo. 1. parte de confeſſio. numero 22. verſicul. nota verecunda*, dummodo per ipſum confitentem non ſteterit, puta, quia mutus eſt, loqui non valens in arctis carceribus detentus, omnique hominum communicatione priuatus, cuiuſmodi exempla ex alijs recenſet idem Viuald. *de confeſſio. n.23. & 24.*

36 Quæ quidem propoſitio in Florentino concilio adprobata eſt in Eugenij decreto ſacramenti huius materiam oris confeſſionem eſſe adſerentis, quam veluti communem ſecutus eſt B. Thom. *in quodlibeto.1.art.10.cum* multis alijs, quos refert P. Franciſc Suarez *diſputat. 21. de confeſſio. ſectio. 3. quæſt. an ex præcepto teneatur pœnitens propria voce confiteri?*

Qui tamen ab ea *ibidem* diſſentit, negans ex præcepto pœnitentem ad id teneri, tum, quia licet concilium Florentinum oris confeſſionem appellauerit, illud tamen vulgari nomine vſum adſerit, ſumpto ab eo, quod frequentius accidit. *l. nam ad ea. 5. cum ſimilibus ff. de legibus.* ſuamque ſententiam ex tridentinó concilio confirmat, in quo ſecundum eum ad omnem dubitationem tollendam particula *oris omiſſa fuit.* 37

Deinde, quia nullum inquit inueniri diuinum præceptum, quo teneatur pœnitens voce propria ſuum accuſare delictum, nec ex traditione de huiuſmodi præcepto conſtat. Quod ſecundum eum ex ſola confeſſionis inſtitutione non ſatis colligi poteſt. Quam enim Auguſtin. *citato loco* ore proprio factam confeſſionem magis ſatisfactoriam eſſe ſentiat, præterquam quod hoc modo clarius, quam alijs quibuſcumque ſignis, nutibus, aut ſcriptis aperiantur peccata. Nihilominus tamen ex inſtitutione ſola ſimpliciter, & abſolute ſumpta non ſatis ex eo probatur hunc modum confeſſionis ſub præcepti obligationem cadere, quoniam ſignis etiam, vel ſcriptis ſufficiens dari poteſt notitia confeſſori. Quod ſolummodo requiri contendit, vt iuriſdictionem ſibi à Deo demandatam cognita cauſa ſacerdos exerceat. Quibus, & alijs rationibus contrariam ſententiam euertere conatur.

Quæ tamen, niſi fallor, aduerſus ipſum admittenda eſt, ſi quidem erubeſcentia, quæ teſte Auguſtino partem habet remiſſionis, ſi vera eſſet ab eo deſenſa, impeditur, quando pœnitens ore proprio peccata non confitetur, quæ impudens committit. Quocirca pro hac ſententia Clementis octaui diploma contrariam etiam in diſputationibus vetans recenſet eius iuſtitiam comprobans. Fr. Emanuel Roderic. *in ſumma. capit. 8. fr.* Ludouic. Sancti Ioan. Euangeliſtæ *in ſumma tom. 1. de pœnitentia quæſt. 3. articul. 6. dubio.* 1. idem *quæſtio. 5. articul. 8. dub. 1 difficultat.6.* 38

Cui veriſſimæ reſolutioni non obeſt in concilio tridentino particulam *oris* omiſſam fuiſſe, lex enim antiqua in Florentino expreſſa ad interpretationem Tridentini, adduci debet. *l. non eſt nouum. 26. cum duabus ſequentibus, & ſimilibus. ff. de legib.* 39

Præſertim, quia redacta in ſcriptis confeſſio amitti poteſt, & per conſequens illius ſecretum inuito pœnitente alijs pate- 40

re. Quod quam ſit indignum ſaris huius ſententiæ adſertores indicant teſte Alphonſo Viual. *in ſuo candelabro aureo.* 1. *parte de confeſsio. numero* 22. *verſicul. vndecimo ſecreta.*

41 Quibus non eſt aduerſa deciſio textus *in c. qualis.* 4. *in fine* ibi, *& pœnitentia illius per ſcripturam recipienda* 30. *quæſtio.* 5. Quoniam licet *ex eo textu* Scotus ſufficere adſerat, ſi ſacerdos legat, pœnitens vero ſingulis peccatis ea ſe commiſiſſe dicat, quæ videtur æquior, quam prædicti Suarez opinio.

42 Tamen, prout rectius perpeodit Fr. Dominic. Sot. *in* 4. *ſententiar. diſtinctio.* 18. *quæſtio.* 2. *articul.* 6. *prope finem*, pœnitentia *in eo textu* pro confeſſione non accipitur, ſed eius ſenſus eſt, vt adultera à viro ſeparetur vel dimittatur. cuius tamen pœnitentia quæ vitium ingratitudinis delet teſte Coſta, & alijs quos ſecutus refert Azebed. *in l.* 10. *n.* 11. *titul.* 8 *lib.* 5. *recopilation.* ſi per ſcripturam conſtitent, recipiatur.

43 Scribebantur enim peccata eorum, qui publicam pœnitentiam agebant ex D. Leonis ſummi totius Eccleſiæ præſulis Epiſtola. 78. *alias.* 80. à Gratiano relata. *in c. quamuis.* 89. *hac ead. diſtinctio. infra.*

44 Cui expoſitioni videtur conſentire Couarru. *dicto lib.* 2. *variar. capit.* 13. *dicto numero* 6. adſerens tamen poſſe pœnitentem, qui parum memoriæ fidit, peccata in ſcriptis redigere, & ea legendo voce propria confiteri, cui expreſſim conſenſerat Sotus *vbi ſupra* ſaucius eſſe aduertens, vt legens poſt inſpectam papirum ore ſingula peccata confiteatur, ne, dum legit, erubeſcentia neceſſaria priuetur legentis dumtaxat, non pœnitentis officium præſtans.

45 Qua de cauſa Auguſtinus pronunciationem illam erubeſcentia comitatam dicit alios confitendi modos excludens, *non per nuntium, non per ſcriptum in dicto. c. quem pœnitet.* 88. *hac diſtinctio. infra*, cui conſonat. *l.* 3. *titul.* 4. *part.* 1. poſt alios Couarru. *dicto capit.* 13. *numero* 6. Azebed. *in dicta l.* 5. *numero* 8. *titul.* 1. *lib.* 1. *recopilation.* Viuald. *in ſuo candelab. aureo.* 1. *parte de confeſsio. numero* 23. *&* 24. Idque ita diuturna Eccleſiæ conſuetudo admiſit ex eodem Suarez quæ contraria lege deficiente, imo, & contra eam inducta ſeruanda eſt. *l. de quibus* 32. *ff. de legibus c. vltimo* cum *ſimilibus vtriuſque iuris deciſionibus de conſuetudi. l.* 6. *&* 7. *titul.* 2. *partit.* 1. Præcipue cum in concilio Florentino expreſſa ſit.

46 Non negauerim nullum à me inuentum diuinum præceptum, quo voce propria teneatur peccator crimen ſuum accuſare, niſi ad id probandum inducere libeat locum Iſaiæ *c.* 23. io propheria *dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris*, ceu prædixerit Iſaias confeſſionis neceſſitatem, & ex eo verbo, *dic*, oris induſtriam omoino deſideret.

Vtcumque tamen ſit, libeoter fatebor, ab Eccleſia modum hunc ore proprio confitendi, vel præcepto, vel conſuetudine ab ineunte Eccleſia cum ſummi Pontificis tolerantia inductum à B. Dionyſ. *Epiſto.* 8. *ad Demop.* Clemente primo *in epiſtol.* 1. *ad Iacob. & lib.* 8. *conſtitution. Apoſtolor. cap.* 8. multiſque alijs expreſſum eſſe, quorum plures refert Alphonſus Viuald. *in ſuo candelab. aureo.* 1. *parte de confeſsio. numer.* 7. traditione autem à domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum contendit. *numer.* 22. *verſicul. vndecima ſecreta.* Quorum alterum *ex præadductis iuribus* ſufficeret, vt modum hunc confitendi hodie maxime poſt Clementis octaui diploma *ſuperius num.* 38. adductum adimplere teneamur. 47

Vnde à fortiori colligitur ad remittenda peccata habita confeſſoris copia neceſſariam 48
eſſe poſt Baptiſmum lapſis ſacramentalem confeſſionem ex Concilio Tridenti. *dicta ſeſsio.* 14. *cap.* 5. *Ex inſtitutione*, inquit, *Sacramenti iam explicata vniuerſa Eccleſia ſemper intelligit inſtitutam eſſe à domino integram peccatorum confeſsionem, & omnibus poſt Baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere: quia dominus noſter Ieſus Chriſtus è terris adſcenſurus ad cælos ſacerdotes ſui ipſius vicarios reliquit, ad quos mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint, quò pro poteſtate clauium remiſsionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuncient. Conſtat enim ſacerdotes iudicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe.*

Quibus verbis à Chriſto peccatorum mortalium ſacerdotes iudices conſtitutos, iudiciumque illorum, & conſequenter pœnitentiæ ſacramentum ex vi eiuſdem inſtitutionis ad remiſſionem peccatorum neceſſarium eſſe conſtat ex communi omnium interpretum Chatholicorum ſchola, vt ſpeciali eorum allegatione non indigeam.

Nec veriſſimæ huic concluſioni oberit Chryſoſtomus *homil.* 2. *ſuper pſalmo.* 50. 49
in fine, *homil.* 8. *de pœniten. circa finem, homil.* 5. *de incomprehenſibi. Dei natu. prope fin. homil.* 21. 24. 40. *&* 41. *ad populum.* Quibus locis adſerit, ſalubrius eſſe conſilium, vt quiſquam intra ſe de peccatis occolte commiſis doleat, non vtique neceſſum habeat ea in publicum proferre.

Cui authoritati reſpondet P. Franciſc. Suar. *diſputatio. 17. de neceſsitat. Sacrament. pænitent. ſectio. 2. quaſtio. vltim. verſicul. ſecuuda expoſitio.* Quamuis in *praadductis locis* Chryſoſtomus de ſecreta confeſſione loquatur, non tamen negaſſe abſolutam confeſſionis neceſſitatem temporibus ſaltim ab Eccleſia præfixis, ſed non omnino, & ſemper in re ipſa ad iuſtificationem, & remiſſionem peccati confeſſionem adhibendam eſſe.

Cuius reſponſionis argumentum dicit verba eiuſdem Chryſoſtomi, quibus quotidianum examen conſcientiæ commendat, & vt ſtatim à peccati ſtatu fideles exire conentur, ad quod ait, ſecundum eum, non eſſe neceſſarium vbi facultas confitendi adfuerit, ſtatim confiteri.

50 Quæ reſponſio licet *ex infra dicendis* poſſet aliquatenus ſubſtineri, tanti tamen viri pace habita iudicio meo ſimpliciter vera non eſt, ſi quidem ex communi omnium ſententia propter factum Nectarij prædeceſſoris ſui de publica confeſſione Chryſoſtomus locutus eſt.

51 Deinde, quoniam vltima propoſitio, quam ipſe ex verbis Chryſoſtomi colligit ab ipſius mente aliena, imo & ipſi contraria videtur, ex cuius conſilio læthalis culpæ conſcium quam primum poſſit è ſtatu damnationis egredi oportet, cum & ipſi Chryſoſtomo conſtiterit, ad iuſtificationem requiri ſacramentalem confeſſionem, vel ſupremam ſaltem cum voto ſuo tempore confitendi charitatem; quæ ſane multo difficilior eſt, quam attritio, quam ſolam ſupernaturali charitate adiutam ex communi ſententia confeſſio ſubſecuta de attrito facit contritum teſte ex multis alijs Alphonſo Viualdo *in ſuo candelab. aureo. 1. parte de attritio. numer. 7. 8. & 9.* Fr. Emanuel. Rodriguez *in ſumma. capit. 127. maxime numer. 6.* Ledeſma *in ſumma toto cap. 7.* docte Fr. Ludouic. Sancti Ioan. Euangeliſtæ *in ſumma tom. 1. de pæniten quaſtio. 4. toto articul. 2.* ad idem prodeſſe docens *articul. 1. dub 2. difficultat. 2.* ſi peccator ſe non pœnitere, prout tenetur pœniteat: Deſtituta enim omnimodo Dei amore attritio informem redderet confeſſionem, nec ſaluiarem hunc operaretur effectum, quamuis ex Scoti, & aliorum ſententia ad gratiam diſponat ex præfatis ſcribentibus maxime dicto Fr. Ludouico *in dicta q. 4. art. 3. dub. 1. concluſ. 1. 2. & appendice.*

52 Fieret autem prædicti patris Suarez reſponſione admiſſa, vt mortalis peccati reus tarde, aut nunquam, vel demum non adeo frequenter à peccatorum ſordibus purgaretur. Quod à pia mente Chryſoſtomi alienum eſt, imo, & alteri illius authoritati aduerſum, quam Gratianus adfert *in c. non poteſt. 41. infra hac diſtinctio. Non poteſt,* inquit, *quis gratiam dom cæleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per pænitentia confeſsionem.*

Mihi autem quando non perſpicue adeo de hac veritate conſtaret, ſufficeret profecto Diui Auguſtini teſtimonium *lib. 50. homil. 49.* dicentis. *Agite pænitentiam qualis agitur in Eccleſia, nemo ſibi dicat, occulte ago, apud Deum ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt? qua ſolueritis in terra, erunt ſoluta, & in cœlo. Ergo ſine cauſa ſunt claues data Eccleſia Dei? Fruſtramus euangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti, promittimus, quod ille negat.* Qua igitur ratione Chryſoſtomus bonum hoc frequentium confeſſionem impediret? 52

Nec his officit Concilij Cauilonenſis deciſio. *Cano. 33. quidam enim,* inquit, *ſolummodo Deo confiteri debere dicunt peccata: quidam vero ſacerdotibus confitenda eſſe percenſent. Quod vtrumque non ſine magno fructu intra ſanctam ſit Eccleſiam, ita dumtaxat, vt & Deo, qui remiſſor eſt peccatorum confiteamur peccata noſtra, & ſecundum inſtitutionem Apoſtoli confiteamur alterutrum peccata noſtra.* 53

Hinc infert idem P. Suar. ita nos debere confiteri Deo, vt non excludamus confeſſionem ſuo tempore faciendam, in eo enim Concilio frequens potius confeſſio, vt peccata condonentur, ſacerdoti facienda commendatur: ſalubriterque admonemur, vt intra cor Deo dumtaxat deteſtationem illorum, ac dolorem internum denuo exhibeamus *dicto c. quis aliquando. 87. infr. hac diſtinct. nec eſt neceſſe,* Gratianus ait, *vt qua ſemel ſacerdoti confeſsi fuerimus, denuo confiteamur, ſed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea confiteri debemus.*

Quam obrem ego potius communiter admiſſæ interpretationi deferrem, cuius author eſt Gratianus idem *in dicto c. quis aliquando. §. his authoritatibus,* quem plures alij ſequuntur, præcipue Baron. teſte eodem P. Suarez *vbi ſupra.* Nempe. D. Chryſoſtomum *in dictis locis* perſuadere tantum voluiſſe, neceſſariam non eſſe occulti peccati confeſſionem publicam: nam ideo ſæpe ait, *non ad theatrum te voco, non teſtes requiro.* 54

Quando autem confitendum dicit ſoli Deo, ſacerdotem non excludit, qui non, vt homo, ſed vt Deus ipſe, cuius vices gerit, *c. verbum Dei. 51. cum ſimilibus infra hac diſtinctio.* confeſſionem audit, ad 55

quam

quam ſecreto faciendam peccatores etiam publicos adhortatur, timorem publicæ confeſſionis, quem eis Nectarius eius prædeceſſor incuſſerat, ob quē multi forſan nō fatebantur, ab ipſis excutere contendens, eoq́ue tendunt verba Chryſoſtomi linguæ miniſterium excludentia, qui totus ad remiſſionem peccatorum anhelabat niſi occulta peccata dixeris, quæ non recordamur, vel ignoramus *Pſal.* 18. *ab occultis meis munda me.*

56 Poſſet tamen expoſitio patris Suarez extra tempora Sacramentali confeſſioni ſtatuta ſubſtineri, cum confitendi præceptum *ex inferius adnotandis* non ſemper, ſed præfixis dumtaxat ab Eccleſia temporibus obliget.

57 At quanto quis frequentius confiteatur, & Euchariſtiam ſumat, tanto plus Deum diliget, & gratiam ex opere etiam operato conſequetur ex Auguſtini authoritate *ſuperius numer.* 52. recitata, & communibus Theologorum & Canoniſtarum omnium placitis. Vnde quoties copia confeſſoris adeſt, maxime decet, vt peccator, quantumcumque contritus ſibi videatur, quò tutius, & facilius ſibi peccata remittantur, ſe ſtatim in opere ſubijciat Eccleſiæ clauibus quarum à Deo miniſtri conſtituti ſunt ſacerdotes. *c. verbum Dei.* 51. *cum ſequenti infra hac diſtinctio.*

58 Quam ob cauſam, qui hanc clauium poteſtatem negant, hæreſis labe notantur *in c. firmiter.* 1. *de ſumma Trinitat. & fide Catholica*, & in Concilio Conſtantienſi *ſeſsio.* 8. *&* 15. Florenti. *in literis vnionis ſub nomine clauium*, nouiſſime in Tridentina Synodo ſacroſancta *ſeſsio.* 14. *capit.* 1. *& cano.* 3. clarius *ſeſsio.* 6. *de iuſtificatio. cap.* 14.

Quibus in locis confutantur ſatis adlatrantium hæreticorum voces verba illa *clauium* ad euangelicam prædicationem, non ad ſacramentum pœnitentiæ dirigenda: quorum diuerſos errores alijs pro ſe adductis Catholicis ſcriptoribus latius confutat P. Franciſc. Suar. *de pœnitent. ſacrament. diſputatio.* 16. *ſectio.* 1. Ledeſma *in ſumma. c.* 6. *concluſio.* 12. *ac* 13.

Ex his omnibus fulciri videtur opinio dicentium, vbi adeſt copia confeſſoris neceſſariam eſſe omnino ad peccata remittenda confeſſionem ſacramentalem, maxime in caſibus à Nauarro enumeratis *in manua. confeſſor. capit.* 2. *de confeſſio. ſacramenta. numer.* 10. Viuald. *in ſuo candelab. aur.* 1. *parte de contritio. n.* 12. 13. 16. *&* 18.

Verior tamen eſt ſententia, & indi- 59
ſtincte tenenda, quaſi *textui noſtro* magis apta, etiam ſi copia confeſſoris adſit, dummodo ab Eccleſia præfinitum tempus non ceſſerit, peccata remitti poſſe ex ſacramento pœnitentiæ in re vel in voto.

Quæ concluſio à nobis latius *ex textus noſtri* ſerie elicita eſt, & eſt communis cum magiſtro ſententiar. *in* 4. *diſtinct.* 17. *& ibi.* D. Thoma, pluribuſque alijs, quos referunt ſecuti Nauarr. *in manua. confeſſor. cap.* 1. *de contritio. numer.* 25 idem *in textu noſtro. numer.* 8. Viuald. *in ſuo candelab. aureo.* 1. *parte de confeſsio. numero* 5. P. Franciſcus Suar. *diſputatio.* 17. *de neceſsitat. ſacramenti*
pœnitent. ſectio. 3. *quæſtio.* 1. rationem eius ſen- 60
tentiæ adijciens, quia veræ conuerſioni in Deum promiſſa eſt remiſſio peccati quam propoſitionem contra Caietan. & Scotum poſt plures alios à ſe relatos firmar Viuald. *dicta* 1. *parte de contritio. numero* 24. Ledeſma *in ſumma. de pœnitent. cap.* 6. *concluſio.* 11. & licet ſacramentum non ſtatim adhibeatur, propoſitum eius recipiendi ſufficit, quia apud Deum voluntas pro facto reputatur, idque aperte indicant. B. Auguſtini verba *in noſtro textu* relata, ac ſentit expreſſim B. Thom. 3. *parte, q.* 86. *artic.* 2. Concil. Trident. *dicta ſeſsio.* 6. *c.* 14. *& ſeſsio.* 14. *c.* 4.

Qua ratione ductus. P. Suar. *vbi ſupra* 61
Medinæ opinionem *in codice de pœnitent. in tractat.* 2. *de confeſsio. quæſt.* 4. *de confeſsionis neceſsitat.* adfirmantis, ita remitti peccatum ex confeſſione in voto tantum, & ſi contritio adſit vt poſſit homo aliquo modo manere ligatus, quamdiu poſt confeſſionem ſacramentalem non abſoluitur, merito reijciendam putat. Pro quo contra Medinam iudicio meo facit prædicta Tridentini Concilij Deciſio *in dicta ſeſſio.* 6. *capit.* 14. *verum etiam*, inquit, *eorumdem ſacramentalem confeſsionem ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam.* Quaſi opus nequaquam ſit ad integram peccatorum remiſſionem, vt ante tempus, quod vocat ſuum contritus cum requiſito voto confiteatur, nec adueniente tempore, quod ſuum concilium vocat, peccata reuiuiſcent, quæ ſemel ob præhabitam contritionem remiſſia ſunt, ſed nouus dumtaxat mortalis reatus incurretur ex inobœdientia in Eccleſiam habita, prout vltimæ huius opinionis adſertores adfirmant.

Ad quod probandum, & intelligen- 62
dum *ſuperius adductum. capit.* 4. *ſeſsio.* 14.

Con-

Concilij Tridentini, vbi peccatorum remiſſio, quam fuit operata contritio, ipſi ſine voto confitendi, quod in ea includitur, non eſt adſcribenda. Quod ex alijs multis comprobat Viuald. *vbi ſupra de contritio. numero* 15. *ac.* 18. Ledeſma *in ſumma.* 1. *parte de pœniten. capit. 6. column.* 3. *verſicul. paſſemos adelante* Fr. Ludouic. Sancti Ioan. Euangeliſtæ *in ſumma.* 1. *parte de pœniten. quæſtio.* 3. *articul.* 2. *dub.* 1. *difficultat.* 1. *concluſio.* 3. Optimum mihi viſum eſt argumentum, quo P. Franciſc. Suar. *dicta ſectio.* 3. *quæſtio.* 2. *ad finem* vtitur de hoc ſacramento ad emptionem.

63 Cuius mentem vt intelligas, finge prædium venditum emptori traditum ante ſolutum pretium in ordine tamen ad futuram ſolutionem pretij, quod emptori accedere debet. §. 1. *cum ſimilib. inſtitut. de emptio. & venditio.* Qua in ſpecie cum prædium abſolute detur; venditio ab eo traditionis tempore vera eſt. *l. ſi quis alienam.* 46. *ff. de actionibus empti.* §. *vendita inſtitut. de rer.* diuiſio. *l.* 1. *vbi* Accurſ. Cin. & alij. C. *de pericul. & commo. rei vendita cum alijs legibus, & interpretibus ad id probandum* congeſtis à domino, & auo meo Ioan. Matien. *in l. 7. ſchol. 6. numer. 5. titul.* 11. *lib.* 5. *recopilation.* nec ex ſolutione nouum, aut maius dominium acquiretur, ab initio enim traditione facta contractus ipſe perfectus manſit. *dicta l. ſi quis alienam, & d. §. vendita,* at ex ſolutione hic prior contractus ordine ſuo complebitur.

64 Sic in ſpecie noſtra datur contritionis cauſa remiſſio peccati in ordine ad futuram confeſſionem, quaſi ad ſolutionem futuram. Vnde cum poſtea fit confeſſio, completur ex parte noſtra prior contractus, & iuſtificatio prior, quæ à contritione, vera quidem remiſſionis peccatorum cauſa cum voto confitendi prouenerat, & hęc mihi videtur ſanctorum Patrum, & Conciliorum ſcriptis magis conſona opinio.

65 Quare cauendum eſt ab eis, qui dicunt remiſſionem contrito factam ob ſacramenti votum, ſub conditione illius ſacramenti ſuſcipiendi factam. Quò videtur tendere *ſuperius* relata Gratiani, Bernardi, Medinæ & aliorum ſententia, volentium, vbi facultas confitendi non defuerit, neceſſariam eſſe omnino ſacramentalem confeſſionem, atque vt Medina inquit, quamdiu quis non confitetur, poſſe dici, peccatorum eiſdem nexibus ligatum manere.

Cum enim contritione mortalia crimina remittuntur, etiamſi remiſſio illorum contritioni non adſcribatur ſine voto confitendi, quod in ea includitur. Vera tamen, & abſoluta remiſſio ante confeſſionem fit, quia ſtatim homo vere ac propne iuſtificatur, ſi Concilio Tridentino credimus *ſeſſio.* 14. *dicto c.* 4. in homine autem iuſtificato damnationis nihil manet teſte Paulo. 66

Quapropter, ſi concedendum eſſet, peccata modo aliquo non omnino fuiſſe remiſſa ante prædictæ conditionis implementum, & conſequenter fateri oporteret, parum, vel certe nihil contritionem prodeſſe. Quod ſane quam ſit abſurdum, ſacræ ſcripturæ, Concilijs, ſanctorum patrum, Theologorum, & Canoniſtarum omnium communi ſuffragio aduerſum nemo non videt, qui *ſuperius* tradita attente inſpexerit. 67

Tum maxime, quoniam ſi poſt contritionem ad remiſſionem peccatorum tamquam conditio confeſſio deſideraretur, eamdem vim haberet attritio, quam ſi confeſſio ſequatur non aliter priora peccata remittuntur ex his quæ *ſupra numero* 51. ex alijs latius ac diſtinctius adnotauimus, ne bis idem inculcemus. 68

Cum tamen Tridentin. Concil. *dicta ſeſſio.* 14. *capit.* 4. inter attritionem, & contritionem ſumptam ab effectibus differentiæ rationem adſignet, *per hanc hominem Deo reconciliari, illam vero donum Dei eſſe, & Spiritus Sancti impulſum non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat.* Ceu dicat, contritionem abſolute ſine alio adminiculo, vel conditione ſufficere ad peccata delenda, ſi votum confitendi adſit, antequam confeſſio ſequatur; attritione vero perfecta hoc etiam voto adiuta commiſſas culpas non dimitti, donec illæ ſecuta confeſſione abſtergantur. 69

Vnde propter incertitudinem ſupernaturalis charitatis, quæ ad contritionem requiritur, iubet ſacroſancta generalis Tridentina Synodus, vt fidelis mortalis culpæ Conſcij, qui ad Sacroſanctum Chriſti corpus ſumendum acceſſerint, quantumcumque ſe contritos exiſtiment, vel probabili cognitione cenſeant, cuius rei coniecturas proponit Viuald. ex alijs *in ſuo candelab. aur.* 1. *parte de contritio. numero* 25. ſacerdoti prius delicta ſua reuerenter iuxta conſuetum Eccleſiæ 70

modum

modum pateſaciant *in ſeßio. 13. canon. 11.* ne forſan ranium ſacramentum indigne ſuſcipiant. Quas & ſimiles rationes exigendæ confeſſionis ex alijs adnotat Viuald. *vbi proxime de confeßio. numero 6.* Ledeſma *in ſumma. 1. parte. de pœnitent. capit.* 8.

71 Hinc emanauit ſalutaris Eccleſiæ conſuetudo certis temporibus ſacramentalis confeſſionis neceſſitatem inducens lege præcepti ſtabilita *in c. omnis vtriuſque ſexus. 12. c. cum infirmitas. 13. de pœnitent. & remißionibus.* vbi late ſcribentes. *l.* 34. *&* 37. *titul.* 4. *part.* 1. *l.* 5. vbi nos ex alijs *verb. la ſancta madre yglesia. titul.* 1. *lib.* 1. *l.* 3. *titul.* 16 *lib.* 3. *recopilation.* Concil. Trident. *ſeßio.* 14. *ca.* 8. *& in alijs locis ſuperius enunciatis.*

72 Quòd ſi ad hæc tempora Gratiani, Medinæ, & aliorum ſententia referretur, locum proculdubio haberet, quia conteri non poteſt, qui præceptum Eccleſiæ contemnit, ſicut etiam ante dies ab Eccleſia pœnitentiæ ſacramento ſtatutos contritio voro confitendi non adiuta remiſſionis effectum non operabitur *dicto canon. 4. ſeßio. 14. Concil. Tridenti.* quæ veluti nota, & *ſuperius* iterum atque iterum repetita, ne actum agere videar, prolixus non comprobabo.

73 Sed antequam ad ſolutiones argumentorum deſcendam libet profecto mendum quoddam corrigere, quod iudicio meo Vitio Typographi non etiam Bernardi Imperitiæ *in præſent. verb. dimiſerit* tribuendum eſt. Cuius materiam data opera non pertractabo, quæ propria Theologorum eſt, eorumque diſputationibus aptior, quam ex alijs ſuccincte tetigit Alphonſ. Viuald. *in ſuo candelabro aureo. 1. parte de contritio. numero* 23. alijque Theologi *ſuperius* relati. Num ſcilicet habitualis gratia contritionem, nec ne præueniat? cuius ex acta diſceptatio, ni fallor, verborum Auguſtini expoſitioni non omnino neceſſaria viſa eſt.

74 Inquit. ergo Bernardus noſter *remißio præcedit cordis contritionem* rationemque huius propoſitionis adijcit, *non enim poteſt quiſquam vere confiteri, niſi habeat prius fidem per dilectionem cooperantem.*

Quæ ratio neſcio, quomodo priori adſertioni poſſit applicari, quæ nullum verbum de confeſſione, ſed de contritione dumtaxat facit.

Præſertim, quia ratio hæc per ſe ſumpta principijs, quæ negari non poſſunt, aduerſa eſt, ſiquidem ad confeſſionem neceſſaria prorſus non eſt ſumma dilectio ſed attritio ſufficit *dicto capit. 4. ſeßio. 14. Concil. Tridenti.* cum iuribus, & interpretibus à nobis *ſuperius numero* 51. 68. *ac.* 69. congeſtis. Quod & in Bernardi margine vt compertum ſine certo authore notatum habeo. Quare vitium hoc typographo quis neget? qui *confiteri* ſcripſit, cum, *conteri*, ſcribere debuiſſet, vt ratio ſuperiori adſertioni reſpondeat. Quod forſan mendum in alterius præli libris non inuenitur, vt lectori ſedeat animus.

75 Non obſunt pro dubitandi ratione argumenta contra noſtram concluſionem inuenta. Non primum, nec ſecundum, quibus adſerebam, peccata ante ſacramentalem confeſſionem non dimitti. licet enim regulariter id verum ſit ex communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia teſte Viuald. alios adſerente *in ſuo candelab. aureo. 1. parte de confeßio. numero 5. & 6.* Ledeſma *in ſumma. 1. parte de pœnitent. capit.* 8. vt ab aliorum in re certa allegatione abſtineam. Contritio tamen cum voto confitendi ſufficit, vt peccata dimittantur, prout eſt interpretum omnium communis ſententia Tridentini Concilij, & aliorum decretis, antiquiſque canonibus adiuta, quorum omnium non pauca refert Pater Franciſc. Suarez *diſputatio. 20 ſectio 3. in quæſtione an ad valorem ſacramenti pœnitentiæ ſola voluntas confitendi ſufficiat? in principio quæſtionis,* & nos ex alijs ſæpius *ſupra.*

Quinimo contritionem ipſam effectum remiſſione eſſe tenuit expreſſe D. Thom. *in 4. diſtinctio. 15. quæſtio. 1. articul. 6. & 3. parte. quæſtio. 86. articul. 6.* quem cæteri ſequuntur teſtibus Soto, & Suar. *in explicatione prædictorum locorum Sancti Thomæ,* noſque *ſuperius* ex alijs *in. 4. argumento. & numero* 19. 22. 32. 60. *ac deinceps.*

Quare Medina *in tractat. 1. de pœnitent. quæſtio 7. in princip.* inter primos contritionis effectus remiſſionem peccatorum numerat, licet Auguſtinus *in noſtro textu,* ſi recte, *vt ſupra aduerti* intelligatur, & Tridentin. Concil. *ſeßio. 14. dicto capit.* 4. remiſſionem peccatorum contritioni ſine voto confitendi, quod in ea neceſſario includendum eſt, non eſſe adſcribendam iudicent, & ſi concedant ex ſola ſupernaturali charitate fide adiuta hominem iuſtificari, vt clauium poteſtas

agno-

agnoſcantur, illius fideles ſubſint, qui niſi fidem hanc haberent Deum diligere non poſſent ex his quæ notat Bernard. noſter *in præſent. verb. dimiſerit.*

